lucris leuia damna solati: plusq̃ leta-
ti ex his que facile tribuendo tutius
fuauerunt: q̃ ꝓtristati ex his q̃ timiꝺ
retinendo facilius amiserunt. Hoc.n.
potuit in terra perire qꝺ piguit inde
transferre. Nam qui receperũt ꝓsiliuz
dñi sui dicentis: nolite condere uobis
i terra thesauros: ubi tinea ⁊ rubigo
exterminãt: ⁊ ubi fures effodiunt ⁊ fu
rant': sed thesauizate uobis i celo the
sauros quo fur nõ accedit neq̃ tinea
corrumpit. ubi.n.ē thesaur' tuus: ibi
erit ⁊ cor tuũ: tribulationis tpe ꝓba-
uerũt q̃ recte sapuerint: non contem-
nẽdo ueracissimũ preceptorẽ: ⁊ thesau
ri sui fidelissimum inuictissimumq̃
custodẽ. Nã si multi sunt gauisi ibi se
habuisse diuitias suas: quo contigit
ut hostis nõ accederet: quanto certius
⁊ securius gaudẽ potuerũt: qui mõi-
tu sui dei illuc migrauerãt: quo acce-
di oio non posset? Unde paulinus nz
nolẽsis eps ex opulẽtissimo diuite uo
luntate pauperrimus ⁊ copiosissime
sanctus: qñ ⁊ ipsam nolam barbari
uastauerunt cum ab eis teneretur sic
in corde suo: ut ab eo postea cognoui-
mus precabatur. Domie nõ excrucier
ꝓpter aurum ⁊ argentnm: ubi.n. sint
omnia mea tu scis. Ibi eniz habebat

omnia ſua ubi eũ condere ⁊ theſauri-
zare ille monuerat: q̃ hec mala mũdo
uentura predixerat. Ac p hoc q̃ dño
ſuo monẽti obedierant: ubi ⁊ quomõ
theſaurizare deberẽt: nec ipſas trẽas
diuitias barbaris incurſantibus ami
ſerunt. Quos aũt nõ obediſſe penitu
it: q̃d de talibus rebus faciendũ eſſet
ſi nõ precedente ſapiẽtia certe ꝓſequẽ-
te expientia didicerunt. At eim q̃daz
boni etiam chriſtiani tormentis excru
ciati ſunt: ut bona ſua hoſtibus ꝓde-
rent. Illi uero nec prodere nec ꝓdere
potuerũt bonũ quo ipſi boni erant.
Si aũt torqueri q̃ mammona iniq̃ta
tis prodere maluerunt boni nõ erãt.
Admonendi aũt fuerant qui tãta pa-
tiebant pro auro: quanta eſſent ſuſti-
nenda pro chriſto: ut eũ potius diligẽ
diſcerent: q̃ pro ſe paſſos eterna felici
tate ditaret: nõ aurum ⁊ argentũ pro
quo pati miſerrimum fuit: ſeu menti-
endo occultaret: ſeu uex dicendo pro
deretur. Nãq; inter tormenta nemo
chriſtum confitendo ãmiſit: nemo au-
rum niſi negando ſeruauit. Quocirca
utiliora erant fortaſſe torm̃ta: que bo
num incõruptibile amãdũ docebant:
q̃ illa bona que ſine ullo utili fructu
dños ſui amore torquebant. Sz q̃daz
ẽt nõ hñtes quod proderent dum nõ
credunt torti ſunt: ⁊ hi forte habere
cupiebant: nec ſancta uoluntate pau-
peres erant. Quibus demonſtrandũ
fuit: nõ facultates ſz ipſas cupiditates
talib' eẽ dignas cruciatib'. Si uero
melioris uite ꝓpoſito reconditũ aurũ
argentũq; nõ habebant: neſcio quidẽ
utq; cuiq; talium acciderit: ut dũ hẽc
creditur torqueretur. Ueruntamen ẽt
ſi accidit: profecto qui inter illa torm̃-
ta paupertatem ſanctam ꝓfitebatur:
chriſtũ confitebat. Quapropt ⁊ ſi nõ
meruit ab hoſtibus credi: non potuit
tñ ſancte pauptatis confeſſor ſine ce-
leſti mercede torqueri. Multos iq̃unt
etiam chriſtianos fames diuturna ua
ſtauit: hoc quoq; i uſus ſuos bõi fide
les pie tolerãdo vterũt. quos.n. fães
necauit: a malis uite hui' ſicut corpis
mõbis eripuit. Quos aũt ñ necauit:
docuit pci' uiuẽ: docuit ꝓducti' ieiũaz

De fine temporalis uite ſiue longi
oris ſiue breuioris. cap. xi.

Sed eiz multi etiã chriſtiani int-
fecti ſunt: multi multaq; mõtiũ
feda uarietate conſumpti. Hoc ſi egre
ferenduz eſt: omnibus qui in hanc ui
tam ꝓcreati ſunt utiq; cõmune ẽ. Hoc
ſcio neminem fuiſſe mortuum: qui nõ
fuerat aliquando moriturus. finis au
tem uite tam longã q̃ breuem uitam
hoc idem facit. Neq;.n. aliud melius
aliud deterius: aut aliud maius ⁊ ali-
ud breuius eſt: quod iam pariter non
eſt. Quid autem intereſt quo mortis
genere uita iſta finiat: qñ ille cui finit
itex mori non cogit? Cũ aũt unicuiq;
mortalium ſub quotidianis uite hu-
ius caſib' innũerabiles mõtes quodã
mõ cõtinent q̃diu incertũ eſt quenaz
earum uentura ſit: quero utrũ ſatius
ſit unam perpeti moriendo an oñs ti
mere uiuendo. Nec ignoro q̃ iertius
eligatur diu uiuere ſnb timõe tot mõ
tiuz q̃ ſemel moriendo nullã deiceps
formidare. Sz aliud eſt quod carnis
ſenſus ifirmiter pauidus ifugit: aliud
qõ mentis rõ diligenter enucleata cõ
uincit. Mala mors putanda non eſt:
quam bona uita preceſſerit. Neq; eiz
facit malaz mortem: niſi quod ſequit
mortem. Non itaq; multũ curanduz
ẽ eis q̃ neceſſario morituri ſunt: quid
accidat ut moriant: ſz moriendo quo
ire cogant. Cũ igit chriſtiãi nouerint
lõge meliorem fuiſſe religioſi paupis
mortẽ inter lingentiũ canũ linguas q̃
ipꝝ diuitis in purpura ⁊ byſſo: horrẽ
da illa genera mortiuz quid mortuis

obfuerunt qui bene uixerunt?

De ſepultura humanorum corporum que chriſtianis etiam ſi fuerit negata nil adimit.cap.xij.

a Tei3 in tanta ſtrage cadauerū nec ſepeliri potuerūt. Neq3 iſtō pia fides nimiū reformidat: tenēs predictū. Nec abſumtes beſtias reſurrecturis corporibus obſuturas: quorū capilli capitis ñ pibit: nullo mō diceret ueritas: nolite tiere eos qui cōpus occidunt: aiam autem non poſſunt occidere: ſi quicq̄ obeſſet future uite: q̄cq̄d inimici de corporibus occiſorū facere uoluiſſēt. Niſi forte quiſpiā ſic abſurdus eſt: ut contendat eos qui corpus occidunt ñ debere timeri añ mortem ne corpus occidāt: ⁊ timeri debere p̄ mortem: ne corpus occiſum ſepeliri ñ ſināt. Falſū ē ergo q̄d ait chriſtus: qui corpus occidunt ⁊ poſtea nō hñt q̄d faciant: ſi habent tanta que de cadaueribus faciant: abſit ut falſu3 ſit quod ueritas dicit. Dictum eſt eim aliquid eos facere cum occidūt: q̄ in corpore ſenſus ē occidendo: poſtea uero nihil habere quid faciant: q̄ nullus ſenſus eſt in corpore occiſo. Multa itaq3 corpa chriſtianorū terra nō texit: ſ3 nullū eorū quiſq̄ a celo ⁊ a terra ſeparauit: quā totā implet pñtia ſui qui nouit ū de reſuſcitet quod creauit. Dicitur q̄dem in pſalmo: poſnerunt mortalia ſeruorum tuorum eſcas uolatilib̄ celi: carnes ſanctorū tuorū beſtiis terre. Effuderunt ſanguinē eorū ſicut aquam i circuitu hierualē: ⁊ ñ erat q̄ ſepeliret. Sed magis ad exaggerandam crudelitatem eorum qui iſta fecerunt: ñ ad eorū infelicitatē qui iſta perpeſſi ſunt. Quāuis eim hec in conſpectu hoiu3 dura ⁊ dira uideant: ſ3 precioſa eſt in conſpectu domini mors ſanctorū eī. Proinde oia iſta idest curatio fūeris: conditio ſepulture pompa exequarum magis ſunt uiuorum ſolatia q̄ ſubſidia mortuorū. Si aliquid prodeſt impio ſepultura precioſa: oberit pio uil̄ aut nulla. Preclaras exequias i conſpectu hominū exhibuit purpurato illi diuiti turba famulorū: ſ3 multo clariores i cōſpectu dñi ulceroſo illi pauperi miniſterium p̄buit āgl̄orum: qui eum non extulerunt in marmoreum tumulū: ſed in abrahe gremiū ſuſtulerūt. Rident hic illi contra quos defēdendā ſuſcepimus ciuitatē dei. Uerū tamē ſepulture curam etiam eorum philoſophi p̄tempſerunt: ⁊ ſepe univ̄ſi exercitus dū pro terrena patria morerent: ubi poſtea iacerent uel quibus beſtiis eſca fierent ñ curarūt. Licuitq3 ō hac re poetis plauſibl̄r dicere. Celo tegit̄ qui non habet urnam. Quāto minus debēt de corpib̄ inſepultis inſultaī chriſtianis: quibus ⁊ ipſius carnis ⁊ membrorum omnium reformatio: non ſolum ex terra: uerum etiam ex aliorum elementorum ſecretiſſimo ſinu quo dilapſa cadauera receſſerūt in temporis puncto reddenda ⁊ reintegranda promittitur?

Que ſit ratio ſanctorum corporū ſepeliendi.cap.xiij.

n Ec iō tñ cōtēnēda ⁊ abīciendaſūt corpora defūctorū maxieq3 iuſtorū atq3 fideliū: quibus taq̄ organis ⁊ uaſis ad oia bona opera ſāctus uſus eſt ſpiritus. Si enim paterna ueſtis ⁊ annulus ac ſiquid huiuſmodi tanto carius eſt poſteris: quanto erga parentes maior extitit affectus: nullo modo ipſa ſpernenda ſunt corpora: que utiq3 multo familiarius atq3 coniunctius q̄ quelibet indumēta geſtamus. Hec eim nō ad ornamtū uel adiutoriū quod adhibetur extriſecus: ſed ad ipſam naturam hominis

pertinēt. Unde ⁊ antiquorꝫ iustorum funera officiosa pietate curata sunt: ⁊ exequie celebrate: ⁊ sepultura puisa: ipsiq; dum uiuerent hoc de sepeliēdis uel etiā trāsferendis suis corporibus filijs mandauerūt: ⁊ thobias sepelien do mortuos deū pmeruisse teste āgło cōmēdatur. Ipse quoq; dñs die tertio resurrecturus: ⁊ religiose mulieris bo num opus predicat: predicandumq; cōmendat q̄ unguētū preciosū super m̄bra eius effuderit: atq; hoc ad eum sepeliendū fecerit: ⁊ laudabilit cōmēo rant in euangelio: qui corpus eius de cruce acceptum diligēt atq; honorifi ce tegēdū sepeliendūq; curarūt. Uerū iste auctes non hoc admonent q̄ insit ullus cadauceribus sensus: sed ad dei prouidēciā: cui placent ēt talia pieta tis officia: corpora quoq; mortuorū ptinere significant ꝓpter fidē resurrec tionis astruendā. Ubi ⁊ illō salubrit discit q̄ta possit esse remuneratio ꝑ elemosinis: quas uiuentibus ⁊ sentiē tibus exhibemus: si neq; hoc apō deū perit quod ex animis hominū m̄bris officio diligenticq; psoluit. Sūt q̄dē ⁊ alia que sancti patriarche ō corpib' suis uel ꝓdendis uel transferendis ꝑ phetico spiritu itelligi dicta uoluerūt. Non aūt hic locus ē ut ea pertracte m': cū sufficiant ea que dixius. Sed si ea que sustentandis uiuentibus sunt necessaria: sicut uictus ⁊ amictus: q̄ uis cum graui afflictione desint: non frangūt in bonis perferēdi tolerādiq; uirtutē: nec eradicāt ex aio pietatē: sz exercitatam faciunt fecundiorē: q̄to magis cū desūt ea que curandis fune rib' cōdendisq; corporibus ōfūctorꝫ adhiberi solent: nō efficiunt miseros i occultis piorꝫ sedibus iā quietos. Ac per hoc qñ ista cadauerib' christiano rū in illa magne urbis uel etiam alio rum oppiorꝫ uastatione defuerunt: nec uiuorꝫ culpa est qui non potuerūt ista prebere: nec pena mortuorum qui non possunt ista sentire.

De captiuitate sanctorꝫ: q̄b' nunq̄ diuina solacia defuerunt. cap. xiiij.

f Ed multi iq̄ūt christiani ēt captiui ducti sūt. Hoc sāe miſrimū ē: si aliquo duci potuerūt ubi deū suū nō inuenerūt. Sunt in scripturis sāctis huius etiā cladis magna solacia. Fuerunt i captiuitate tres pueri: fuit daniel: fuerunt alij prophete: nec de' defuit cousolator. Sic nō deseruit suos fideles sub dñatione gentis: lz barbare: tñ humane: qui prophetam nō deseruit: nec i uisceribus belue. Hoc quoq; illi cū q̄b' agim' malunt irridē q̄ credere: qui tñ in suis litteris credūt arionem metymneum nobilissimum citharistam cum esset eiectus de naui exceptum delphini dorso: ⁊ ad terraz esse prouectum. Uerum illud uostruz de iona propheta incredibilius est. Plane incredibilius: quia mirabiliuſ: ⁊ mirabilius quia potentius.

De regulo in quo captiuitatis ob religionem etiam sponte tolerande ex tat exemplum: quod tamen illi deos colenti prodesse non potuit. capitulu xv.

h Abēt tñ isti ō captiuitate ēligio nis cāz ēt spōte tolerāda ⁊ i suis preclaris uiris nobilissimū exēplum. Marcus regulus ipator populi rōani captiuus apud carthaginēses fuit: qui cū sibi mallent a rōanis suos red di q̄ eorum tenere captiuos: ad hoc impetranduz etiam istum precipue re guluz cuz legatis suis romā miserūt: prius iuratione constrictum: si quod uolebant minime pegisset: redituꝫ eē carthaginē. Perrexit ille atq; i senatu cōtraria persuasit: quoniam non arbi

trahat utile esse rōane reipu. mutare captiuos. Nec post hanc psuasionem a suis ad hostes redire compulsus ē: sz qz iurauerat: id spōte impleuit. At illi eum excogitatis atqz horrendis ex cruciatibus necauerunt. Inclusū qppe angusto ligno ubi stare cogeret: clauisqz acutissimis undiqz cōfixo: ut se in nullā eius partē iclinaret sine pēis atrocissimis etiā uigilando pemerūt. Merito certe laudant uirtutē tā magna infelicitate maiorē. Et p deos ille iurauerat: quoz p cultu phibito has generi humano clades isti opinantur infligi. Qui ergo ppter ea colebant: ut uitam istam psperā redderēt: si ueruz iuranti has irrogari pēas seu uoluere seu pmisere: qd periuro grauius irati facere potuerunt? Sz cur ratiociatōez meam ñ potius ad utrūqz pcludam? Deos certe sic ille coluit: ut ppt iurisiurandi fidem nec remaneret i patria nec inde quo libet ire: sz ad suos acerrimos inimicos redire mīme dubitaret. Hoc si huic uite utile existimabat: cui tā horrēdū exitū meruit: pculdubio fallebat. Suo quippe docuit exēplo nihil deos ad istā temporalem felicitatē suis prodesse cultoribus: qñq dem ille eoz deditus cultui: z uictus z captiuus adductus ē. z qz noluit aliter q̄ per eos iurauerat facere: nouo ac prius inaudito nimiumqz horribli supplicij genere cruciatus extinctus ē. Si autez cultus deoz post hanc uitaz uelut mercedē reddit felicitatē: cur calūniāt tpib' christiāis iō dñtes urbi accidisse illā calamitatē: quia deos suos colere destitit: cū potuerit ēt illos diligētissime colēs tā ifelix fieri q̄ ille regulus fuit? Nisi forte cōtra clarissimā ueritatē tanta quisq̄ demētia mire cecitatis obnititur: ut ptēdē audeat uniuersam ciuitatē deos colētē ifelicē esse nō posse: unū uero hominē posse: quod uidelz potentia deorum suoruz multos potius sit idonea conseruare q̄ singl'os: cū mlt'tudo pstet ex singulis. Si aūt dicūt marcū regulū etiā i illa captiuitate illisqz cruciatibus corpis animi vtute beatū ē potuisse: vt' poti' va q̄rat: qua beata possit eē z ciuitas. Neqz. n. aliunde beata ciuitas: aliunde homo: cū aliud ciuitas nō sit q̄ concors hominū multitudo. Quāobrē ñdū interi disputo qual i regulo uirtus fuerit. Sufficit nūcq̄ isto nobilissimo exemplo cogunt fateri ñ ppt corporis bona: uel eaz rez q̄ extrisec' homini accidunt colendos deos: quāqquidē ille carere his omnibus maluit: q̄ deos p quos iurauit offendere. Sz quid faciemus hoibus q̄ gloriāt talem se habuisse ciuem: qualez timēt habere ciuitatem. Qd si non timent: tale ergo aliquid quale accidit regulo etiam ciuitati tam diligenter q̄ ille deos colenti accidere potuisse fateantur: z christianis tempōib' nō calumniēt. Uez quia de illis christianis orta questio ē: qui ēt captiui ducti sunt: hoc intueantur z taceant: qui saluberrime religioni ex hinc impudenter atqz imprudēt illudūt: qz si dīs eoz probro non fuit q̄ attentissimus cultor illoz dū eis iurisiurandi fidem seruaret patria caruit dū aliā non haberet: captiuusqz apud hostes per longā mortem supplicio noue crudelitatis occisus ē: multo minus nomen criminandum ē christianum in captiuitate sacratoz suorum: qui supernam patriam uerac̄i fide expectantes: etiam in suis sedibus peregrinos se esse nouerunt.

An stupris que etiam sanctarum forte uirginum passa est captiuitas: cōtaminari potuerit uirtus animi sine uoluntatis assensu. cap. xvi.

m Agnū sane se crim̄ putāt obīcē christiāis: cū eoz exaggerantes

captiuitatē addunt stupra ēt cōmissa. non solū in aliena matrimōia vgiesq; nupturas: sz ēt ī quasdā sāctimōiales. Hic uero non fides: non pietas : non ipsa uirtus que castitas dī: sed nostra potius disputatio inter pudorez atq; rōez quibusdam coartatur angustijs. Nec tm̄ curamus hic alienis responsionē reddere: quantū ipsis nostris cōsolationem. Sit igitur imprimis positum atq; confirmatum: uirtutē qua recte uiuitur ab animi sede membris corporis imperare : sanctumq; corp̄ usu fieri sancte uoluntatis. Qua incōcussa ac stabili pmanente: q̄cq̄d alius de corpore ul' in corpore fecerit: quod sine peccato proprio ñ ualeat euitari pret' culpam eē patiētis. Sed quia nō solum qō ad dolorem: uerū etiam qō ad libidinem pertinet in corpore aliēo perpetrari pōt: quicquid tl'e perpetratum fuerit: ⁊ si retentā constantissimo aio pudicitiam ñ excutit: tm̄ pudorem incutit: ne credatur factum cum m̄tis etiam uoluntate: quod fieri fortasse sine carnis aliqua uoluptate ñ potuit.

De morte uoluntaria ob metū pene siue dedecoris. cap. xvij.

a Q per hoc ⁊ que se occiderūt ne q̄cq̄ huiusmōi paterēt' q̄s hūanus affectus eis nolit ignosci? Et q̄ se occidere noluerūt: ne suo facinore alienū flagitiuz deuitarēt: q̄sq̄s eis hoc crimini dederit: ipse crie insipientie non carebit. Naz utiq; si nō lz priuata potestate hominē occidere uel nocentez: cuius occidendi licentiā lex nulla concedit: pfecto etiā q̄ seipsū occidit hōicida ē: ⁊ tāto fit nocētiō cū se occiderit: q̄to inocētior ī ea cā fuit qua se occidēdū putauit. Nā si iude factū mēito ōtestāur: eūq; vitas iudicat cū se laqo suspendit scelerate illius traditionis auxisse potī' q̄ expiasse cōmissū: qm̄ dei miaz desperando exitiabiliter penitens: nullū sibi salubris penitētie locū ēliquit: q̄to magis a sua nece se abstinere debet: qui tali supplicio quid ī se puniat non hēt? Judas enim cuz se occidit sceleratum hominē occidit : ⁊ tm̄ non solum christi: uerum etiam sue mortis reus finiuit hanc uitam: q; licz ppter suū scelus: alio suo scelere occisus ē. Cur aūt homo qui mali nihil fecit sibi male faciat: ⁊ seipsum iterficiēdo: hoiez inficiat inocētē: ne aliū patiatur inocētem: atq; ī se ppetret peccatum proprium : ne in eo perpetretur alienum.

De aliena uiolentia q̄ libidine: quā in oppsso corpore mens inuita perpetitur. capitulum. xviij.

e Tenim ne uel aliena cū polluat libido metuit: non polluet si aliena erit: si autē polluet alēa ñ erit? Sz cū pudicitia vtus sit animi: comitēq; hēat fortitudinē: qua potius q̄lz mala tolerare q̄ malo consentire decreuit. Nullus aūt magnanim' ⁊ pudicus in potestate habeat quid de sua carne fiat: sz tantuz quid annuat m̄te uel renuat: quis eadem sane mente putauerit se pdere pudicitiā: si fortem in app̄hensa uel oppressa carne sua exerceatur ⁊ expleatur libido non sua? Si enim hoc mō pudicitia perit: profecto pudicitia animi uirtus non erit: nec pertinebit ad ea bona q̄b' bñ uiuitur: sed in bonis corporeis nūerabitur: qualia sūt uires: pulchrituo: sana integraq; ualituo? ac siq̄d huiuscemōi ē. Que bōa ēt si minuāt': bonam iustamq; uitam omnino non minuunt. Quod si tale aliquid ē pudicitia: ut quid pro illa ne āmittatur etiam cū periculo corporis laborat'. Si autem bonum āimi est: etiaz oppsso corpore ñ āmittit': q̄n etiam sancte continentie bonum cum

immũdicie carnalium ꝓcupiſcẽtiarum nõ cedit: ⁊ ipſũ corpus ſanctificatur: ⁊ ideo nõ cum eis cedere inconcuſſa intentione perſiſtit. Nec de ipſo cõpore perit ſanctitas: quia eo ſancte utendi perſeuerat uoluntas: ⁊ quantum ĩ ipſo eſt ⁊ facultas. Neq; n. eo corpus ſanctum ẽ q̃ eius membra ſunt integra: aut eo q̃ nullo cõtrectantur a tactu cũ poſſint diuerſis caſibus ⁊ uulnerata uim ꝓpeti: ⁊ medici aliqñ ſaluti opitulantes hec ibi faciant que horret aſpect̃. Obſtetrix uirgis cuiuſdã integritatẽ manu uelut explorans ſeu maliuolentia ſeu inſcia ſiue caſu dum inſpicit perdidit. Non opinor quenq̃ tam ſtulte ſapere: ut huic periſſe aliqd exiſtimet etiã de ipſius corporis ſãctitate: q̃uis mẽbri illius itegritate iam perdita: quocirca propoſito animi p̃manente: per qõ etiam corp̃ ſanctificari meruit: nec ipſi corpori aufert ſanctitatem uiolentia libidinis aliene: quam ſeruat perſeuerantia continentie ſue. An uero ſi aliqua feia mente corrupta uiolatoq; ꝓpoſito qõ ꝺo uouerat: pergat uitianda ad deceptorem ſuum: adhuc eam ꝓgentem ſanctã ul̃ corpore dicimus: ea ſanctitate animi p̃ quam corp̃ ſãctificabat̃ ãmiſſa atq; deſtructa. Abſit hic error: ⁊ hinc potius admoneamur ita ñ ãmitti corpis ſcitatẽ manẽte animi ſanctitate etiã corpore oppreſſo: ſicut ãmittit̃ corpõis ſãctitas uiolata animi ſanctitate etiã corpore intacto. Quãobrem non habet quod in ſe morte ſpontanea puniat feia ſine ulla cõſenſiõe ſua uiolent̃ oppreſſa ⁊ alieno cõpreſſa peccato: q̃to minus añq̃ hoc fiat: ne admittat̃ hõicidiũ certũ: cum ipſum flagitium q̃uis alienum adhuc pendet incertum.

De lucretia q̃ ſe ob illatũ ſibi ſtuprum peremit. cap. xix.

a Ñ forte huic perſpicue rationi qua dicius corpore oppreſſo nequaq̃ ꝓpoſito caſtitatis ulla i malum ꝓſenſione mutato: illius tantum eſſe flagitiũ q̃ oppmens ꝓcubuerit: nõ illius que oppreſſa concumbenti nulla uoluntate conſenſerit: contradicẽ audebunt hi contra quos feminarũ chriſtianarum in captiuitate oppreſſarũ: non tantum mentes uerum etiam cõpora ſancta defendimus. Lucretiã certe matronam nobilẽ uetereq; rõanam pudicitie magnis efferunt laudibus. Huius corpore cum uiolẽter oppreſſo tarquinij regis filius libidiõſe potitus eſſet: illa ſcelus ĩprobiſſimi iuuenis marito collatino ⁊ ꝓpiquo bruto uiris clariſſimis ⁊ fortiſſimis indicauit: eoſq; ad uindictam conſtrinxit. Deide fedi in ſe cõmiſſi egra atq; ĩpatiens ſe peremit: Quid dicemus? adultera hec an caſta iudicanda eſt? Quis in hac controuerſia laborandũ putauerit? Egregie quidam ex hoc uerac̃it̃q; declamãs ait mirabile dictũ. Duo fuerunt: ⁊ unus adulterium admiſit. Splendide atq; ueriſſime. intuẽs cũm in duum corporũ cõmixtione: unius inquinatiſſimã cupiditatẽ: alteriuſ caſtiſſimã uoluntatẽ: ⁊ ñ q̃d coniunctione mẽbrorũ: ſz q̃d aiorũ diuerſitate agere tur attẽdens. duo inquit fuerunt: ⁊ adulterium unus admiſit? Sz q̃d eſt hoc qõ i eã grauius uidicat̃ que adulterium ñ admiſit? Nam ille patria ẽt cũ pẽe pulſus ẽ: hec ſũmo mactata eſt ſupplicio. Si nõ ẽ illa ĩpudicitia qua inuita cõprimit̃: ñ eſt hec iuſtitia qua caſta punit̃: uos appello leges iudiceſq; rõani. Nempe poſt perpetrata facinora nec quenq̃ ſceleſtũ ⁊ indẽnatum impune uoluiſtis occidi. Si ergo ad ueſtrum iudiciũ quiſq̃ deferret hoc crim̃: uobiſq; ꝓbaret̃ ñ ſolũ indemnatã: ueꝝ etiam caſtã ⁊ inocẽtem infectam eſſe mulierem. nonne eum qui id

feciſſet ſeueritate cōgrua plecteretis. Hoc fecit illa lucretia:illa ſic p̄dicata lucretia:inocētē:caſtā: uim ppeſſam: lucretiā inſup intemit. Proferte ſententiā:qō ſi propterea non poteſtis:q̄ non aſtat quā punire poſſitis: cur interfectricē innocētis ⁊ caſte tāta predicatione laudatis? Quā certe apud infernos iudices etiā tales quales poetarū uīorū carmibus cantitant: nulla ratione defenditis conſtitutā? ſcilicet inter illos qui ſibi letū inſontes pepēr manu lucemq̄ peroſi piecē aias: cui ad ſuperna redire cupienti fas obſtat: triſtiq̄ palus innabilis unda alligat. An forte ideo ibi non eſt:quia ñ iſontem:ſed male ſibi conſciam ſe penit? Quid ſi enim qō ipſa tantummodo noſſe poterat: q̄uis iuueni uiolenter irruenti etiam ſua libidine illecta conſenſit. Idq̄ in ſe puniēs ita doluit:ut morte putaret expiandū: q̄q̄ nec ſic quidē occidere ſe debuit:ſi fructuoſaz poſſz apō deos falſos agē pñiaz. Verūtñ forte ita ē:falſūq̄ ē illō q̄ fuerūt duo ⁊ adulterium unus admiſit: ſed potius ābo adulteriū cōmiſerūt: unꝰ manifeſta inuaſione:altera latente cōſenſione.non ſe occidit inſontē:⁊ ideo poteſt a litteratis eius defenſoribus dici nō eſſe apud inferos inter illos q̄ ſibi letum inſontes peperere manu. Sz ita hec cauſa ex utroq̄ latere coartatur:ut ſi extenuatur homicidiū:adulteriū ꝓfirmetur:ſi purgat adulteriū: homicidiū cumuletur. Nec omnino īuenitur exitus:ubi dī ſi adultera: cur laudata:ſi pudica:cur occiſa. Nobis tñ ī hoc tā nobili femie huius exēplo ad iſtos refutādos:q̄ chriſtianis feminis ī captiuitate cōpſſis alieni ab omni cogitatione ſanctitatis inſultāt: ſufficit qō ī p̄claris eius laudibus dictuz ē:duo fuerūt:⁊ adulteriū unus admiſit.tal.n.lucretia ab eis magis credita ē:que ſe nullo adulterino potuerit maculare ꝓſenſu. Qō ergo ſeipſā qm̄ adulteriū pertulit:etiam nō adultera occidit:nō ē pudicitie caritas: ſed pudoris infirmitas. Puduit eā enim turpitudis aliene in ſe cōmiſſe:etiam ſi ñ ſecuz ⁊ romana mulier laudis auida nimiū uerita ē:ne putaret q̄ uiolenter eſt paſſa:cum uiueret libenter paſſa ſi uiueret. Unde ad oculos hominum mentis ſue teſtem illam penam adhibendam putauit:quibus conſcientiaz demonſtrare non potuit. Sociā q̄ppe facti ſe credi erubuit: ſi quod alius in ea fecerit turpiter:ferret ipſa patiēter. Non hoc fecerunt feie chriſtiane: que paſſe ſimilia uiuunt. Tñ nec ī ſe ulte ſunt crimē alienū:ne alioz ſceleribus adderent ſua:ſi qm̄ hoſtes in eis concupiſcendo ſtupra cōmiſerāt:ille in ſe ipſis homicidia erubeſcendo committerent. Hñt qnippe intus gloriam caſtitatis teſtimoniū cōſciētie:hñt autez corā oculis dei ſui:nec requirunt amplius:niſi quid recte faciant:ñ āplius hñt:ne deuient ab auctoritate legis diuine:cuz male deuitant offenſionem ſuſpicionis humane.

Nullā eſſe auctoritatē que chriſtianis in qualz cauſa ius uolūtarie necis attribuat.cap.xx.

n Eqz.n.fruſtra ī ſcis canoniciſq̄ libris nuſq̄ nobis diuinitus p̄ceptū pmiſſum ue reperiri pōt:ut uel ipſius adipiſcende immortalitatis: ul' ullius carēdi cauēdiq̄ mali cā nobis metipſis necem inferamus. Naz ⁊ p̄hibitos nos eſſe intelligenō ē: ubi lex ait:non occides: p̄ptiz q: non addidit p̄ximuz tuū: ſicut falſū teſtimonium cum uetaret: falſū inquit teſtimoniuz nō dices aduerſus proximum tuum. Nec iō tñ ſi aduerſus ſeipſum quiſq̄ falſum teſtimoniū dixerit ab hoc crie ſe putauerit alienuz: quoniam regl'az

nō [illegible]
[illegible] laudis
[illegible]

diligendi proximū a semetipso dilectō accepit: qñ q̃dē scriptum est: diliges proximū tuū sicut teipsuz. Porro si falsi testimonij non minus reus est q̃ de seipso falsuz fatet: q̃ si aduersus p̃ximū hoc faceret: cum in eo precepto quo falsū testimoniū p̃hibetur: adv̄sus p̃ximū prohibeat: possitq̃ ñ recte intelligentibus uideri nō eē p̃hibitū: ut aduersus seipsum quisq̃ falsus testis assistat: q̃to magis itelligendū ē non licere homini seipsum occidere: cū i eo qd̄ scriptum ē non occides: nihilo deide addito nullus nec ipe utiq̃ cui precipitur intelligatur exceptus? Uñ quidam hoc preceptū ēt i bestias ac pecora conant extendere: ut ex hoc etiaz nullū eoz̄ liceat occidere. Cur ñ ergo ⁊ herbas ⁊ q̃cq̃d humore radicitus alit ac figit? Naz ⁊ hoc genus rerū q̃uis non sentiat dī uiuere: ac per hoc potest ⁊ mori: proinde etiam cuz uis adhibetur occidi. Uñ ⁊ apostolus cum de huiuscemodi seminibus loq̃retur: tu inq̃t quod seminas nō uiuificatur nisi prius moriatur. ⁊ i psalmo scriptū ē: occidit uites eoz̄ i grandie. Nunquid igitur ob hoc cum audiuimus non occides uirgultū uellere nefas ducimus: ⁊ manicheorum errori insanissime acquiescimus? Dis igitur deliramentis remotis: cū audimus ñ occides: si propterea nō accipius hoc dictum esse de frutetis: quia nullus ē eis sensus: nec de irrationabilib̄ animālib̄: uolatilibus: natatilibus: ābulātibus: reptilibus: q̃ nulla nobis ratiōe sociāt: quā ñ eis datū ē nobiscuz habere cōmunem. Uñ iustissima ordinatione creatoris ⁊ uita ⁊ mors eorum nostris usibus subditur. Restat ut de hoie intelligamus quod dictū est non occides. Non alteꝫ ergo: nec te. neq̃ enim qui se occidit: aliud q̃ hominez occidit.

De iterfectiōib̄ hoiuz que ab hōicidij crimine excipiuntur. cap. xxi.

q Uasdā uero exceptiones eadez ipa diuia fecit auctas: ut ñ liceat hoiem occidi: sz his exceptis quos ōs occidi iubet: siue data lege siue ad psonam pro tempore expressa iussiōe. Nō aūt ipse occidit: qui ministerium debet iubenti: sicut adminiculum gladius ē utenti: ⁊ iō nequaq̃ cōtra hoc preceptum fecerunt: quo dictum ē: nō occides qui deo auctore bella gesserūt aut psonā gerētes publice potestatis secūdū eī leges: hoc ē iustissime rōis imperio sceleratos morte punierunt. Et abraā ñ solū ñ ē culpatus crudelitatis crie: uerū etiam laudatus ē noie pietatis: q̃ uoluit filiū nequaq̃ scelerate sz obediēter occidere. Et merito q̃rit utꝫ p iussu dei sit hōdum quod iepte filiā que patri occurrit occidit: cū se imolatuꝫ deo id uouisset: quod redeūti de plio uictori p̃mit occurrisset. Nec sāpsō alit excusat: q̃ seipsū cū hostib̄ ruina domus oppssit: nisi q̃a spus latent hoc iusserat: q̃ per illum miracula faciebat.

Q̃ nūq̃ possit mors uolūtaria ad magnitudinē animi ptinere. cap. xxij.

h Is ergo exceptis quos uel lex iusta generalr: l ipe fōs insticie ōs spalr occidi iubet: q̃sq̃s hominē ul seipsū ul quēlibet occiderit: homicidij crimine innectitur. Et quicunq̃ hoc in seipsis perpetrauerunt: animi magnitudine fortasse mirandi: non sapientie sanitate laudandi sunt: quāq̃ si rationē diligētius consulas: nec ipsa quidē animi magnitudo recte notat: ubi quisq̃ nō ualēdo tolerare uel q̃q̃ aspa: uel aliena peccata se ipse interemerit. Magis. n. mēs infirma deprehēditur: que ferre non potest uel durā

ſui corporis ſeruitutē:uel ſtultā uulgi opinionem. Maiōq; animus merito dicendus ē:qui uitam erūnoſā magis poteſt ferre q̄ fugere:ꝛ humanum iudicium maxieq; uulgare:qd plerunq; caligine erroris inuoluitur pre ꝓſcie luce ac puritate conténere. Quāobrē ſi magno animo fieri putandum eſt: cum ſibi homo ingerit mortē: ille potius theobrot' i hac āimi magnitudie repitur:quē ferūt lecto platonis libro ubi de imortalitate anime diſputauit ſe precipitē dediſſe de muro: atq; ita ex hac uita emigraſſe ad eā quā credidit eē meliorē. Nihil.n.urgebat aut calamitatis aut crimis:ſeu ueruz ſeu falſum:qd nō ualendo ferre ſe auferret:ſed ad capeſcendam mortem atq; ad huius uite ſuauia uicula rūpēda: ſola affuit animi magnitudo. Quod tñ male potius factuz eſſe q̄ bñ teſtis ei potuit eſſe plato ipſe quez legerat: qui profecto id precipue potiſſimūq; feciſſet uel etiā precepiſſet:niſi ea mēte qua imortalitatem anime uidit: ne quaq̄ faciendum: q̄netiā prohibēduz eſſe iudicaſſet. At eim multi ſe iteīmerūt:ne in manus hoſtiū peruenirent: nō modo querimus utrū ſit factum: ſz utr̄ fuerit faciendū. Sana quippe rō etiam exemplis āteponēda eſt: cui quidem ꝛ exempla concordant. ſed illa que tanto digniora ſunt imitatiōe: q̄to excellentiora pietate. Nō fecerūt patriarche:nō ꝓphete:nō apoſtoli:qr ꝛ ipſe dominus ieſus chriſtus quādo eos qui perſecutionem paterentur:fugere admonuit de ciuitate in ciuitatē: potuit admonere ut ſibi manus inferrent:ne in manus perſequentium peruenirēt. Pōro ſi hoc ille nō iuſſit aut monuit:ut hoc modo ſui ex hac uita emigrarēt:qb' emigrātib' ſe māſiōes etnas ꝓpatuz eē ꝓmiſit: q̄lz exempla opponāt gētes q̄ ignorāt deū: māiſeſtum ē hoc non licere colētibus unuz uerum deum.

Quale exēplum ſit catōis: qui ſe uictoriam ceſaris non ferens interemit.capitulum.xxiij.

Sed tñ etiā illi pꝛeter lucretiam de qua ſupra ſatis quod uiōbatur dixius:ñ facile repiūt ō cuius auctoritate preſcribāt: niſi illum catonez qui ſe utice occidit:nō qꝛ ſolus id fec: ſed qꝛ uir doctus ꝛ probus habebat: ut merito putaret recte etiā fieri potuiſſe l' poſſe qd fecit. De cuius facto q̄d potiſſimū dicā:niſi q̄ amici eius ēt docti quidam uiri:qui hoc fieri prudentius diſſuadebant:imbecilliōis q̄ fortioꝛis animi facinus eſſe cēſuerūt: quo demonſtraret ñ honeſtas turpia precauens:ſz infirmitas aduerſa non ſuſtinēs. Hoc ꝛ ipſe cato in ſuo cariſſimo filio iudicauit. Nam ſi turpe erat ſub uictoꝛia ceſaris uiuere:cur auctoꝛ huius turpitudis peioꝛ filio fuit: quē de ceſaris benignitate omnia ſperare precepit? Cur non ꝛ illum ſecum coegit ad mortem? Nam ſi cū filium qui cōtra imperiū in hoſtem pugnauerat: etiā uictorē laudabiliter tōquatus occidit:cur uictus uicto filio pepercit cato:qui nō pepcit ſibi? An turpi' erat cōtra ipiū eſſe uictorē:q̄ cōtra decus ferre uictorē? Nullo mō igit' cato tpe eē iudicauit ſub uictoꝛe ceſare uiuere: alioq̄n ab hac turpitudie paterno ferro filiū liberaret. Quid ē ergo niſi q̄ filiū quātū amauit:cui parci a ceſare ꝛ ſpauit ꝛ uoluit:tm̄ glorie ipſius ceſaris:ne ab illo etiam ſibi parceretur: ut ipſe ceſar dixiſſe fertur inuidit:aut ut aliquid nos mitius dicamus erubuit.

Q̄ in ea uirtute qua regulus catone preſtantioꝛ fuit:multo magis emie ant chriſtiani.cap.xxiiij.

n Olunt autem isti contra quos agimus: ut sanctũ uirũ iob q̃ tã horrẽda mala i sua carne perpeti maluit: q̃ illata sibi morte oibus carere cruciatibus: uel alios sanctos ex niis litteris summa auctoritate celsissimis fideq̃ dignissimis: qui captiuitatẽ dominationẽq̃ hostium ferre: q̃ sibi necem inferre maluerint: catoni preferamus. Sed ex litteris eorum eundem illum marco catoni marcum reguluz preferam⁹. Cato enim nunq̃ cesarem uicerat cui uictus dedignatus ẽ subiici: ⁊ ne subiiceret a seipso elegit occidi. Regulus aũt penos iã uicerat: ipsoq̃ romano romanus imperator non ex ciuibus dolendam: sed ex hostib⁹ laudandam uictoriam reportauerat: ab eis tamẽ postea uictus maluit eos ferre fuiendo: q̃ eis se auferre moriẽdo. Proinde seruauit ⁊ sub carthaginẽsium dñatione patientiam: ⁊ in romãorum dilectione constantiam nec uictũ auferens corpus ab hostibus: nec iuictum animum a ciuibus. Nec q̃ se occidere noluit: uite huius amore fecit. hoc probauit cuz causa pmissi iurisq̃ iurandi ad eosdẽ hostes: quos grauiⁿ in senatu uerbis q̃ i bello armis offẽderat sine ulla dubitatione remeauit. Tantus itaq̃ uite huius contemptor cũ seuiẽtibus hostibus per quaslibet penas eam finire: quã se ipse pimere maluit: magnũ scelus eẽ si se homo interimat proculdubio iudicauit: inter suos oms laudabiles ⁊ vtutũ isignib⁹ illustres uiros nõ pferũt romani meliorem: quem neq̃ felicitas corruperit: nã in tanta uictõia pauprim⁹ pmãsit: nec infelicitas fregerit: nam ad tanta exitia reuertit itrepidus. Porro si fortissimi ⁊ preclarissimi uiri terrene patrie defensores: deorũq̃ licet falsorum ñ tñ fallaces cultores: sed ueracissimi etiaz iuratores qui hostes uictos more ac iure belli ferire potuerunt: hi ab hostibus uicti seipsos ferire noluerũt: ⁊ cum mortem minime formidarent: uictores tñ dominos ferre q̃ eaz sibi inferre maluerunt: quãto magis christiani uerum deũ colentes: ⁊ supne patrie suspirantes ab hoc facinore temp abũt: si eos diuia dispositio uel pbando uel emẽdando ad tps hostib⁹ sb iugauerit: quos in illa humilitate nõ deserit qui ppt eos tã humiliter uenit altissimus: pserti5 quos nulli⁹ militaris potestatis uel talis militie iura cõstringunt ipsũ hostẽ ferre superatum. Quis ergo tam malus error obrepit: ut homo se occidat: uel quia in eũ peccauit: uel ne in eum peccet inimic⁹: cũ uel peccatorem uel peccatuz ipsuz occidere non audeat inimicum?

Q: peccatum non per peccatuz debeat declinari. capitulum. xxv.

a T enim timẽdũ ẽ ⁊ cauendũ: ne libidini hostili subditũ corpus illecebrosa uoluptate ãimũ alliciat cõsentire peccato. Proide inquiũt nõ iã propter alienũ: sz ppter suum peccatũ anteq̃ hoc quisq̃ committat se debet occidere. Nullo modo quidem hoc faciat animus ut consentiat libidini carnis sue aliena libidine concitate: q̃ ꝏ potius eiusq̃ sapientie: q̃ corporis cõcupiscentie subiectus est. Ueruntamẽ si detestabile facinus ⁊ damnabile scelus est etiam seipsum hominem occidere: sicut ueritas manifesta pclamat: quis ita desipiat ut dicat iam nũc peccemus: nepostea forte peccemus? Jam nũc ppetremus homicidiũ: ne fõte postea incidamus in adulterium. Nõne si tantũ dñatur iniquitas: ut ñ innocẽtia sed potius peccata eligant̃ satius ẽ incertum pro futuro adulteriũ: q̃ certũ de pnti hõicidiũ? Nonne satius est flagitiũ committere qꝏ penitẽdo sanetur: q̃ tale facinus ubi locus salubris

penitentie non relinquitur ? Hec dixi propter eos uel eas q̃ non alieni sed proprij peccati deuitandi causa: ne sb̃ alterius libidie etiã excitate sue forte consentiant: uim sibi qua moriãt̃ inferendã putant. Ceterum absit a mente christiana que deo suo fidit: ĩ eoq̃ spe posita eius adiutorio nititur. absit iq̃ ut mẽs talis cuiuslibet carnis uoluptatib̃ ad consensuz turpitudis cedat. Quod si illa cõcupiscentiat̃ inobediẽtia que adhuc in mẽbris moribundis habitat: pret̃ nostre uoluntatis legem quasi lege sua mouet̃: quanto magis absq̃ culpa ẽ in corpõe nõ ꝓsentiẽtis: si absq̃ culpa est ĩ corpore dormiẽtis.

De his q̃ fieri ñ lz cũ a sãctis facta noscunt̃ qua ratione facta credenda sit cap. xvi.

S Ed quedã inq̃unt sancte femie tẽpore persecutionis: ut insectatores sue pudicitie deuitarent in rapturũ atq̃ necatuz se fluuiũ ꝓiecerũt: eoq̃ mõ defuncte sunt: earũq̃ martyria in catholica eccl̃ia ueneratiõe celeberrima frequentant̃. De his nihil temere audeo iudicaẽ: utrum. n. ecclesie aliquibus fide dignis testificatiõibus ut eoz memoriã sic honoret diuina p suaserit auctoritas nescio: ⁊ fieri põt ut ita sit. Quid si enim hoc fecerunt non humanitus decepte: sz diuinitus iusse: nec errantes: sz obedientes: sicut ꝺ sampson aliud nobis fas ñ ẽ credẽ? Cum autem deus iubet: seq̃ iubere sine ullis ambagibus ĩtimat: q̃s obedientiã in crimẽ uocet? Quis obsequiuz pietatis accuset? Sz non ideo sine scelere facit quisquis deo immolare filiũ decreuerit. Sed hoc abraã etiam laudabiliter fecit. Nam ⁊ miles cum obediens potestati sub qua legitime constitutus est hominem occidit: nulla ciuitatis sue lege reus hõicidij: imo nisi fecerit: reus est imperij deserti atq̃ cõtempti. Quod si sua spõte atq̃ auctoritate fecisset: crimẽ effusi hũai sãguis icidisset. Itaq̃ uñ punit̃ nisi fecit iiussus: ide punie t̃ nisi fecerit iussus. Qꝺ si ita ẽ iubẽte ipatore: q̃to magis iubẽte creatore? Qui ergo audit nõ licẽ se occidẽ: faciat: si iussit cuius ñ lz iussa contemnere. Tantũmõ uideat utrum diuina iussio nullo nutet incerto: nos per aurem conscientiã conuenimus: occnltorum nobis iudicium ñ usurpamus. Nemo scit quid agat̃ ĩ homine: nisi spiritus hois qui in ipso est: hoc dicimus: hoc asserimus: hoc modis omnibus approbamus: neminẽ spontaneã mortẽ sibi inferre debere uelut fugiẽdo molestias tẽporales ne icidat in perpetuas. Neminem propter alie na peccata ne hoc ipso incipiat habẽ t̃ grauissimũ propriũ: quẽ ñ polluebat alienum. Neminẽ ꝓpter sua peccata preterita: ꝓpter que magis hac uita opus est ut possint penitendo sanari. Neminẽ uelut desiderio uite melioris que post mortẽ sperat̃: qz reos sue mõtis melioz post mortem uita non suscipit.

An ꝓpter peccati decliationẽ mõs spontanea appetenda sit. cap. xxvij.

r Estat una cã de qua dicẽ cepã: qz utile putat̃ ut se q̃sq̃ ĩt̃ficiat: scilicet ne irruat in peccatũ uel blandiente uoluptate uel dolore seuiẽte. quã causam si uoluerimus admittere: eo usq̃ progressa perueniet ut hortandi sint hoies tunc se potius interimere: cum lauacro sancte regenerationis abluti: uniuersoz remissionẽ accepint peccatorum. Tunc enim tempus est cauendi omnia futura peccata: cũ sũt omnia deleta pret̃ita. Quod si morte spõtanea recte fit: cur ñ tũc potissimũ fit? Cur baptizatus sibi quisq̃ parcit?

Cur liberatũ caput tot rursus uite hu
ius periculis inserit:cum sit facillime
potestatis illata sibi nece oia deuitaẽ:
cum scriptum sit:qui amat periculuʒ
icidit in illud. Cur ergo amantur tot
⁊ tanta pericula:uel certe etiaʒ si non
amant' suscipiuntur:cur manet in hac
uita cui abscedere licitũ est? An uero
tã insulsa peruersitas cor euertit ⁊ a
consideratiõe ueritatis auerti: ut si se
quisqʒ interimere debet:ne uni' capti
uantis dñatu corruat in peccatum:ui
uendum sibi existiet: ut ipsum pferat
mundum per omnes horas tentatio
nibus plenum ⁊ talibus qualis sub
uno domino formidatur:⁊ innumera
bilibus ceteris:sine quibus hec uita
non ducit? Quid igit' cause est cur in
eis exhortationibus tempora psuma
mus:quibus baptizatos alloquendo
studemus accendere:siue ad uirgialeʒ
integritatem:siue ad continentiam ui
dualem:siue ad ipsam thori coniugal'
fidem:cum habeamus meliora ⁊ ab
omnibus peccandi periculis rẽota cõ
pẽdia:ut q̃buscũq̃ post remissionem
recentissimam peccatorꝫ: arripiendaʒ
mortẽ sibiqʒ ingerendam persuadere
potuerimus eos ad dominũ saniores
purioresqʒ mittamus? Porro si q̃sqʒ
hoc aggrediendum atqʒ psuadenduʒ
putat:ñ dico desipit ſʒ insanit. Qua
tandeʒ fronte homini dicit:interfice te:
ne puis tuis peccatis adꝫcias grauĩ':
dum uiuis sub dño barbaris moribꝰ
impudico:qui non potest nisi scelera
tissime dicere. Interfice te peccatis tu
is oibus absolutis:ne rursus talia u'
etiam peiora committas dum uiuis i
mundo tot impuris uoluptatibus il
lecebroso:tot nefandis crudelitatib'
furioso tot erroribus ⁊ terroribꝰ ini
mico. Hoc qr nefas est dicere:nefas ẽ
pfecto se occidere. Nã si hoc sponte
faciendi ulla cã iusta esse posset:pcul
dubio iustior q̃ ista ñ esset: quia uero
nec ista ẽ:ergo nulla est. Nõ itaqʒ uo
bis o fideles christi sit tedio uita uĩa:
si ludibrio fuit hostib' castitas uĩa:ha
betis magnã uerãqʒ consolationeʒ:si
fidã psciẽtiã ĩtrietis ñ uos psẽsisse pec
catis eorꝫ q̃ i uos peccaẽ pmissi sũt.

Qd iudicio dei i corpõe ptiẽtiũ li
bido hostil' peccaẽ pmissa sit ca. xxviij.

q Quod si forte cur pmissi sũt que
ritis: alta q̃dẽ ẽ puidẽtia crea
toris mundi atqʒ rectoris:⁊ iscrutabi
lia sũt iudicia ei':⁊ inuestigabiles uie
eius. Ueruntñ iterrogate fideliť aias
uestras:ne forte d̃ isto itegritatis ⁊ cõ
tinentie uel pudicitie bono uos iflati'
extulistis:⁊ humanis laudibus delec
tate in hoc etiam aliquibus iuidistis.
Non accuso quod nescio: nec audio
quod uobis introgata corda uĩa res
pondent:tñ si ita esse responderint:no
lite mirari hoc uos ãmisisse:unde ho
mibus placere gestistis:illud uobis re
mansisse quod ostendi hoibus ñ põt.
Si peccantibus nõ consensistis: diui
ne gratie ne ãmitteretur diuinũ acces
sit auxiliũ:humane glorie ne amaret'
humanũ successit obprobriũ. i utroqʒ
cõsolamini pusillamines illinc pbate
hinc castigate illinc iustificate hic em̃
date. Quarum uero corda itrogata
respõdent nunq̃ se de bono vgitatis
uel uiduitatis uel cõiugalis pudicitie
superbisse:sed humilib' psentiendo d̃
dono dei cum tremore exultasse: nec
inuidisse cuiq̃ paris excellẽtiã sãctita
tis ⁊ castitatis:ſʒ humana laude post
posita:que tanto maior deferri solet:
quãto ẽ bonũ rarius qd̃ exigit laudeʒ
optasse potius:ut eaꝫ ãplior nũerus
esset:q̃ ut ipse in paucitate amplius
eminerent. Nec iste quidẽ q̃ tales sũt:
si eaꝫ quoqʒ aliquas barbarica libi
do cõpsit:pmissum hoc esse causent':
nec ideo credant deum ista negligere

quia pmittit quod nēo ipune committit. Quedam enim ueluti pōdera malaꝫ cupiditatū: ⁊ per occultū diuinum presens iudicium relaxantur: ⁊ manifesto ultio reseruant. Fortassis aūt iste que bñ sibi sunt conscie nō se ex isto castitatis bono cor inflatum extulisse: ⁊ tamen uim hostilem in carne perpesse sunt: habebant aliquid latentis infirmitatis: que possent in superbie fastū si hanc humilitatē i uastatione illa euasisset extolli. Sicut ergo q̄dam morte rapti sunt: ne malicia mutaret intellectum eorum: ita quiddam ab istis ui raptū ē: ne prospitas mutaret modestiam earum. Utrisq; igitur que de carne sua q̄ turpē nullī essent ppesse cōtactum: uel iā superbiebant: uel superbire: si nec hostiū uiolētia cōtrectate essent forsitā poterant: non ablata ē castitas: sz humilitas psuasa. Illaꝫ tumori occursum est manenti: istarum occursū est imminēti. Quāq̄ ⁊ illud ñ sit tacendum: q̄ quibusdam que ista perpesse sunt: potuit uideri cōtinentie bonum in bonis corporalib̄ deputandum: ⁊ tunc manere si nullī libidine corp̄ attrectaret: non autem esse positum in solo adiuto diuinitus robore uoluntatis: ut sit sēctū ⁊ corp̄ ⁊ spiritus: nec tale bonū esse q̄ inuito aio possit auferri: qui errō eis fortasse sublatus ē. Cum.n. cogitant qua conscētia deo seruierit: ⁊ fide inconcussa non de illo sentiunt q̄ ita sibi seruientes: eumq; ita inuocantes deserere ullo modo potuerit: quātūcūq; illi castitas placeat dubitare non possunt. uident esse consequens nequaq̄ illū fuisse pmissuꝫ: ut hec acciderent sāctis suis: si eo mō perire posset sanctitas: quā cōtulit eis ⁊ diligit in eis.

Quid fāilia christi ꝛndē ōbeat ifiōlib̄ cū exprobrāt q̄ eaz a furore hostiū non liberauerit christus. cap. xxix.

b Abet itaq; oīs familia sūmi ⁊ ueri dei consolationē suā nō fallacē: nec in spe rerum nutantium uel labentium constitutam: uitāq; etiam ipsam tēporalem mime penitendam: i qua eruditur ad eternam: bonisq; terrenis tanq̄ peregrina utit̄ nec capit̄: malis autē probatur aut emendatur. Illi vo qui probitati eius insultant: eiq; dñt cū forte in aliqua tēporalia mala deuenerit: ubi est deus tuus? Ip si dicant: ubi sunt dij eoꝝ: cū talia patiant̄ pro q̄bus euitandis eos uel colunt uel colendos esse contendūt? Nā ista respōdet: deus meus ubiq; pñs ē ubiq; totus: nusq̄ inclusus: qui possit adesse secretus abesse ñ mot̄. Ille cuz me aduersis reb̄ exagitat: aut merita examinat: aut peccata castigat: mercedemq; mihi eternā pro toleratis pie malis tempalibus seruat. Uos autez qui estis cum quibus loq̄ dignum sit saltem de dīis uestris: q̄to magis de deo meo: q̄ terribilis est super omnes deos: qm̄ oīs dij gentium demonia: dominus autem celos fecit. Si nasica ille scipio quondam pontifex uiueret: quē sub terrore belli punici in suscipiē dis phrygijs sacris cum uir optimus quereretur uniuersus senatus elegit: cuius os fortasse non auderetis aspicere: ipse uos ab hac impudentia cohiberet.

Quaz pudendis prosperitatibus affluere uelint: q̄ de christianis tēpib̄ conqueruntur. cap. xxx.

c Ur eim afflicti rebus aduersis ō tp̄orib̄ q̄rimini christiāis: nisi qr uīam luxuriā cupitis hīe securam: ⁊ perditissimis moribus remota omni molestiarum asperitate diffluere? Neqz.n. propterea cupitis hīe pacem ⁊ ōni genere copiaꝫ abūdare: ut his bōis honeste utamini: hoc ē modeste:

sobrie:tẗpanter:pie:sed ut infinita ua
rietas uoluptatum insanis effusiõib⁹
exquiratur:secundisq; rebus ea mala
oriant in moribus : que seuientibus
peiõa sunt hostibus. At ille scipio põ
tifex maximus uester:ille iudicio toti⁹
senatus uir optimus istã uobis metu
ens calamitatem nolebat emulaz tũc
impũ romani carthaginem dirui:⁊ de
cernenti ut diruereturcontradicebat
catoni:timens infirmis animis hostẽ
securitatem:⁊ tanquam pupillis ciui
bus iooneum tutorem necessariuz ui
dẽs esse terrorem. Nec eũ sententia fe
fellit: re ipsa probatum est q̃ uerum
diceret. Deleta quippe carchagine ma
gno.s.terrore romane reipublice ꝏpul
so ⁊ extincto:tanta de rebus ꝓsperis
orta mala continuo subsecuta sunt:ut
corrupta diruptaq; concordia prius
seuis cruentisq; seditionibus: deinde
mox malaꝝ connexione causaruz:bel
lis etiã ciuilibus tante strages ederẽt:
tantus sanguis effunderet:tanta cupi
ditate proscriptionum ac rapinarum
ferueret imanitas:ut romani illi q̃ ui
ta integriore mala metuebant ab ho
stibus perdita integritate uite crudeli
ora paterẽt a ciuibus:eaq; ipsa libido
dñandi:que iter alia uicia generis hu
mani imoderatior erat uniṽso poplo
romano:postea q̃ in paucis potentio
ribus uicit:obtritos fatigatosq; cete
ros etiam iugo seruitutis oppressit.

Quib⁹ uicioꝝ gradib⁹ aucta sit in
romanis cupido regnandi. capituluz
xxxi.

n Am qñ illa ꝓescẽt i supbissimis
mentibus:donec cõtinuatis ho
noribus ad potestatez regiã pueniret
ambitio: Honorum porro continuan
doꝝ facultas nõ esset:nisi ambitio p̃
ualeret.minime aũt p̃ualeret ãbitio:
nisi in populo auaricia:luxuriaq; cor
rupto. Auarus uero luxuriosusq; po
plꝰ secũdis rebus effectus ẽ:quas na
sica ille prudentissime cauendas esse
censebat:qñ ciuitatẗ hostium maxiaz
fortissimam opulentissimamq; nole
bat auferri. Ut timore libido premẽt:
libido pressa nõ luxuriaretur:luxuria
q; cohibita nec auaricia crassaretur.
quibus uitiis obseratis ciuitati utilis
uirtus floreret ⁊ crescere:eiq; uirtuti
libertas congrua permaneret. Hic ẗ
erat:⁊ ex hac ꝓuidentissima p̃ie cari
tate ueniebat:q̃ idem ipse uĩ pontifex
maximus a senatu tp̃is illius qõ sepe
dictum est electus:sine ulla sententiaꝝ
discretione uir optimus.caueam the
atri senatũ cõstruere molientẗ ab hac
dispositione ⁊ cupiditate compescuit:
persuasitq; oratione grauissima : ne
grecã luxuriam uirilibus patrie mori
bus paterentur obrepere:⁊ ad v̊tutez
labefactandam eneruandãq; romanã
peregrie consentire nequitie : tantũq;
aucte ualuit:ut v̊bis eius cõmota sẽa
toria prouidentia:etiam subsellia qui
bus ad horam congestis in ludorum
spectaculo iã uti ciuitas ceperat:dein
ceps prohiberet apponi. Quãto stu
dio iste ab urbe roma ludos ip̃os sce
nicos abstulisset: si auctoritati eorum
quos ꝏs putabat resistẗ audẽt:quos
eẗ noxios demões ñ intelligebat: aut
si itelligebat;placandos etiam ipse po
tius q̃ contẽnẗdos deos existimabat.
Nondum enim fuerat declarata gen
tibus superna doctrina : que fide cor
mundans ad celestia uel supercelestia
capescenda humili pietate humanuz
mutaret affectum:⁊ a dñatu supboꝝ
demonum liberaret.

De scenicorum institutione ludo
rum.cap.xxxij.

u Erũtñ scitote q̃ ista nescitis ⁊ q̃
uos ista nescire dissimulatis ad

uertite: q̃ aduersus liberatorẽ a talib⁹ dñis murmuratis ludi scenici spectacula: turpitudinũ ⁊ licentia uanitatuz non hominum uitijs: sed deorum uestroz iussis rome istituta sunt. Tolerabilius diuios honões deferretis illi scipiõi: q̃ deos eiusmodi colẽtis. neqz eiz erãt illi dij suo põtifice meliozres. Ecce attẽdite si mẽs tã diu potatis erroribus ebria uos aliquid sanũ ꝓsidere rare pmittit. Dij ꝓpt sedãdã corporũ pestilentiam ludos sibi scenicos exhiberi iubebant. põtifex aũt uester ꝓpt aiozꝫ cauendam pestilentiam ipsam scenã construi prohibebat. Si aliqua luce mentis animum corpori preponitis: eligite quem colatis. Neqz enim ⁊ illa corpozꝫ pestilentia ideo conquieuit: quia populo bellicoso ⁊ sol antea ludis circẽsibus assueto ludozꝫ scenicozꝫ delicata subintrauit insania: sed astutia spirituũ nefandozꝫ preuidens illã pestilentiã iã fine ȯbito cessaturã: aliam longe grauiozem qua plurimũ gaudet: ex hac occasione ñ corpibus: sz morib⁹ curauit imittere: que aias miserozꝫ tãtis obcecauit tenebris: tanta deformitate fedauit: ut etiaz modo qȯ incredibile forsitan erit: si a nostris posteris audietur zõana urbe uastata: quos pestilentia illa possedit: atqz ide fugientes carthaginẽ pueuire potuerunt in theatris quotidie certatiz pro histrionibus insanirent.

De uitijs romanozꝫ: quos patrie ñ correxit euersio. cap. xxxiij.

o Mẽtes amẽtes: q̃s ẽ hic tãtus ñ error sed furor: ut exitiũ uẽm sicut audiuimus plãgẽtib⁹ oriẽtalib⁹ populis: ⁊ maximis ciuitatibus in remotissimis terris publicũ luctũ mẽoremqz ducentibus: uos theatra quereretis: intraretis: impleretis: ⁊ multo insaniora q̃ fuerant antea faceretis? Hanc aiozꝫ labez ac pestem: hanc ꝓbitatis ⁊ honestatis euersionem uobis scipio ille metuebat: qñ cõstrui theatra ꝓhibebat: quando rebus ꝓsperis uos facile corrumpi atqz euerti posse cernebat: quãdo uos ab hostili troze securos esse nolebat. Neqz eiz cẽsebat ille felicem esse remp. stantibus menibus: ruentibus morib⁹: sed in uobis plus ualuit: q̃ demones impij seduxerũt: q̃ q̃ hoies prouidi precauerunt. Hic ẽ q̃ mala q̃ facitis uobis iputare nõ uultis. mala vo que patimini christianis tẽporibus imputatis. neqz eim ẽ in uza securitate pacatã remp. sz luxuriam queritis impunitam: q̃ depra uati reb⁹ ꝓsperis: nec corrigi potuistis aduersis. Uolebat uos ille scipio terreri ab hoste: ne in luxuriaz fluueretis: uos nec contriti ab hoste luxuriam repressistis: perdidistis utilitatem calamitatis: ⁊ miserrimi facti estis: ⁊ pessimi permansistis.

De clementia dei que urbis excidium temperauit. cap. xxxiiij.

a Rege igit' deorū ignū hoiuz potuit ⁊ propagari ⁊ augeri. Hic pmū q̄ro cur ñ ēt ipſū regnū alq̄s ds ē? Cur. n. nō ita ſit ſi uictoria dea eſt? Aut quid ipſo ioue in hac cā opus eſt ſi uictoria faueat ſitq̄ propitia: ⁊ ſēpeat ad illos quos uult eſſe uictores? Hac dea fauente ⁊ ꝓpitia: ēt ioue uacante l' aliud agente: q̄ gētes ñ ſūdite remānerēt? Que regna ñ cederēt? An forte non diſplicet bonis iniq̄ſſima impbitate pugnare: ⁊ finitimos quietos nullāq̄ iniuriā facientes ad dilatādū regnū bello ſpontaneo ꝓuocare? Plane ſi ita ſentiunt approbo ⁊ lauoo.

An congruat bonis latius uelle regnare. cap. xv.

u Jdeant ergo ne forte ñ ptineat ad uiros bonos gaudē de ignī latitudie. Jniquitas eiz eorū cū q̄bus iuſta bella geſta ſūt regnū adiuuit ut creſceret. qō utiq̄ puū eſſet: ſi quies ⁊ iuſtitia finitimorum cōtra ſe bellum geri nulla ꝓuocaret iniuria: ac felicioribus ſic rebus humanis oia regna pua eſſent cōcordi uicinitate letantia. ⁊ ita eſſent in mūdo regna pluria gētiū ut ſunt i urbe domus plurie ciuium. Proinde belligerare ⁊ poomitis gētibus dilatare ignū: mal' uidet' felicitas: bōis neceſſitas. Sz quia peius eſſet: ut iniurioſi iuſtioribus dñarēt: iō nō icōgrue dī ēt iſta felicitas. Sz procul dubio felicitas maior ē uicinū bonuz hīe concordē: q̄ uicinuz malū ſūbiugat bellantem. Mala uota ſunt optare habere quem oderis uel quem timeas: ut poſſit eſſe quem uincas. Si ergo iuſta gerendo bella non impia nō iniqua romani imperium taz magnū acquirere potuerunt: nunquid tanq̄ aliqua dea colenda eſt eis etiam inquitas aliena? Multum enim ad iſtaz latitudinem imperij eam cooperatam uidemus que faciebat iniurioſos: ut eſſent cuz quibus iuſta bella gererēt: ⁊ augeretur imperium. Cur autem ⁊ iniquitas dea non ſit uel externarum gentium: ſi pauor ⁊ pallor ⁊ febris dij romani eſſe meruerunt? His igitur duabus: id eſt aliena iniquitate ⁊ dea uictoria: dum bellorum cauſas iniquitas excitat: uictoria eadem bella feliciter terminat: etiaz feriato ioue creuit imperium. Quas eiz hic ptes

iuppiter haberet: cum ea que possent
bñficia eius putari dñ hñtur: dñ uocã
tur: dñ colunt: ipsi p suis partibus in
uocant: Haberet hic aũt ẽt ille aliquã
ptem: si regnum etiam ipse appellaret
sicut appellat illa uictoria: aut si ignũ
mun' ẽ iouis: cur ñ ⁊ uictoria munus
eius hẽat? Qd̃ pfecto hẽt: si non la-
pis in capitolio: sz vus rex regũ ⁊ do-
minus dñantiũ cognoscẽt atq; colẽt.

Quid fuerit: q romani omnibus
rebus ⁊ omnib' motibus deos singu
los deputantes edẽ quietis: extra por-
tam esse uoluerunt. cap. xvi.

m Iroz aũt plurimũ: q cũ ꝺos sin
glos singlis rebus ⁊ pene singu
lis motib' attribuerẽt: uocauerũt deã
agenoriã: que ad agendũ excitaret: de
am stimulã que ad agendũ ultra mo-
dum stimularet: deam murtiam que
preter modũ non moueret: ac facẽt ho
minẽ ut ait pomponius murcidũ: id
ẽ nimis desidiosũ ⁊ inactuosũ: deam
strẽnuã que faceret strẽnuũ. His oib'
dñs ⁊ deabus publica sacra facere su
sceperunt. Quietã uero appellantes q̃
faceret quietum: cũ edem hẽt ex' por
tam collinam publice illã suscipẽ no
luerunt. Utq; indiciũ fuit animi iq̃eti:
an potius ita significatũ ẽ: q q̃ illam
turbam colere pseuerarent: nõ plãe ꝺo
rũ sed demonioz cũ q̃etẽ hẽe ñ posse:
ad quã uocat uerus medicus dicẽs:
discite a me qz mitis sũ ⁊ hũilis cõde:
⁊ inuenietis requiẽ aiab' uestris?

An si iouis sũma potestas ẽ: etiam
uictoria dea debuerit existiari. ca. xvij.

a N forte dñt q deã uictoriã iup
piter mittat: atq; illa tanq̃ regi
deoz obtẽpãs ad quos iusserit uẽiat:
⁊ i eoz pte considat? Hoc uere dĩ non
de illo ioue quẽ deorũ regẽ p sua opi
nione cõfingũt: sz de illo vo rege seculo
rũ q mittat: nõ uictoriã: que nulla sb̃
stantia ẽ: sed angelũ suũ ⁊ faciat uincẽ
quẽ uoluerit: cuius consiliũ occultum
eẽ põt: iniquum esse non põt. Nam si
uictoria dea ẽ: cur ñ de' ẽ ⁊ triumph': ⁊
uictorie iungit uel maritus uel frat
uel filius? Talia q̃ppe isti de dñs opia
ti sunt: qualia si poete fingerẽt: atq; a
nobis exagitarent: responderẽt isti ri
denda esse figm̃ta poetaz: non ueris
attribuenda numĩbus: ⁊ tñ seipsi non
ridebant: cum talia deliramenta non
apud poetas legebãt: sed i templis co
lebant. Jouẽ igitur de oib' rogarent:
ei uni tñmõ supplicarent. Non enim
pmisisset uictoriam: si dea esset sb̃ illo
rege ⁊ posset ⁊ auderet resistere: ⁊ suã
potius facere uoluntatem.

Felicitatẽ ⁊ fortunã q̃ deas putãt:
qua ratione secernũt. cap. xvij.

q Uid q̃ ⁊ felicitas dea est? Edẽ
accepit: aras meruit: sacra ei cõ
grua persoluta sunt. Ipsa ergo sola
coleretur: ubi enim ipsa esset quid bõi
non esset? Sed quid sibi uult: q ⁊ for
tuna dea putatur ⁊ colitur? An aliud
est felicitas: aliud fortuna? Quia fõtu
na potest esse ⁊ mala: felicitas autem
si mala fuerit: felicitas non erit. Certe
omnes deos utriusq; sexus si ⁊ sexuz
habent: non nisi bonos existimare de
bemus. Hoc plato dicit: hoc alij phi
losophi: hoc excellẽtes reip. ppl'oz q̃
rectores. Quõ ergo dea fortuna aliq̃
ꝺo bona ẽ: aliq̃ ꝺo mala? An forte qñ
mala ẽ dea nõ ẽ: sz in malignũ demo
nem repente conuertitur? Quot sunt
ergo dee iste? profecto quotquot sunt
hoies fortunati: hoc ẽ hõe fortũe. Nã
cũ sint ⁊ alij plurimi simul: hoc ẽ uno
tempore male fortune: nunquid si ip
sa esset: simul ⁊ bona esset ⁊ mala:
his aliud: illis aliud? An illa que

dea ē ſemper eſt bona? Ipſa ē ergo felicitas? Cur adhibentur diuerſa noia? ſed ⁊ hoc ferendum eſt. ſolet eiz ⁊ una res diuerſis noibus appellari. Quid diuerſe edes: diuſe are: diuerſa ſacra? Eſt cauſa inquiunt: qz felicitas illa ē: quam bōi habēt precedentib' mēitis. Fortuna uero que dī bona: ſine ullo examie meritoz fortuitu accidit hoibus ⁊ bonis ⁊ malis: unde etiam fortuna noiatur. Quomodo ergo bona eſt que ſine ullo iudicio uenit ⁊ ad bonos ⁊ ad malos? Ut quid aūt colitur q̄ ita ceca ē: paſſiz i quoſlibet icurrēs: ut ſuos cultores plezq̄ pretereat: ⁊ ſuis contemptoribus hereat? Aut ſi aliq̄d pficiunt cultores eius: ut ab illa uideantur ⁊ amenť: iam merita ſeqť: ñ fortuitu uēit. Ubi ē ergo diffinitio illa fortune? Ubi eſt qd a fortuitis etiaz nomen accepit? Nihil enim prodeſt eam colē: ſi fortuna ē. Si autē ſuos cultores diſcernit ut proſit: fortuna nō ē. An ⁊ ipſaz quo uoluerit iuppiter mittit? Colať ergo ipſe ſolus. Nō eiz pōt ei iubenti ⁊ eam quo uoluerit mittēti fortuua reſiſtere. Aut certe ipſam mali colant: qui nolunt habere meritis: q̄ bus poſſit dea felicitas inuitari.

De fortuna muliebri. cap. xix.

t Antum ſane huic uelut uni numini tribuunt: quod fortuna uocant: ut ſimulacz eius quod a matronis dedicatum eſt ⁊ appellatum ē fortuna muliebris: etiaz locutum eſſe memorie cōmēdarint: atq̄ dixiſſe nō ſemel: ſed iterū quod eam rite matrone dedicauerint. Quod q̄dem ſi uerū ſit: mirari nos non oportet. Non eim malignis demonibus etiam ſic difficile eſt fallere: quorum artes atq̄ uerſutias hinc potius iſti aduertere debuerūt q̄ illa dea locuta eſt: que fortuitu accidit: non que meritis uenit. Fuit. n. fortuna locax ⁊ muta felicitas. Et ad quid aliud niſi ut homines recte uiuere non curarent: conciliata ſibi fortuna: que illos ſine ullis bonis meritis faceret fortunatos. Et certe ſi fortuna loquitur: non ſaltem mulieribus: ſed uiris potius loqueretur: ut non ipe q̄ ſimulacruz dedicauerunt putarentur tantum miraculum muliebri locacitate finxiſſe.

De uirtute ⁊ fide quas pagani tēplis ⁊ ſacris honorauerunt: pretmittentes alia bona: que ſimiliter colēda fuerunt: ſi recte alīs diuinitas tribuebatur. cap. xx.

u Irtutē quoq̄ deā fecerūt: q̄ q̄dē ſi dea eēt: mltis fuēat pferēda. Et nūc qz dea ñ ē ſz donū dei: ipa ab illo ipetret: a quo ſolo dari pōt: ⁊ ois falſoz deoz turba uaneſcat. Sz cur ⁊ fides dea credita ē: ⁊ accepit ēt ipa tēplū ⁊ altaz? Quā q̄ſq̄s prudēť agnoſcit: hitacłz illi ſeipſū facit. Uñ aūt ſciūt illi q̄d ſit fides: cui' pmū ⁊ maxiuz offciū ē: ut i uez credať deū? Sz cur ñ ſuffecerat uirť? Nōne ibi ē ⁊ fides? Q̄ñq̄dē virtutē i quattuor ſpes diſtribuēdā eſſe uiderūt: prudētiā: iuſtitiaz: fortitudinē: tēpātiā? Et qm̄ iſte ſingle ſpes ſuas hñt: i ptib' iuſtitie fides eſt: maxim. ꝓ locū apud nos hēt q̄cūq̄ ſcimus q̄d ſit q̄ iuſt' ex fide uiuit. Sz illos miror appetiores mltitudis deorū: ſi fides dea ē: quare alīs tā mltis deab' iiuriā fecerūt: pmittēdo eas q̄ b' ſimilr edes ⁊ aras dedicare potuerunt? Cur tēpātia dea eē ñ meruit: cuz eius noie nōnulli rōani pricipes non puam gliam cōparint? Cur deiq̄ fortitudo dea nō ē: que affuit mutio cum dexterā porrexit in flammas: q̄ affuit curtio cum ſe p patria in abruptam terram precipitē dedit: q̄ affuit decio patri ⁊ decio filio cum pro exercitu

fidro

se uouerũt? Si tñ his oibus uera inerat fortitudo: uñ modo nõ agit. Quare prudentia: quare sapiẽtia nulla numinum loca meruerunt? An q: i noie generali ipsius vtutes omns colũt? Sic ergo posset ⁊ unus deus coli. cui' ptes ceti dq putant. Sed in illa una vtute ⁊ fides est ⁊ pudicicia: q tñ extra in edibus ꝓpis altaria meruerũt. Has deas non ueritas: sed uanitas fecit.

Q: unum non intelligentes deum uirtute: saltem felicitate debuerunt esse contenti. capitulum uigesimum primum.

h Ec cim ueri dei mũera sũt: non ipse dee sũt. Ueruntam ẽ ubi ẽ vtus ⁊ felicitas: quid aliud queritur? Quid ei sufficit cui uirt' felicitasq ñ sufficit? Omnia qppe agenda cõplecti tur vtus: omnia optanda felicitas. Si iuppiter ut hec daret iõ colebat: quia si bonus aliquid ẽ latitudo regni atq diuturnitas ad eandem ptiet felicitatem: cur nõ intellectum est dõa dei eẽ non deos? Si autem putate sunt dee: saltem alia tanta deorum turba non quereret. Consideratis. n. officijs deorũ deaꝝq oium: q sicut uoluerunt ꝓ sua opiatione finxerũt. inueniãt si pñt aliquid quod ab aliquo deo prestari possit homini habenti vtutem: habẽti felicitatem. Quid doctrine uel a mercurio uel a minerua petendũ eẽt: cum vt' oia secũ hiet? Ars qppe ipsa bene recteq uiuendi uirtus a ueteribus diffinita ẽ. Unde ab eo q grece arete dr vtus: nomen artis latinos traduxisse putauerunt. Sz si uirtus non nisi ad ingeniosum posset uenire: qd op' erat deo tatio patre: qui catos id ẽ acutos faceret: cũ hoc possz ꝓferre felicitas? Ingeniosũ quippe nasci felicitatis ẽ. Unde ẽt si nõ potuit a nõdũ nato coli dea felicitas: ut hoc ei conciliata do naret: conferret hoc parentibus eius cultoribus suis: ut eis ingẽiosi filq nascerentur: quid opus erat pturiẽtibus inuocare lucinã: cũ si adeẽt felicitas: ñ solũ bñ parerent: sed ẽt bonos? Quid necesse erat opi dee cõmdare nascẽtes: deo uagitano uagientes: dee cunine iacentes: dee rumine sugentes. deo statilino stãtes: dee adeone adeũtes: abeone abeuntes: dee menti: ut bonã hient mtẽ: deo uolũno ⁊ dee uolũne: ut bõa uellẽt: dqs cõiugalibus: ut bñ ꝓiugarẽt: dqs agrestibus: ut fructus uberrimos caperẽt: ⁊ maxime ipsi diue fructese: marti ⁊ bellõe ut bñ belligerarẽt: dee uictorie ut uincerent: deo honori ut honorarent: dee pecunie ut pecũio si essent: deo esculano ⁊ filio eius argẽtio ut hẽrent erea argenteaq pecuniã. Nã iõ patrem argentini esculanũ posuerũt: quia prius erea pecunia in usu esse cepit: post argentea. Miror aũt q argentinus nõ genuit aurinuz: q: ⁊ aurea subsecuta ẽ. Quẽ deũ isti si hient: sicut saturno iouẽ: ita ⁊ primi argentino ⁊ auo esculano aurinũ ꝓponerẽt. Quid ergo erat necesse ꝓpt hec bõa l' animi l' corpis l' externa tantam deoꝝ turbã colere ⁊ inuocare: quos neq oms cõmẽoraui: nec ipsi potuerũt oib' hũanis bõis minutati singulatiq digestis ⁊ deos minutos ⁊ sigulos ꝓuidẽ: cũ posset magno faciliq cõpendio una dea felicitas cũcta ꝓferre: nec solum ad bona capienda quisq alius: sz neq ad depellenda mala quereret? Cur eim esset inuocãda ꝓpter fessos diua fessonia: propter hostes depellendos diua pellonia: ꝓpt egros medic' l' apollo l' esculapi' l' ãbo siml: qdo esset grãde periculũ? Nec ds spinẽsis ut spias ex agris eradicaret: nec dea rubigo ut non accederet rogat: una felicitate pñte ⁊ tuente: ut uel nulla mala exorirent: uel facillie pellẽt. Postremo quoniam de duabus istis

deabus uirtute ⁊ felicitate tractam⁹: si felicitas vtutis est premium: nō dea sed dei donū est. Si aūt dea ē: cur nō dicat⁹ ⁊ uirtutē ipsa conferre: qñq̄dem ēt vtutē cōseq̄ felicitas magna est?

De scia colendoꝝ deoꝝ: quā a se uarro gloriatur collatam esse romānis cap. xxij.

q Uid ergo ē q̄ pro ingēti bñficio uarro iactat prestare se ciuibus suis: qz nō solū cōmemorat ōos quos coli oporteat a romanis: uerꝝ ēt dicit q̄d ad quē pertineat. Qm̄ nihil ꝓdest inq̄t hoī alicuius medici nom̄ formā q̄ nosse: ⁊ q̄d sit medicus ignōare: ita dicit nihil prodest scire deū eē escula piū: si nescias eū ualitudini opitulari: atq̄ ita ignores cur ei debeas supplicare. Hoc ēt affirmat alia simlitudine dicēs: ñ mō bñ uiuē: sz uiuē oio neiez posse: si ignoret q̄sna sit faber: q̄s pictor: quis rector: a quo quid utēsile petere possit: quē adiutorē assumē: quez ducem: quem doctorem. Eo mō nulli dubiū esse asserens ita esse utilē cognitionem deoꝝ: si sciat⁹ quam quisq̄ ōs uim ⁊ facultatē ac pt̄atem cuiusq̄ rei habeat. Ex eo eim poterimus inquit scire quē cuiusq̄ cā deū aduocaī atq̄ inuocare debeamus: ne faciamus ut mimi solent: ⁊ optemus a libero aq̄: a nymphis uinum. Magna sane utilitas. Quis ñ huic gias agēt si vā mōstraret: ⁊ si unū uerꝝ deum a quo eēnt oia bōa: ⁊ oib⁹ colēdū doceret?

De felicitate quā romani multoꝝ ueneratores deoꝝ diu non coluerunt honore diuino: cum pro omnibus sola sufficeret. cap. xxiij.

s Ed uñ nūc agit⁹: si libri ⁊ sacra eoꝝ vā sūt: ⁊ felicitas dea ē: cur nō ipsa una q̄ colēt⁹ cōstituta ē: q̄ possz uniuersa conferre: ⁊ compendio facē felicē? Quis.n. optat aliquid propter aliud q̄ ut felix fiat? Cur deniq̄ tam sero huic tāte dee p⁹ tot rōanos prici pes: lucullus edē cōstituit? Cur ipse romulus felicē cupiēs condē ciuitatē: nō huic tēplū potissimuz struxit? Nec ꝓpter aliquid dūs ceteris supplicauit: q̄ do nihil deesset si hec adesset. Nam ⁊ ipse nec prius rex: nec ut putāt postea ōs fiēt: si hanc deā ꝓpiciā nō hīet. Ut q̄d ergo romulus constituit romanis deos ianum: iouez: martē: picū: faunū tyberinū: herculē ⁊ siquos alios? Ut q̄d titus tatius addidit saturnū: opē: solem: lunam: uulcanū: lucem: ⁊ quosq̄ alios addidit: inter quos etiaz deaz cloacinam felicitate neglecta? Ut q̄d numa tot ōos ⁊ tot deas sine ista? An eam forte in tanta turba uidere nō potuit? Hostilius certe rex deos ⁊ ipe nouos pauorē atq̄ pallorem ꝓpiciādos non introduceret: si deam istam nosz aut coleret: pñte quippe felicitate ois pauor ⁊ pallor non propiciatus abscederet: sed pulsus aufugeret. Deide q̄d ē hoc quod iam romanum imperium longe lateq̄ crescebat: ⁊ adhuc nemo felicitatem colebat? An iō grandius ī piū q̄ felicius fuit? Nā quō ibi esz vā felicitas: ubi uera non erat pietas? Pietas enim uera est uerax ueri ōi cult⁹: non cultus falsorum tot deorūm quot demoniorum. Sed ⁊ postea iam in deorum numerum felicitate suscepta: magna bellorum ciuilium infelicitas subsecuta est. An forte iuste est indignata felicitas: q̄ ⁊ tam sero ⁊ non ad honorem sed ad contumeliam potius inuitata est: ut cum ea coleretur priapus ⁊ cloatina: ⁊ pauor ⁊ pallor ⁊ febris: ⁊ cetera non numina colendorū: sed crimina colentium? Ad extremuz si cum turba indignissima tanta dea colenda uisa est: cur non uel illustrius ceteris colebatur? Quis enim ferat q̄

neq̃ inter deos consentes: quos dicũt in consilium iouis adhiberi: nec inter deos quos selectos uocant felicitas cõstituta est: ut templum aliquod ei fieret: quod ⁊ loci sublimitate ⁊ operis dignitate preemineret? Cur enim non aliquid melius q̃ ipsi ioui? Naz neq̃ etiaz ioui regnum nisi felicitas dedit: si tamen cum regnaret felix fuit: ⁊ potior est felicitas regno. Nemo eniz dubitat facile inueniri hominem q̃ tieat se fieri regem: nullus autem inuenitur qui se nolit esse felicem. Ipsi ergo dñ si per auguria uel quolibet modo eos posse consuli putant: de hac re consulerentur utrum uellent felicitati loco cedere: si forte aliorum edibus uł altaribus iaz fuisset locus occupatus: ubi edes maior atq̃ sublimior felicitati cõstrueretur: etiaz ipse iuppiter cederet: ut ipsum uerticem collis capitolini felicitas potius obtineret. Non enim quispiam resisteret felicitati: nisi quod fieri ñ potest: qui eẽ uellet infelix. Nullo mõ omnino si consuleretur faceret iuppiter qõ ei feceruut tres dñ: mars: terminus: ⁊ iuuentas: qui maiori ⁊ regi suo nullo modo cedere locõ uoluerunt. Naz sicut habent eorũ littere cuz rex tarquinius capitolium fabricare uellet: eũq̃ locũ qui ei dignio aptioq̃ uidebat a dñs alijs cerneret ꝓoccupatum: ñ audẽs aliq̃d cõtra deorũ facere arbitum: ⁊ credens eos tanto numini suoq̃ principi uoluntate cessuros: qz multi erant illic ubi capitoliũ cõstitutum est: per augurium quesiuit utruz cõcedere locum uellent ioui: atq̃ ipsi ĩ de cedere: omẽs uoluerunt preter illos quos cõmemõauĩ: martem: terminũ: iuuentantẽ: atq̃ iõ capitoliũ ita constructũ est: ut etiam isti tres int̃ essent tam obscuris signis: ut hoc uix hoies doctissimi scirent. Nullo mõ igit̃ felicitatem iuppiter ipse cõtẽneret: sicut a termino: marte: iuuentante cõtẽpt̃ est. Sed ipsi etiam qui non cesserant ioui: profecto cederent felicitati: q̃ illis regem fecerat iouez. Aut si ñ cederẽt: nõ id contemptu eius facerent: sz q̃ in homo felicitatis uł obscuri eẽ mallẽt: q̃ sine illa in locis proprijs eminere. Ita dea felicitate in loco amplissimo ⁊ celsissimo constituta: discerent ciues unde omnis boni uoti petendum essz auxiliuz. Ac si ipsa suadente natura: aliorum deorum superflua multitudine derelicta coleret̃ una felicitas: uni supplicaretur: unius templum frequẽtaretur a ciuibus qui felices eẽ uellẽt: quorum esset nemo q̃ nollet: atq̃ ita ipsa a seipsa peteret̃: que ab oib̃ petebat̃. Quis eim aliquid ab aliquo deo nisi felicitatẽ uelit accipe: uel quod ad felicitatem existiat ptinere? Proinde si felicitas hẽt ĩ pt̃ate cũm quo homine sit: hẽt aũt si dea ẽ: q̃ tandẽ stulticia est ab aliquo eã deo petere: quã possis a seipsa ipetrare? Hanc ergo super deos ceteros honorare ẽt loci dignitate debuerunt. Sicut eim apud ipsos legit̃: romani ueteres nescio quẽ sũmanum cui nocturna fulmina tribuebãt coluerũt magis q̃ iouẽ: ad quẽ diurna fulmia pertinebant. Sed postq̃ ioui tẽplũ insigne ac sublie cõstructũ ẽ: pptez edis dignitatẽ sic ad eũ multitudo cõfluxit: ut uix inueniatur q̃ sũmani nomẽ qõ audire iã ñ põt: se saltẽ legisse memierit. Si aũt felicitas dea ñ ẽ: qm̃ qõ uez ẽ munus ẽ dei: ille õs q̃rat̃: q̃ eã dare possit: ⁊ deorũ falsorũ multitudo noxia relinquat̃: quã stultorũ hoinũ multitudo uana sectat̃: dõa dei deos sibi faciens: ⁊ ipz cuius ea dõa sũt obstinatiõe superbe uolũtatis offendens. Sic eim carere non põt ifelicitate: q̃ tanq̃ deã felicitatẽ colit: ⁊ deum datorem felicitatis relinquit: sicut carẽ nõ põt fame: q̃ panẽ pictũ lingit: ⁊ ab hoie q̃ uerũm hẽt non petit. Libet autẽ eorum rationes considerare.

Qua ratione defendant pagani: q̃ inter deos colant ipsa dona diuina. cap. xxiiij.

u Sqzadeo ne iq̃ũt maiores nr̃os insipiẽtes fuisse credendum ẽ: ut hec nescirẽt munera diuia eẽ ñ deos? Sz qm̃ sciebãt nẽini talia: nisi aliquo deo largiẽte cõcedi: quoz deoz noia ñ iuẽiebãt. eaz rez noib' appellabãt deos quas ab eis sentiebant dari: aliqua uocabula inde flectentes: sicut a bello bellonã nũcupauerunt ñ bellũ: sicut a cunis cuninã nõ cunã: sicut a segetib' segetiã nõ segetẽ: sicut a pomis pomonã nõ pomũ: sicut a bobus bobonã nõ bouẽ: aut certe nulla uocabuli declinatione sicut res ipe noiant: ut pecunia dicta ẽ dea q̃ dat pecuniã: nõ oio pecunia dea ipsa putata ẽ. Ita uirtus q̃ dat uirtutẽ: honor q̃ honorẽ: cõcordia q̃ concordiam: uictoria q̃ uictoriam dat. Ita iquiunt cũ felicitas dea dĩ nõ illa q̃ dat: sz numẽ illud attẽdit a quo felicitas dat. Ista nobis reddita rõe: multo facilius eis quorum cor non nimis obduruit persuadebimus fortasse quod uolumus.

De uno tm̃ colẽdo deo: q̃ lz nomie ignoret: tm̃ felicitatis datõ eẽ sentitur. cap. xxv.

s I eiz iã humana ifirmitas sensit nõ nisi ab aliquo deo dari posse felicitatẽ: ⁊ hoc senserunt hoies: q̃ taz multos colebant deos: in quib' ⁊ ipz eoz regẽ iouẽ: quia nomẽ eius a quo daret felicitas ignorabãt: ⁊ inde ipius rei noie quã credebãt ab illo dari: euz appellare uoluerunt. Satis ergo indicant nec ab ipso ioue dari posse felicitatẽ quam iam colebant: sed utiq̃ ab illo quem noie ipsius colendũ esse censebant. Confirmo prorsus a quodam deo quem nesciebãt: ⁊ eos credidisse dari felicitatẽ. Ipse ergo q̃rat: ipe colatur: ⁊ sufficit. Repudiet strepitus inũerabilium dẽoniorz: illi nõ sufficiat hic deus: cui nõ sufficit munus eius. Illi inq̃ non sufficiat ad colendum deus dator felicitatis: cui non sufficit ad accipiendum ipsa felicitas. Cui aũt sufficit: nõ eiz hẽt homo quid ãpli' optare õbeat: seruiet uni õo datori felicitatis. Nõ ẽ ipse quẽ noiant iouem. Nã si eũ datorẽ felicitatis agnoscerẽt: ñ utiq̃ aliũ uel aliã a quo daret felicitas noie ipsius felicitatis inquirerẽt: neq̃ ipm iouem cũ tantis iniurijs colẽdũ putarẽt. Iste aliẽaz dĩ adultatõ uxoz: iste pueri pulchri ipudic' amatõ ⁊ raptõ.

De ludis scenicis: quos sibi dij celebrari a suis cultoribus exegerunt. cap. xxvi.

s Ed fingebat hec homerus ait tullius: ⁊ humana ad deos trãsferebat: diuina mallem ad nos. Merito displicuit uiro graui diuinorum criminum poeta confictor. Cur ergo ludi scenici ubi hec dictitant: cantitant: actitantur: deorum honoribus exhibẽtur: inter res diuinas a doctissimis conscribuntur? Hic exclamat cicero: ñ contra figmenta poetarum: sed cõtra instituta maiorum. An non exclamarent ⁊ illi: quid nos fecimus? Ipsi dij ista suis honoribus exhibenda flagitauerunt: atrociter imperarunt: cladem nisi fierẽt prenunciarunt: quia neglectuz est aliquid seuerissime uindicazt: quia id quod neglectum fuerat factũ est placatos se esse monstrazunt. Interea eorum commemoratur uirtutes ⁊ miranda facta quod dicam. Tito latino rustico romano patrifamilias dictum est in somnijs ut in senatu nũtiaret: ut ludi romani instaurarẽtur: quod prio eorum die in quodam scelerato: qui populo spectante ad supplicium duci

iussus est: numibus uidelz ex ludis hilaritatem querentibus: triste displicuisset imperium. Cum ergo ille qui sono cõmonitus erat: postera die iussa facere non ausus esset: secunda nocte hoc idem rursus seuerius imperatuz ẽ: ãmisit filiũ quia non fecit: tertia nocte dictũ ẽ hoi: ꝙ maior ei pena si non faceret imminneret. Cũ ẽt sic nõ audẽt: in morbũ incidit acrẽ ⁊ horribilem. Tum vo ex amicoꝝ sñia ad magiat' rem detulit: atq; in lectica allatus est in senatum. Expositoq; somnio recepta continuo ualitudine pedibus suis sanus abscessit. Tanto stupefact' miraculo senatus quadruplicata pecũia luoos censuit instaurari. Quis nõ uideat qui sanum sapit sõditos homies malignis demonibus: a quoꝝ dñatione non liberat: nisi gia dei per iesum christum dñm nim ui cõpulsos eẽ exhibere talib' pũs: q̃ recto consilio poterant turpia iudicari? In ill' certe ludis poetica numinũ cria frequentant': qui ludi cogentibus numibus iussu senatus instaurabãt. In ill' ludis cõrup tozẽ pudicitie iouẽ turpissimi histriones cantabant: agebant: placebant: si illud fingebat': ille irasceret. Si autez suis cribus etiam fictis delectabatur: qñ coleret nisi diabolo seruiit? Ita ne iste romanũ cõderet: dilataret: cõfuaret impiũ: quouis rõano cui displicebant talia abiectioz? Iste daret felicitatem: qui taz infeliciter colebatur: ⁊ nisi ita coleret infelicius irascebatur?

De trib' generibus deoꝝ: de q̃bus sceuola põtifex disputauit. cap. xxvij.

r Elatũ est in liis doctissimũ pontificẽ sceuolam disputasse: ⁊ ta genera tradita deoꝝ: unũ a poetis: altezꝝ a philosophis: tertiũ a pricipibus ciuitatis. Primũ genus nugatorium dicit eẽ: ꝙ mlta de dñis fingãt idigna. Secũdũ vo ꝓgruere ciuitatib' q̃ habeat aliqua supuacua: aliqua ẽt q̃ obsint ppl'is nosse. De supuacuis nõ magna cã ẽ. Solet eim ⁊ a uiris peritis dici: supflua non nocent. Que sũt aũt illa q̃ plata in multitudine nocẽt? Hec inquit: nõ eẽ deos herculẽ: esculapiũ: castorem: pollucem. Prodit' eiz a doctis ꝙ hoies fuerint: ⁊ humana conditione defecerint. Quid aliud q̃ d̃ eoꝝ qui sint dñ: nõ hẽbant ciuitates uera simulacra: ꝙ uerus deus nec sexũ habeat nec etatem nec diffinita corporis membra? Hec pontifex nosse populos nõ uult: nã falsa esse nõ putat. Expedire igitur existiat falli in religione ciuitates. Quod dicere ẽt in libris rerum diuiaꝝ ipse uarro non dubitat. Preclara religio quo confugiat liberand' infirmus: ut cũ ueritatẽ qua liberetur inquirat: credat' ei expedire ꝙ fallit'. Poeticũ sane deoꝝ gẽus cur sceuola respuat eisdẽ liis non tacet': qz sic uidelicet deos deformant: ut nec bois hoibus compent': cũ aliũ faciũt furari: alium adulterare. Sic item inquit aliq̃d aliter turpiter atq; inepte dicẽ aut facere: tres inter se deas certasse õ pmio pulchritudis: uictas duas a uenere troiam euertisse. Jouem ipsum conu'ti in bouem aut cygnũ: ut cũ aliqua concumbat: deam homini nubere: saturnum filios deuorare. Nihil deniq; posse cõfingi miraculoꝝ atq; uitiorũ non ibi reperiatur: atq; a deorum natura longe absit. O sceuola pontifex maxime ludos tolle si potes: precipe populis: ne tales honores dñis immõ talibus deferant: ubi crimina deorum libeat mirari: ⁊ que fieri possunt placeat imitari. Si autem tibi responderit populus: uos nobis importastis ista pontifices: deos ipsos roga: quibus instigantibus ipsa iussistis: ne talia sibi iubeant exhiberi. Que si mala sũt: ⁊ propterea nullo modo de deorum

maiestate credēda:maior ē eorꝫ iiuria de quibus impune fingūt. Sed non te audiūt:demones sūt:praua docēt:turpib⁹ gaudēt:non solū nō deputāt iniuriā si de illis ista fingāt:sed eā prsus iiuriam ferre nō possunt:si per eorū sollēnia non agāt. Jam uero si aduersus eos Jouē interpelles:maxime ob eā causā quia eis plura crimina ludis scenicis actitāt:nōne etiā si deū Jouē nuncupatis : a quo regit totus atqꝫ administrat hic mūdus:eo illi fit a uobis maxima iiuria : q̄ eum cum istis colendū putatis: eorꝫqꝫ regē esse perhibetis.

An ad optinēdum dilatādūqꝫ regnū pfuerit romanis cultus deorum cap.xxviij.

n Ullo igit mō dij tales qui talib⁹ placāt l' poti⁹ accusāt hōrib⁹ ut maius sit crimē q̄ eis falsis oblectāt: q̄ si de illis uera dicerētur:rōanū ipiū augere ⁊ cōseruare potuissēt. Hoc eni si possēt:grecis potius donū tā grāde cōferrēt:qui eos i huiuscemōi reb⁹ diuinis hoc est ludis scenicis hōrabiliuſ digniusqꝫ coluerūt:q̄do et morsib⁹ poetarꝫ q̄bus ōos dilacerari uidebāt se nō subtraxerūt:dādo eis licētiā male tractādi homines quos liberet: et ipsos scenicos nō turpes iudicauerunt:sed dignos etiam preclaris honoribus habuerunt. Sicut autem potuerunt auream pecūiam habere rōani:q̄uis deum aurinum non colerēt: sic ⁊ argenteam habere potuerunt ⁊ eream:si nec argentinum nec ei⁹ piez colerent esculanum:sic omnia que retexere piget. Sic ergo ⁊ regnum inuito quidem deo uero nullo modo hīe possēt:dij ūo istis falsis ⁊ mltis ignoratis siue contemptis:atqꝫ uno illo cognito ⁊ fide sincera ac morib⁹ culto: ⁊ melius hic regnum haberent q̄tuncūqꝫ haberent:⁊ post acciperent sempiternum:siue hic haberent siue non haberent.

De falsitate auspicij : quo romani regni fortitudo ⁊ stabilitas uisa est iudicari.cap.xxix.

n Am illud quale est quod pauloante commemorauī:pulcherrimum auspicium fuisse dixerūt:martem ⁊ terminum ⁊ iuuentantem nec ioui regi deorum loco cedere uoluisse. Sic enim inquiunt significatum est martiam gentem:id est romanam nemini locum quem teneret daturam: romanos quoqꝫ terminos propter deum terminum neminem cōmoturuꝫ: iuuentutem etiam romanam propter deam iuuentantem nemini esse cessuram. Uideant ergo quomodo habeant istum regem deorum suorum ⁊ datorem regni sui:ut ei auspicia ista pro adversario ponerent:cui nō cedere pulchrꝫ est. Quāq̄ hec si vera sūt:nō habent omnino quid timeant. Non eim confessuri sūt q̄ dij cesserunt christo: qui ioui cedere noluerunt. Saluis q̄ppe imperij finib⁹ christo cedere potuerūt:⁊ de sedibus locorum : ⁊ maxime de corde credentium. Sed anteq̄ christus ueniret in carne:anteq̄ ista deiqꝫ scriberentur:que de libris eorum proferimus:sed tamen postea q̄ factum est sb rege tarquinio illud auspiciuꝫ: aliquotiens romanus exercitus fusus est:hoc est vsus in fugam:falsūqꝫ ostēdit auspicium:q̄ iuuentas illa nō cesserit ioui:⁊ gens martia superantibus atqꝫ irrumpentibus gallis in ipsa urbe contrita est:⁊ termini imperij deficientibus multis ab hannibale ciuitatib⁹ in anguſtuꝫ fuerant coartati. Ita euacuata est pulchritudo auspiciorꝫ: remansit contra iouem contumacia: non deorꝫ:sed demoniorꝫ. Aliud eim

ē non cessisse: aliud uñ cesseras ĩdisse. Quāq̃ ēt postea in orientalib⁹ ptib⁹ adriani uolūtate mutati sūt termini ĩ perq̃ romani. Ille nāq̃ tres ꝓuincias nobiles: armeniā: mesopotamiā: assyriā persaꝝ cōcessit impio: ut ōs ille terminꝰ: q̃ rōanos t̃mios secūdū istos tuebat: ⁊ per illd pulcherrimū auspiciū loco nō cesserat ioui: plus adrianum regē hoiuꝫ q̃ regē deoꝝ tiuisse uidēt. Receptis q̃ alio tpe ꝓuicijs mēoratis nīa pene mēoria ĩtrorsus t̃minꝰ cessit: qñ iulianꝰ deoꝝ illoꝝ oracul dedituꝰ ĩmoderato ausu naues iussit incēdi: q̃ bus alimonia portabat: qūa exercitus destitutus mox ēt ipso hostili uulnere extinctus in tantā ē redactus iopiā: ut ide nullus euaderet undiq̃ hostib⁹ incursantib⁹: milite ipatoris morte turbato: nisi placito pacis illic ipij fines ꝓstituerēt: ubi hodie q̃ psistunt: nō q̃ dē tāto detrimēto q̃tuꝫ ꝓcesserat adrianus: sꝫ media tm̃ ꝓpositione defixi. Ualno igit augurio deꝰ terminus nō cessit ioui: q̃ cessit adriāi uoluntati: cessit ēt iuliani temeritati: ⁊ iouiniani necessitati. Uiderunt hec ĩtelligētiores grauioresq̃ rōani: sꝫ ꝓ⁹ ꝓsuetudinē ciuitatis: q̃ dēoniacis ritibus fuerat obligata paꝝ ualebāt. Qz ⁊ ipsi ēt si illa uana sentiebant: nature tñ reꝝ sb̃ uniuſ ueri dei regimie atq̃ ipio ꝓstitute: religiosum cultuꝫ q̃ deo debet exhibēduꝫ putabāt: seruiētes ut ait apls creature potius q̃ creatori q̃ ē bñdictus i scla. Huius ueri dei erat auxiliuꝫ necessarium: a quo mitterent sancti uiri ⁊ vaciter pij: q̃ ꝓ va religione morerēt: ut falsa a uiuētibus tolleretur.

Qualia ō dijs gētiuꝫ ēt cultōes eorum se sentire fateant. cap. xxx.

c Icero augur irridet auguria: ⁊ reprhēdit hoies corui ⁊ cornicle uocibus uite cōsilia moderantes. Sꝫ iste academicus: q̃ oia cē ꝓtēdit ĩcerta indignus est q̃ hēat ullam ĩ his rebus auctez. Disputat apud eum q̃ntus lucilius balbus ĩ secundo de ōoꝝ nata libro: ⁊ cum ipse superstitiōes ex nata reꝝ uelut physicas ⁊ philosophicas ĩserat: indignat tñ institutioni simulacroꝝ ⁊ opinionibus fabulosis ita loquēs. Uidetis ne igit ut a physicis rebus bene atq̃ utiliter inuentis rō sit tracta ad commētitios ⁊ fictos deos? Que res genuit falsas opiones: erroresq̃ turbulentos: ⁊ supstitiōes pene aniles. Et forme.n.nobis deoꝝ ⁊ etates ⁊ uestitus ornatusq̃ noti sunt: genera ptā: ꝓiugia: cognatiōes: oiaq̃ tra ducta ad silitudinē ibecillitatis humane: nā ⁊ pturbatis ais inducunt. Accepiūs.n.ōoꝝ cupiditates: egritudines: iracūdias. Nec vo ut fable fuerūt dij bell plijsq̃ caruerūt. Nec solū ut apō homeꝝ duos exercitus cōtrarios alij dij ex alia pte defenderēt: sed etiā cum titanis aut cū gigantib⁹ sua ꝓpa bella gesserūt. Hec ⁊ dñr ⁊ creduntur stultissime: ⁊ plena sunt uanitatis sūmeq̃ leuitatis. Ecce interim q̃ confitentur q̃ defendunt deos gentiū. Deinde cuꝫ hec ad supstitionē ptinere dicat: ad religionē vo quā ipse secundū stoicos uidet docere. non eim philosophi soluꝫ inq̃t: ueꝝ etiā maiores nīi supstitionē a religione sepauerunt. Nā qui totos dies pcabāt iq̃t ⁊ imolabāt: ut sibi sui liberi supstites eēnt: superstitiosi sunt appellati. Quis nō intelligat cū conari: dū cōsuetudinē ciuitatis timet religionē laudare maioꝝ: cāq̃ a supstitione uelle seiūgere: sꝫ qūo id possit non inuenire? Si eim a maioribꝰ illi sunt appellati superstitiosi: qui totos dies pcabant ⁊ imolabāt: nunq̃d ⁊ illi qui instituerunt quod iste reprehendit deorum simulacra diuersa etate ⁊ ueste distincta ōoꝝ gēera: ꝓiugia: cognatōes: Hec utiq̃ cū tanq̃ superstitiosa clpāt:

implicat ista culpa maiores talium simulacrorꝫ istitutores atqꝫ cultores: implicat ⁊ seipsũ: q̃ q̃tolibet eloq̃o se i libertatẽ nitat̃ euoluere: necesse habeat ista uenerari: nec qd̃ i hac disputatiõe disertus insonat mutire auderet in populi concione. Agam⁹ itaqꝫ christiani dño deo nro gias: ñ celo ⁊ terre sicut iste disputat: sꝫ ei qui fecit celũ ⁊ trã: qui has supstitiones quas iste balbus uelut balbutiẽs ũix reprehendit p altissimã christi humilitatem: p aplorꝫ predicationem: per fidem martyꝫ p ueritate morientiũ: ⁊ cũ vitate viuẽtium non solũ i cordib⁹ religiosis: ueꝫ etiam in edibus superstitiosis libera suorum seruitute sbuertit.

De opionibus varronis: q̃ reprobata suasione populari: lꝫ ad notitiaꝫ ueri dei non peruenerit: unum tamen deuꝫ colendũ esse censuerit. cap. xxxi.

q Uid ipse varro quẽ uolem⁹ i rebꝰ diuinis ludos scenicos: q̃uis non iudicio propo posuisse: cũ ad deos colendos mltis locis uelut ẽligiosus hortet̃: nonne ita confitet̃: ñ se illa iudicio suo seq̃: q̃ ciuitatẽ romanã instituisse cõmemorat: ut si eam ciuitatẽ nouã cõstituẽt: ex natuze potius fõmula deos noiaqꝫ eorꝫ se fuisse dedicaturum ñ dubitet cõfiteri? Sꝫ iam qm̃ in uere pplo esset acceptũ: ab antiqs nominũ ⁊ cognominuꝫ historiam tenere ut tradita ẽ debere se dicit: ⁊ ad eum finẽ illa scribere ac pscrutari: ut pot⁹ eos magis colere q̃ despicere uulgus uelit. Quibus vbis hõ acutissimus satis indicat nõ se apire oia q̃ nõ sibi tãtum ꝓtẽptui essent: sꝫ ẽt ipsi uulgo despicienda uiderent̃: nisi tacerent̃. Ego ista cõiicere putari debui: nisi euidẽt alio loco ipse diceret de religiõib⁹ loquens. multa esse uera que ñ mõ uulgo scire non sit utile: sꝫ etiã tã ⁊si falsa sunt aliter existimare populum expediat: ⁊ iõ grecos theletas ac mysteria taciturnitate pietibusqꝫ clausisse. Hic certe totum ꝓsilium ꝓdidit uelut sapientium p quos ciuitates ⁊ ppli regerẽtur. Hac tñ fallacia miris modis maligni demones delectant̃: q̃ ⁊ deceptões ⁊ deceptos piter possident: a quorum dñatione ñ liberat nisi gia dei p iesuꝫ christũ dominum nrm. Dicit ẽt idẽ auctor acutissimus atqꝫ doctissimus: q̃ hi soli ei videant̃ aiadvtisse q̃d esset deus: qui crediderũt eũ eẽ aiaꝫ motu ac rõe mundum gubernantẽ: ac p hoc ⁊si nondum tenebat quod vitas hẽt: deus enim uerus non aia sed aie quoqꝫ est effector ⁊ conditor: tñ si cõtra p̃iudicia consuetudis liber esse posset: unum deũ colendum fateret̃ atqꝫ suaderet: motu ac rõe mundum gubernãtem: ut ea cum illo de hac re q̃o remaneret: q̃ eum diceret esse aiam: nõ potius ⁊ aie creatorem. Dicit ẽt ãtiquos romanos plus annos centũ ⁊ septuagita deos sine simulacro coluisse. Qd̃ si adhuc inquit mansisset: castꝰ dij obseruarentur. Cuius sententie sue testem adhibet inter cetera ẽt gentem iudeã: nec dubitat eũ locũ ita concludere: ut dicat qui p̃mi simulacra deorum populis posueruut: eos ciuitatibus suis ⁊ metũ depersisse ⁊ errorem addidisse prudent̃ existimans deos facile posse in simulacrorꝫ stoliditate cõtẽni. Qd̃ vo non ait errorem tradiderunt sꝫ addiderunt: iam utiqꝫ fuisse etiam sine simulacris intelligi uult errorẽ. Quappter cũ solos dicit aiadvtisse quid eẽt deus: qui cum crederent aiam mũduꝫ gubernãtẽ castiusqꝫ existiat sine simulacris obseruari religionẽ: q̃s non uideat quantuꝫ propinquauerit vitati? Si enim aliud contra uetustatem tãti posset erroris: profecto ⁊ unum deuꝫ a quo mũdũ crederet gubernari: ⁊ sine simulacro colendum esse censeret:

atq; in tam proximo inuentus facile fortasse de anime mutabilitate cõmoneretur: ut naturam potius incommutabilem: q̃ ipsam quoq; animam condidisset: deus uex esse sentiret. Hec cũ ita sint: quecũq; tales uiri in suis lĩis multox deox ludibria posuerunt: cõfiteri ea potius occulta dei voluntate cõpulsi sunt: q̃ psuadere cõati. Siqua igitur inde a nobis testimonia pferũt: ad eos redarguendos pferũt: q̃ nolũt aduertere de q̃ta ⁊ q̃ maligna dẽonũ potestate nos liberet singulare sacrificium tam sancti sanguinis fusi: ⁊ donum spiritus impertiti

Ad quã spem utilitatis principes gentiũ apd subiectos sibi ppl'os falsas religiões uoluerũt pmãere. cap xxxij.

d Icit etiam de generationib' deorum magis ad poetas q̃ ad physicos fuisse populos inclinatos: ⁊ ido ⁊ sexum ⁊ generationes deox maiores suos. i. ueteres credidisse romãos: ⁊ eox cõstituisse coniugia. Qd utiq; non aliam ob cãm factum uidet: nisi qx hominum uelut prudentium ⁊ sapientiũ negotium fuit ppl'm in religionibus fallẽ: ⁊ in eo ipso ñ solũ colẽ sed imitari ẽt demones: quib' maxia ẽ fallendi cupiditas. Sicut eim demones: nisi eos quos fallendo deceperit possidere non possunt: sic ⁊ homines principes non sane iusti: sed dẽonum similes: ea q̃ uana esse nouerunt: religiõis noĩe populis tãq̃ va suadebãt: hoc modo eos ciuili societati uelut artius alligantes: quo siliter subditos possiderent. Quis aũt infirmus ⁊ indoctus euaderet simul fallaces ⁊ principes ciuitatis ⁊ demones:

Qx iudicio ⁊ pt'ate dei ueri omniũ regum atq; regnox ordinata sint tempora. cap. xxxiij.

d Eus igitur ille felicitatis auctõ ⁊ dator: qx solus est uer' ds: ipe dat regna terrena ⁊ bonis ⁊ mal'. Neq; hoc temere ⁊ quasi fortuitu: qx ds ẽ non fortuna sed p rex ordie ac tpe occulto nobis: notissimo sibi. Cui tñ ordini tẽpox non sbditus seruit: sed eũ ipse tanq̃ dñs regit moderatorq; disponit: felicitatẽ vo non dat nisi bonis. Hãc enim possunt hĩe ⁊ non hĩe seruientes: pñt ⁊ non habere ⁊ habere regnãtes. Que tamẽ plena in ea uita erit: ubi iã nemo seruiret ulli. Et ideo regna mundi huius deus bonis ⁊ malis cõmuniter prestat: ne boni ea tãq̃ munera dei magna concupiscãt. Et iõ regna terrena ⁊ bonis ab illo dantur ⁊ malis: ne eius cultores adhuc i proiectu animi paruuli hec ab eo mũera quasi magnũ aliquid ꝓcupiscãt: ⁊ hoc est sacramtũ uetis testamti: ubi occultum erat nouum: q̃ illic pmissa ⁊ terrena dona sunt intelligentibus ⁊ tunc spualibus: q̃uis nõdũ i manifestatiõe predicãtibus: ⁊ que illis temporalib' rebus significaret' eternitas: ⁊ in q̃bus dei donis esset uera felicitas.

De regno iudeorum: quod ab uno ⁊ uero deo institutum atq; seruatum est: donec in uera religione manserũt. cap. xxxiiij.

i Taq; ut cognoscerentur etiam illa terrena bona: quibus solis inhiant qui meliora cogitare nõ pñt: ⁊ in ipsius unius dei esse posita pt'ate: non in multorum falsorum: quos colendos romani ante crediderunt: populum suum in egypto de paucissimis multiplicauit: ⁊ inde signis mirabilibus liberauit. Nec lucinam mulieres ille inuocauerunt: quando earum partus ut miris modis multiplicarẽt ⁊ gens illa incredibiliter crescere: ab egyptiox persequẽtium ⁊ ifãtes omns

necare uolentium manibus ipse liberauit:ipse seruauit. Sine dea rumina suxerunt. sine cunina in cunis fuerūt: sine edulica ⁊ potina escam potunq; sumpserunt:sine dīis tot puerilibus educati sunt:sine dīis coniugalibus cōiugati:sine cultu priapi cōiugib⁹ mixti:sine inuocatione neptuni mare trāseuntibus diuisum patuit: ⁊ sequētes eorum inimicos fluctibus in se redeūtibus obruit. Nec consecrauerunt aliquam deam mannaz:quando de celo māna sumpserunt:nec qñ sitientibus aquā percussa petra profudit nymphas lymphasq; coluerunt. Sine isanis sacris martis ⁊ bellone bella gesserunt:⁊ sine uictoria quidem non uicerunt:non eaz tamen deam: sed dei sui munus habuerunt : sine segetia segetes:sine buboa boues:mella sine mellona:poma sine pomona. Et prorsus omnia pro quibus tante falsorz deorz turbe romani supplicandum putauerunt:ab uno uero deo multo felicius acceperunt:⁊si non in eum peccassent impia curiositate:tanq̄ magicis artibus seducti ad alienos deos:⁊ ad idola defluendo ⁊ postremo christum occidendo:in eodem regno ⁊si non spaciosiore tamen feliciore māsissent. Et nunc q̄ per omnes fere terras gētesq; dispersi sunt unius ueri dei prouidentia est:ut q̄ deorz falsorz usq;quaq; simulacra:arc:luci:templa euertuntur: ⁊ sacrificia prohibētur: de codicibus eorum probetur quemadmodum hoc fuerit tanto ante prophetatum:ne forte cuz legeretur in nostris:a nobis putaretur esse confictum. Jam quod scq̄tur in uolumine sequenti uidenduz ē: ⁊ hic dandus huius prolixitati modus.

Aurelij augūstini de ciuitate dei liber quintus.

Causam romani imperij omniūq; regnorum : nec fortuitam esse: nec in stellarz positione cōsistē. capitulum. i.

UONIAM constat omniuz rerum optandarum plenitudinem esse felicitatem:que non est dea sed donum dei: ⁊ ideo nullum deum colendū esse ab hoibus:nisi qui potest eos facere felices. Unde si illa dea esset:sola colenda merito diceretur. Jaz consequenter uideam⁹ qua causa deus qui potest ⁊ illa bona daz̄ que habere possunt etiam non boni: ac per hoc etiam non felices:romanū imperium tam magnum tāq; diuturnum esse uoluerit. Quia enim hoc deorum falsorum illa quā colebant multitudo non fecit:⁊ multa iam dixius: ⁊ ubi uisum fuerit opportunum eē dicemus. Causa ergo magnitudis iperij romani nec fortuita ē nec fatalis: secūdum eorum sententiam siue opionem qui ea dicunt esse fortuita:que uel nullas causas habent:uel non ex aliquo rationabili ordine uenientes:⁊ ea fatalia que preter dei ⁊ hominum uolūtatem cuiusdam ordinis necessitate contingunt: prorsus diuina prouidentia regna constituuntur humana. Que si propterea quisq̄ fato tribuit:quia ipsam dei uoluntatem uel potestatez fati nomiue appellat: sententiaz teneat: linguam corrigat. Cur enim non hoc primum dicat quod postea dictuz⁹ ē: cum ab illo quisq̄ quesierit quid dixerit fatū: Nā id hoies qñ audiūt usitata loq̄ndi ꝓsuetudie: ñ intelligunt nisi uim positionis sydez:qualis ē qñ q̄d

nascit siue cōcipit: qd aliqui alienāt a dei voluntate: aliq ex illa ēt hec pēdē cōfirmāt. Sz illi q sine dei uoluntate decernere opinant sydera qd agam⁹: ul qd bōz hēam⁹ malorūue patiāur: ab auribus omniū repellēdi sūt. Non solū eoz qui vā religionē tenēt: sz qui deoz qualiūcūq lz falsoz uolūt esse cultores. Hec cim opio qd agit aliud nisi ut null⁹ colat āt roget de⁹? Cōtra quos mō nobis disputatio ñ ē istituta: sz ⁹ eos q p defensione eoz: quos ōos putant: christiāe religiōi advsāt. Illi vo qui positiōi stellaz quodāmō discernētiū qualis quisq sit: ⁊ qd proueniat bōi qdue mali accidat ex ōi uoluntate suspēdūt: si easdem stellas putāt hīe hanc pīatē traditā sibi a summa illi⁹ pīate: ut uolētes ista decernāt magnā celo faciūt iniuriā: i cui⁹ uelut clarissimo sēatu ac splendidissia curia opināt scelera faciēda decerni: qualia si aliqua terrēa ciuitas decreuisset genere hūano decernēte fuerat evtēda. Quale deide iudiciū de hoiuz factis deo reliqt: qb⁹ celestis necessitas adhibet: cū dñs ille sit ⁊ sydez ⁊ hoiz? Aut si ñ dnt stellas accepta qdē pīate a sūmo deo arbitio suo ista decernere: sz i talib⁹ necessitatibus ingerēdis illius oio iussa cōplere: ita ne de ipo sētiēdū ē: qd idignissimū uisū ē de stellaz uoluntate sentire? Qd si dnr stelle significare potius ista q̄ facere: ut quasi locutio q̄dā sit illa positio p̄dicēs futa nō agens. nō eiz mediocriter doctoz hominū fuit ista sententia: nō quidem ita solent loqui mathēatici: ut vbigīa dicāt: Mars ita positus homicidam significat: sz hōicidā ñ facit. Uez tam ut cōcedam⁹ nō eos ut debēt loqui: ⁊ a philosophis accipe oportere fmonis regulā ad ea p̄nuntianda: que in sydez positione se putāt repire: qd sit de quo nihil unq̄ dicere potuerūt: cuz i uita geioz: in actionib⁹ ⁊ in euentis: in professionibus: artib⁹: honoribūs: ceterisq rebus ad hūmanā uitā ptientib⁹: atq i ipsa morte sit plezq tanta diuersitas: ut similiores eis sint q̄tuz ad hec attinet multi extranei: q̄ ipsi inter se gemini p exiguo tpis itūallo in nascēdo sepati: in cōceptu aūt p unuz cōcubitū uno etiā momto seminati.

De geminorum simili dissimiliq ualitudine. cap. ij.

c Icero dicit hippocratē nobilissimū medicuz scriptū reliquisse: quosdā fīes cū simlr egrotare cepissēt: ⁊ eoz morb⁹ eodē tpe ingrauesceret: eodē leuarēt geios suspicatū. Quos possidonius stoicus multū astrologie deditus eadem constitutione astrorū natos: eadēq conceptos solebat asserere. Ita qd medicus pertinē credebat ad simillimā temperiem ualitudis: hoc philosophus astrologus ad ūim constōenq syderum: que fuerat quo tempore cōcepti natiq sūt. In hac cā multo ē acceptabilior ⁊ de primo credibilior cōiectura medicialr: quoniam pentes ut erant corpore affecti dū concumberent: ita p̄mordia cōceptoz affici potuerūt: ut consecutis ex materno corpore prioribus incrementis paris ūalitudis nascerent: deide in una domo eisdem alimtis nutriri: ubi aerē ⁊ loci positionē ⁊ uim aquarum plimū ualē ad corpus uel bñ uel male accipiendū medicina testatur: eisdem etiam exercitatiōibus assuefacti tam similia corpora gererēt: ut ēt ad egrotandum uno tempore eisdem causis silr mouerentur. Constōnē vo celi ac sydez que fuit quando concepti siue nati sūt: uel le trahere ad istā egrotādi parilitatē: cum tam multa diuersissimi generis diuersissimorum effectuum ⁊ euentuū eodem tempore in unius regionis terra eidem celo sōdita potuerūt concipi

⁊ nasci:nescio cuius sit insolētie. Nos aūt nouimus geios non solum actus ⁊ peregrinationes hīe diuersas: uerū ēt dispares egritudines ppeti. De qua re facillimam q̄tum mihi uidet rōem redderet hippocrates:diuersis alimē tis ⁊ exercitationibus q̄ nō ȯ corpōis temperatione:sed de animi uoluntate uenīunt:dissimiles eis accidere potu isse ualitudies. Porro aūt possiooni' uel quilibet fatalium sydeꝝ asserto: miꝝ si pōt hic inuenire quid dicat: si nolit imperitoꝝ mentibus in eis quas nesciūt rebus illudere. Qȯ eim conā tur efficere de interuallo exigui tp̄is quod inter se gemini dum nascerētur habuerunt: propter celi particulam ubi ponitur hore notatio: quā horo scopum uocant:aut nō tm̄ ualet: q̄ta inuenitur in geminoꝝ uoluntatibus actibus:moribus: casibusq̄ diūsitas: aut plus ēt ualet:q̄ ē geiorum uel hu militas generis eadem uel nobilitas: cuius rei maxima diuersitatē non nisi in hora qua quisq̄ nascitur ponunt. Ac per hoc si tam celeriter alter post alterum nascitur: ut eadem pars ho roscopi maneat:paria cūncta quero q̄ in nullis possunt gemis inueniri. Si autem sequentis tarditas horoscopū mutat parentes diuersos:quero quos gemini habere non possunt.

De argumento quod ex rota figu li nigidius mathematicus assumpsit in questione geminorum.cap.iij.

f Rustra igit' affert' nobile illud cōmētū de figuli rota:qȯ respō disse ferūt nigidiū hac q̄one turbatū: unde ⁊ figulus appellatus ē. Dum.n. rotam figuli ui quanta potuit intorsis set: currente illa bis numero de atra mento tanq̄ uno eius loco summa p cussit celeritate:deinde inuenta sunt si gna que fixerat desistente motu:nō p uo interuallo in rote illius extremi tate distantia. Sic inquit in tanta celi rapacitate etiam si alter post alterum tanta celeritate nascatur: q̄ta rotam bis ipse percussit:i celi spacio plurimū est. Hinc sunt inquit quecūq̄ dissimil lima perhibentur in motibus casibus q̄ geminorum. Hoc figmentum fragi lius est:q̄ uasa que illa rotatione fin guntur. Nam si tam multum in celo interest:quod constellationibus com prehendi non potest:ut alteri gemino rum hereditas obueniat:alteri nō ob ueniat:cur audent ceteris qui gemini non sunt:cum inspexerint eorum con stellationes talia pronūtiare: que ad illud secretum pertinent:quod nemo potest comprehendere ⁊ momentis ā notare nascentium? Si aūt propterea talia dīt in alioꝝ genituris:quia hec ad productiora spacia tp̄oꝝ pertinēt. Momta uero illa partium minutaꝝ: que inter se gemini possunt habere na scentes:rebus minimis tribuuntur:ȯ qualib' mathematici non solent cōsu li. Quis eniz consulat quādo sedeat: qn̄ deambulet:quando uel q̄d prande at:nunquid ista dicimus qn̄ i moribⁿ: operibus:casibusq̄ geminoꝝ plima plurimūq̄ diuersa monstramus?

De esau ⁊ iacob geminis multūm inter se moꝝ ⁊ actionuz qualitate dis paribus.cap.iiij.

n Ati sunt duo gemini antiqua patrum memoria:ut de insigni bus loquar:sic alter post alterum: ut posterior plantam prioris teneret:tan tum in eorum uita fuerunt moribus q̄ diuersa:tanta in actibus disparili tas:tanta in parentum amore dissimi lituo:ut etiam inimicos eos inter se faceret ipsa distantia. Nunquid hoc dicitur qz uno ambulāte ali' sedebat: ⁊ alio dormiente alius uigilabat: alio

loquente tacebat alius: q̃ ptinẽt ad il-
las minutias que non possunt ab eis
cõphendi: q̃ constõni sydere qua q̃sq;
nascat ascribunt. unde mathematici
consulant: unus duxit mercẽnariã fui
tutẽ: alius non seruiuit: unus a matre
diligebat: alius nõ diligebat: unus ho
nõẽ q̃ magnus apd eos hẽbat ãmisit:
alter adeptus ẽ. Quid de vxorib⁹: q̃d
de filijs: q̃d de reb⁹: q̃ta diuersitas?
Si ergo hec ad illas ptinẽt minutias
tpum q̃ inter se habent gemini: ⁊ pstel
lationib⁹ ñ ascribũt: quare alioꝝ pstel
lationib⁹ inspectis ista dicunt? Si aũt
iõ dñr quia non ad minuta icõphẽsi-
blia: sed ad tpum spacia ptinẽt q̃ obſ-
uari notariq; possũt. q̃d hic agit rota
illa lutifiguli: nisi ut boies luteum cor
hñtes in gyꝝ mittant: ne mathemati
coꝝ uaniloquia conuincantur?

Quib⁹ modis cõuincant mathẽa-
tici uanã sñiam profiteri. cap. v.

q Uid dẽiq; idẽ ipi quoꝝ morbũ
q̃ cod tpe grauior leuiorq; ap-
pebat ãboꝝ medicialr inspiciẽs hip-
pocrates geios suspicatus ẽ: nõne sa-
tis istos redarguũt q̃ uolũt syderibus
dare qd de corpoꝝ sili tẽpatõe uenie-
bat? Cur. n. silr eodẽq; tpe nõ alter p̃-
alter posterior egrotabãt sicut nati fu-
erãt? qr utiq; simul nasci ãbo ñ potãt.
Aut si nihil momenti attulit ut divsis
tpib⁹ egrotarent q̃ diuersis tpib⁹ na-
ti sunt: quare tps in nascendo diuersũ
ad aliaꝝ reꝝ diuersitates ualere con-
tendunt? Cur potuerũt diuersis tpib⁹
pegriari: diuersis tpib⁹ ducere uxões:
diuersis temporibus filios procreare:
⁊ multa alia: ppterea qr diuersis tem-
poribus nati sunt: ⁊ non potuerũt ea-
dẽ cã divsis ẽt tpibus egrotare? Si. n.
dispar nascendi mora mutauit horo-
scopũ ⁊ dispilitatem intulit celis ẽb⁹:
cur illud in egritudibus mansit quod
hẽbat in tpis equalitate cõcept⁹? Aut
si fata ualitudis in conceptu sunt: alia
rum vo reꝝ in ortu eẽ dñr: non debe-
rent inspectis nataliũ pstellationibus
de ualitudie aliq̃d dicere: qñ eis inspi-
cienda conceptionalis hora ñ dat. Si
aũt iõ pnũtiãt egritudies nõ inspecto
conceptionis horoscopo: qr idicãt eas
momta nascẽtiũ: quo dicerẽt cuilibet
coꝝ geioꝝ ex natiuitatis hora q̃do e-
grotaturus esset: cũ ⁊ alt q̃ nõ hẽbat
eandẽ horam natiuitatis necesse hẽt
piter egrotare? Deide q̃ro si tãta distã
tia ẽ temporis in natiuitate geiorũ: ut
p hanc oporteat eis constellationes fi
eri diuersas propter diuersũ horosco-
pũ: ⁊ ob hoc divsos omẽs cardies ubi
tãta uis põit: ut hic ẽt divsa sint fata:
uñ hoc accidere potuit: cũ coꝝ pcept⁹
fluxu luxurie. tales q̄dem romani fue
rūt. Non enim cura existimationis ā-
missa dominationis cupiditate carue
rūt. Mlt'os tales fuisse ꝓdit histōia.
Sed hui⁹ vitij summitatez ⁊ quasi ar
cem q̄dam nero cesar primus obtinu
it. Cui⁹ fuit tanta luxuries: vt nihil ab
eo putaret uirile metuendū: tanta cru
delitas : vt nihil molle habere credēt
si nesciret. Etiam talib⁹ dominādi po
testas non dat: nisi summi dei proui-
dentia: q̄do res hūanas iudicat talib⁹
dominis dignas. Apta de hac re vox
diuina est: loquente dei sapientia. Per
me reges regnant: ⁊ tyrāni per me te-
nent terram. Sed ne tyranni non pes-
simi atq̄ improbi reges: sed veteri no
mine fortes dicti existiment: vnde ait
virgilius. Pars mihi pacis erit dex-
tram tetigisse tyrāni. apertissime alio
loco de deo dictū est: qui regnare facit
hominem hypocritam ꝓpt̄ pervitatē
ppl'i. Quāobrem q̄uis ut potui satis
exposuerij qua cā de⁹ vn⁹ vus ⁊ iust⁹
romanos secūdū q̄dam formam ter-
rene ciuitatis bonos adiuvit: ad tanti
imperij gloriam consequendaz: potest
tamen ⁊ alia cā esse latentior: propter
diuisa merita generis hūani do magis
nota q̄ nobis: dū ill'd cōstet inter om-
nes veraciter pios : neminem sine va
pietate: id est ueri dei cultu vam posse
habere vtutem: nec eaz veram esse q̄-
do glorie seruit humane. Eos tamē q̄
ciues non sunt ciuitatis eterne: que in
sacris litteris nostris dicit ciuitas dei:
utiliores esse terrene ciuitati: q̄do hñt
vtutem vel ipsam: q̄ si nec ipsam. Jlli
aūt q̄ va pietate prediti bene viuunt:
si hanc scientiam regendi ppl'os cōsec
tati sūt: nihil est felici⁹ reb⁹ hūanis: q̄
si deo miserante habeant potestatem.
Tales aūt hoies vtutes suas q̄tascū-
qz in hac uita possūt habere nō tribu
unt nisi gie dei: q̄ eas volētib⁹ credēti
bus petentibusq̄ dederit. Simulq̄ i-
telligūt q̄tum sibi desit ad perfectio-
nem iustitie qualis est in illorum sanc
torum angelorum societate: cui se ni-
tūt aptare. Quātūlz aūt laudet atq̄
predicet vtus: q̄ sine va pietate seruit
hominum glorie: nequaq̄ sanctorum
exiguis initijs comparanda est : quo-
rum spes posita est in gratia ⁊ miseri-
cordia ueri dei.

Tam turpiter seruire ūirtutes humane glorie:q̃ corporis uoluptati.capitulum.xx.

S Olent philosophi q̃ finem boni hūani i ipsa vtute pstituūt ad igerendū puorē q̃busdā phis:q̃ vtutes quidē pbāt:sz eas voluptatis corporal' fine metiūt:7 illā p seipsā putāt appetēdā:istas ppt ipsā:tabulā q̃daz vbis pingere:ubi uoluptas in sella regali:quasi delicata quedā regina cōsideat : eiqz vtutes famule sbūciāt:obpuantes eius nutum : ut faciāt qd illa imperauerit. Que prudētie iubeat:ut diligēt inquirat qūo voluptas regnet 7 salua sit. Justitie iubeat:ut pstet bnficia:q̃ potest ad comparandas amicitias corporalibus cōmodis necessarias:nulli faciat iniuriam:ne offensis legibus voluptas uiuēt secure n̄ possit. Fortitudini iubeat:ut si dolor corpori acciderit qui n̄ cōpellat i mortē:teneat dominā suam id est voluptatez fortit in animi cogitatione : ut p pstinarum deliciarum suarum recordationē miti get pnātis doloris aculeos. Tēpātie iubeat:ut tantū capiat alimtorz:7 siqua delectant:ne per imoderationē noxiū aliquid valitudinē turbet:7 voluptas quam etiaz in corporis sanitate epicurei maximā ponunt grauiter offēdat. Ita vtutes cum tota sue glie dignitate:tanq̃ imperiose cuidā etiā inhoneste muliercule fuiēt voluptati . Nihil hac pictura dicūt esse ignominiosius 7 deformius:7 quod minus bonorum ferre possit aspectus:7 vum dicūt. Sz non existio satis debiti decoris eē picturam:si etiam talis fingatur:ubi vtutes hūane glie seruiant. Iz.n.ista glia delicata mulier non sit:inflata tn̄ est 7 multū ianitatis hēt. Un̄ non ei digne fuit soliditas quedam firmitasqz vtutum : ut nihil prouideat prudentia: nihil distribuat iustitia : nihil toleret fortitudo:nihil temperātia moderet: nisi unde placeat hoībus:7 uētose glorie seruiatur. Nec illi se ab ista defēderunt feditate: q̃ cū aliēa spnāt iudicia uelut glorie contemptores:sibi sapientes uidēt 7 sibi placēt. Nam eorū uirtus si tam̄ ulla est:alio modo quodaz humane sbditur laudi. Neqz eiz ipse qui sibi placet homo non ē. Qui aūt uera pietate in deum quem diligit credit 7 spat:plus itendit i ea i quibus sibi displicz:q̃ in ea siqua i illo sūt:que non tam ipsi q̃ ueritati placent. Neqz id tribuit unde iam potest placē : nisi eius misericordie cuz metuit displicē: de his sanatis gratias agēs de illis sanandis preces fundens.

Rōanū ignū a do vo eē dispositū: a quo ē ois ptas:7 cuius puidētia igūtur uniuersa.cap.xxi.

q Ue cū ita sint:nō tbuam' dādi regni atqz imperij potestatem: nisi deo uero qui dat felicitatē i regno celorz:non nisi sol' pūs.regnū vo terrenum 7 pūs 7 impūs sicut ei placet cui nihil iiuste placet. Quāuis.n.aliquid dixerius qd aptū nobis eē uoluit : tn̄ multū est ad nos 7 ualde supar uires nostras hominum occulta discutere: 7 liquido examine merita diiudicare regnorum. Ille igitur unus uerus deus:qui nec iudicio nec adiutorio deserit genus humanum quando uoluit 7 quantum uoluit romanis regnum dedit:qui dedit assyrijs uel etiam persis:a quibus solos duos deos coli: unum bonum:alterum malum continent littere istorum:ut taceaz de populo hebreo de quo iam dixi quantum satis uisum est:qui preter unum deuz non coluit 7 quando regnauit:q̃ ergo persis dedit segetes sine cultu dee segetie:qui alia dōa trazz sine cultu tot deorz:quos isti reb' singlis singlos:l' ēt singlis ib' pl'es pposerzt:ipe ēt ignū

dedit sine cultu eorꝫ: p quorꝫ cultū se isti regnasse crediderunt. Sic etiam horibus qui mario: ipse caio cesari: q̃ augusto: ipse ⁊ neroni: qui uespasiāis uel patri uel filio suauissimis impatoribus: ipse ⁊ crudelissimo domiciano. Et ne p singlos ire necesse sit: qui constantino christiano: ipse apostate iuliano: cuius egregiam iuolē decepit āore dominandi sacrilega ⁊ detestanda curiositas: cuius uanis deditus oracul' erat: quādo fretus securitate uictōie: naues quibus uictus necessarius portabatur incendit. Deinde feruide istās imodicis ausibus: ⁊ mox merito temeritatis occisus in locis hostilibus egenum reliquit exercitum: ut alit' ide nō posset euadi: nisi p̄ illd auspiciū dei termini de quo superiore libro diximus rōani impij termini mouerent'. Cessit eim terminus ōs necessitati: q̃ non cesserat ioui. Hec plane unus de⁹ ⁊ uerus regit ⁊ gubernat ut placet. Et si occultis causis ⁊ nunquid iniustis:

Tempora exitusq̃ bellorꝫ ex dei pēdere iudicio. cap. xxij.

¶ Hc ēt tpa ipsa bellorꝫ: sicut i ei⁹ arbitrio est iustoq̃ iudicio ⁊ misericordia: uel atterere uel cōsolari genus humanū: ⁊ alia citius: alia tardi⁹ finiant' bellū piratarꝫ a pōpeio: bellum punicum tertium a scipiōe incredibili celeritate ⁊ temporis breuitate p̄fecta sunt. Bellum q̃q̃ fugitiuorꝫ gladiatorꝫ q̃uis multis rōanis ducib⁹ ⁊ duobus consulibus uictis: italiaq̃ horribiliter contrita atq̃ uastata: tertio tam̄ anno post multa consumpta p̄sumptum ē: Picentes: marsi: ⁊ peligni gentes non extere sed italice p⁹ diuturnā ⁊ deuotissimam sub rōano iugo fuitutē i libertatē caput erigē tentauerūt: iā mltis natiōib⁹ rōano ipio sbiugatis deletaq̃ carthagie. In quo bello italico rōanis sepissime uictis: ubi ⁊ duo cōsules perierunt: ⁊ alij nobilissimi senatores: nō diuturno tm̄ tpe tractū ē hoc malum. Nam quintus ei annus finem dedit: sed bellum punicū secūdū cum maxis detrimentis ⁊ calamitate reip. per annos decem ⁊ octo rōanas uires extenuauit ⁊ pene consumpsit: in duobus prelijs ferme. lxx. rōanorꝫ milia occiderunt. Bellum punicum primum p. xx. ⁊ tres annos pactum est. Bellum mitridaticū xl. annis. Ac ne q̃sq̃ arbitret' rudimēta rōanorꝫ fuisse fōtiōa ad bella citius pagenda: supiorib⁹ tpibus multum i omni vtute laudatis: bellum samniticum annis tractum est ferme quinquagita: in quo bello ita romani uicti sunt: ut sb̄ iugum etiam mitterē'tur. Sed quia non diligebant gliam propter iustitiā: sed iustitiam propter gliam diligere uidebantur: pacē factā feduſq̃ ruperunt. Hec iō cōmemoro: quoniam multi preteritarum rerꝫ ignari: quidam etiam dissimulatores sue scie: si temporibus christianis aliquod bellū paulo diutius trahi uident: ilico in nostram religionem proteruissime insiliunt: exclamantes q̃ si illa nō essent uetere ritu numina colerentur: iam rōana illa uirtute q̃ adiuuante marte ⁊ bellōa tāta celeriter bella cōfecit: id quoq̃ celerrime finiretur. Recolāt igit' qui legerunt: q̃ diuturna bella: q̃ uariis euentibus: q̃ luctuosis cladibus a ueteribus sint gesta rōanis: sicut solet orbis terrarum uelut p̄cellosissimū pelagus uaria talium malorꝫ tēpestate iactari: ⁊ quod nolunt aliqn̄ fateāt': nec insanis aduersus deum linguis se interimāt: ⁊ decipiant imperitos.

De bello in quo rhadagaysus rex gothorꝫ demonū cultor uno die cum igētib⁹ copijs suis uict⁹ est. capitulum xxiij.

q Uod tñ nĩa mẽoria recẽtissimo tpe ds mirabl'r ⁊ misericorditer fecit: non cum gĩarꝫ actione cõmemorant: sed quantum in ipsis est omniuꝫ si fieri potest hominuꝫ obliuione sepelire conant'. Quod a nobis si tacebit': similiter erimus ingrati. Cum rhadagaysus rex gotthorꝫ agmie ingenti ẽt ĩmani iam in urbis uicinia cõstitutus: romanis ceruicibus imineret: uno die tanta celeritate sic uictus ẽ: ut ne uno q̃dẽm ñ dicam extincto sꝫ uulnerato romanorꝫ: multo ãplius q̃ cẽtũ miliũ prosterneret' eius exercitus: atqꝫ ipse cum filiis mox captus pẽa debita necaret'. Nã si ille ipi' cũ tãtis ⁊ tã ipis copiis romã fuisset ĩgressus: cui pepcisset? Quib' honorẽ locis martyrũꝫ detulisset? In qua psona deũ timeret? Cuius non sanguinem effusum: cuius pudicitiam uellet intactã? Quas autẽ isti p diis suis uoces haberent: quãta insultatione iactarent: q ĩõ ille uicissꝫ: ĩõ tãto potuisset: quia quotidianis sacrificiis placabat atqꝫ iuitabat deos: quod romanos facẽ christiana religio non sinebat? Nam ppinquãte iaꝫ illo his locis ubi nutu summe maiestatis oppressus est: cuꝫ eius fama ubiqꝫ crescerẽt: nobis apd carthaginem dicebatur: hoc credẽ: spgẽ: iactare pagãos: q ille dis amicis ptegentib' ⁊ opitulantibus quib' imolare quotidie fere cebat': uinci oio nõ posset ab eis: qui talia dis rõanis sacra nõ facerẽt: nec fieri a quoq̃ pmitterent. Et nõ agũt miseri gĩas tante misericordie dei: qui cũ statuisset irruptione barbarica graiore dignos mores hominũ castigaĩ: indignationẽ suam tanta mansuetudine tempauit: ut illũ ꝑmo faceret mirabl'iter uinci: ne ad infirmorꝫ animos euertendos gloria dare' demonibus: quibus eum supplicare cõstabat. Deide cũ ab his barbaris roma capere': qui contra omnes ꝓsuetudinẽ bellorꝫ añ gestorꝫ ad loca sancta confugiẽtes christiane religiõis reuentia tuerent': ipsisq̃ demonib' atqꝫ ipiorꝫ sacrificiorũm ritibus: de quibus ille psũpserat sic aduersarent' pro noie christiano: ut longe atrocius bellum cum eis q̃ cuꝫ hoib' gerere uiderent': ita uerus dominus gubernatorq̃ rerũ ⁊ romãos cuꝫ misericordia flagellauit: ⁊ tñ icredibiliter uictis supplicatorib' demonũ nec saluti teruꝫ presentium necessaria eẽ sacrificia illa monstrauit: ut ab his q̃ nõ puicaciter cõtendũt sꝫ prudent' attendũt: nec propter pñtes necessitates religio uera deseratur: ⁊ magis eterne uite fidelissima expectatiõe teneatur.

Que sit christianorꝫ imperatoriuꝫ ⁊ q̃uera felicitas. cap. xxiiij.

n Eqꝫ eiꝫ nos christiãos quosdã ipatores iõ felices dicimus: quia uel diuti' iparũt: uel ipãtes filios mõte placida reliquerũt: uel hostes reip. domuerunt: uel inimicos ciues aduersus se insurgentes ⁊ cauere ⁊ oppmere potuerunt. Hec ⁊ alia uite huius erũnose uel munera uel solacia: quidã ẽt cultores demonum accipere meruerũt: qui non ptinent ad regnuꝫ dei quo ptinent isti: ⁊ hoc ipsius mia factũ ẽ: ne ab illo ista qui in eũ crederẽt uelut sũma bona desiderarent. Sꝫ felices eos dicimus: si iuste impãt: si iter linguas sublimiter honorantiũ: ⁊ obseqa nimis humiliter salutantiũ non extolluntur sꝫ se hoies esse meminerũt: si suã pstatem ad dei cultum maxie dilatandũ maiestati eius famulam faciunt: si deum timent diligunt ⁊ colunt: si plus amãt illud regnũ ubi nõ timẽt hĩe cõsortes: si tardius uindicãt facile ignoscunt: si eandem uidictã p necessitate regendeq̃ reip. non pro saturandis inimiciis odiis exerũt: si eandẽ ueniam non ad impunitatem iniquitatis: sed

ad ſpem correctionis indulgent: ſi qd̄ aſpere cogūtur plerūq; decernere: miſericordie lenitate ⁊ bñficiorꝫ largitate compenſant: ſi luxuria tanto eis eſt caſtigatiō q̄to poſſet eſſe liberior: ſi malūt cupiditatibus prauis q̄ d̄buſlibet gentibus ĩperare. Et ſi hec omnia faciunt nō propter arborē ianis glie: ſed caritatē felicitatis etne: ſi pro ſuis peccatis hūilitatis ⁊ miſeratiōis ⁊ orōniſ ſacrificium deo ſuo vo imolare ñ negligunt. Tales chriſtiāos ĩpatores dicimus eē felices iterī ſpe: poſtea re ipa futos: cū id qd̄ expoſcius aduenerit.

De pſpitatib̄ quas pſtātio ĩpatori chriſtiano deus contulit. cap. xxv.

n Am bon̄ ōs ne hoies d̄ eū crederēt ppt etnā uitā colēdū: has ſublimitates ⁊ regna trena exiſtiarēt poſſe neiez conſeq̄: niſi dēonib̄ ſupplicaret: qd̄ hi ſps i talib̄ multū valēt: pſtātinū ĩpatorē ñ ſupplicātē dēonib̄: ſed ipſū vū deū colentē tantis terrēis impleuit munerib̄: q̄ta optare nulluſ auderet. Cui ēt condere ciuitatem rōano imperio ſociaz: velut ipī rōe filiā: ſed ſine aliquo demonum templo ſimulacroq; conceſſit. Diu ĩpauit: univſum orbem romanū unus auguſt̄ tenuit ⁊ defendit: i admiſtrandis ⁊ gerēdis bellis uictoriosiſſimuſ fuit: in tyrānis oppmendis per oia pſperatus ē. Grandeuus egritudine ⁊ ſenectute defunctus eſt: filios impantes reliquit. Sed rurſus ne imperator quiſq̄ ideo chriſtianus eſſet: ut felicitatē conſtantini mereretur: cum propter uitā eternam quiſq; debeat eſſe chriſtianus: iouinianum multo citius q̄ iulianuz abſtulit: gratianum ferro tyrannico pmiſit interimi. Longe quidem mitius q̄ magnum pompeiū colentē uidelz rōanos deos. Nam ille uindicari a catōe ⁊ potuit: quem ciuilis belli quodāmō heredem reliquerat: iſte autem quāuis pie anime ſolacia talia nō reqrāt: a theodoſio uindicatus eſt: quem regni participem fecerat: cum paruuluz haberet ⁊ fratrem: auidior fide ſocietatis q̄ nimie poteſtatis.

De fide ⁊ pietate theodoſij auguſti cap. xxvi.

u Nde ⁊ ille ñ ſolum uiuo ſuauit quā debebat fidem: uez ēt poſt eius mortē pulſū ab eius interfectore maximo ualentinianum eius puuluz fratrē in ſui partes ĩperij tāq̄ chriſtianus excepit pupillum: paterno cuſtodiuit affectu: quē deſtitutum omnib̄ opibus nullo negocio poſſet auferre: ſi latius regnandi cupiditate magis q̄ bñfaciendi caritate flagraret. Uñ potius euz ſeruata eius impatoria dignitate ſuſceptuz: ipſa humanitate ⁊ gīa conſolatus ē. Deinde cuz maximus ēzibiles faceret illi ſucceſſus: hic in anguſtijs curarum ſuaez nō ē lapſus ad curioſitates ſacrilegas atq; illicitas: ſed ad ioannem in egypti heremo conſtitutum: quem dei ſeruū pphetandi ſpiritu preditum fama crebeſcente didicerat miſit: atq; ab eo nuntiū uictorie certiſſimum accepit. Mox tyranni maximi extinctor: valētinianuz puerū impij ſui ptibus unde fugatus fuerat cum miſericordiſſima ueneratione reſtituit: eoq; ſiue p inſidias: ſiue quo alio pacto uel caſu proxime extinctor: alium tyrannum eugeniū: qui in illius impatoris locum non legitime fuerat ſubrogatus: accepto rurſus prophetico reſponſo fide certus oppſſit: contra cuius robuſtiſſimū exercitū magiſ orādo q̄ feriendo pugnauit. Milites nobis qui aderant retulerunt: exorta ſibi eſſe de māib̄ q̄cūq; iaculabantur cum a theodoſij partib̄ i aduerſarioſ uehemens uentus iret: ⁊ non ſolum

quecunq; in eos iaciebāt ꝓcitatissimè rapet: uerum etiam ipsorum tela i eorꝫ corpora retorquerent. Unde & poeta claudianus: q̃uis a christi noie alienus in eius tamen laudibus dixit. O nimium dilecte deo cui fudit ab astris Se iouis armatus: uehemēs ꝫ militat ether. Et coniurati ueniunt ad classica uēti. Victor aūt sicut crediderat & predixerat: iouis simulacra que aduersus cū fuerāt nescio quibus ritibus uelut cōsecrata: & in alpibus cōstituta deposuit: eorꝫq; fulmina q̃ aurea fuissent iocantibus qd̄ illa leticia permittebat cursoribꝰ: & se ab eis fulmiari uelle dicentibus: hilariter benignecq; dōauit. Inimicorum suorꝫ filios quos ñ ipsi iussus: sed belli abstulerat impetus: ēt nondū christianos ad eccl'am confugientes christianos hac occasione fieri uoluit: & christiana caritate dilexit: nec p̄uauit rebꝰ: sed auxit honoribꝰ. In neiem post uictoriam p̄uatas inimicitias ualere permisit: bella ciuilia non sicut cinna & mariꝰ & sylla & alij tales nec finita fine uoluerūt: sed magis doluit exorta q̃ cuiq̃ nocere uoluit ꝫmiata. Inter hec oia ex ipso initio imperij sui non quieuit iustissimis & misericordissimis legibus adūsus ipios laborāti eccl'e sb̄uenire: quā ualēs hēticus fauens arrianis uehementer afflixerat: cuius eccl'ie se mēbꝫ esse magis q̃ i ꝫris regnare gaudebat. Simulacra gētium ubiq; euertēda p̄cepit satis intelligens nec terrena munera in demonū sed i dei ueri posita eē p̄ate. Quid aūt eius religiosa humilitate mirabilꝰ qñ in thessalonicensium grauissimū scelꝰ: cui iam episcopis intercedentibus p̄miserat indulgētiā: tumultu quorūdā qui ei coherebant uindicare cōpulsus ē: & eccl'astica coercitus disciplina sic egit pñiam: ut imperatoriā celsitudinē pro illo populus orans magis fleret uidendo prostratam: q̃ peccando tieret iratam. Hec ille secum & siqua silia que commemorare longum est bona opera tulit: ex isto tp̄ali uapōe cuiusd̄ culmis & sb̄litatis humane: quorum operꝫ merces est eterna felicitas: cuius dator est deus solis ueraciter pij. Cetera vo bona uite huius uel fastigia ꝫ sb̄sidia: sicut ipsum mundūm: lucē: auras: terras: aquas: fructꝰ: ipsiusq; homis ā̃iam: corpus sensus: mentē: uitā: bonis malisq; largit. In q̃bus est etiā quedam imperij magnitudo: quam pro tempoꝫ gubernatiōe dispensat. Proinde et iam illis respondendum uideo eē: q̃ manifestissimis documētis q̃bus ostendit: q̃ ad ista tp̄alia que sola stulti hīe concupiscunt: nihil deorꝫ falsorꝫ numerositas prosit: confutati atq; cōuicti conant asserere: ñ propt uite presentis utilitatem: sed propter eam que post mortē futura est eē colēdos dos. Nam istis qui propter amicitias mūdi huius uoluit uana colere: & non se permitti puerilibus sensibꝰ cōquerit: his quiq; libris satis arbitror esse respondsum. Quorum tres priores cum edidissem: & in multorꝫ manibꝰ esse cepissent; audiui quosdam nescio quam aduersus eos responsionē scribēdo p̄parare. Deinde ad me perlatum ē q̃ iaꝫ scripserint: sed tp̄s q̃rant quo sine pic'o possint edere. Quos admoneo nō optent qd̄ eis non expedit. Facile est eim cuiq̃ uideri respondisse: qui tacere noluit. Aut quid est loquacius uāitate: que non ideo potest quod ueritas: q̃a si uoluerit etiam plus potest clamare q̃ ueritas? Sed considerent omnia diligenter: & si forte sine studio ptium iudicantes esse talia prospexerit: que potius exagitari q̃ conuelli possint: garrulitate ipudētissima & quasi satyrica uel mimica leuitate cohibeāt suas nugas: & potius a prudentibꝰ emendari: q̃ laudari ab imprudētibꝰ eligant. Naꝫ si non ad libertatem uera dicēdi: sed ad

licentiã maledicẽdi tempus expectãt: absit ut eis euẽiat quod ait tullius de quodam: qui peccãdi licentia felix appellabatur. O miserum cui peccare licebat: unde quisquis est qui maledicẽdi licentia felicem se putat: multo erit felicior si hoc illi omnino non liceat: cum possit deposita inãitate iactantie: etiam isto tempore tanq̃ studio consulendi quicquid uoluerit contradicere: ⁊ quantum possit ab eis quos consulit amica disputatione: hoc est hõeste grauiter libere quod oportet audire.

Aurelij augũstini de ciui tate dei liber sextus.

Prohemium.

q UNQ; SUperiorib⁹ libris satis mihi adversus eos uideor disputasse: qui multos deos ⁊ falsos: quos eẽ inutilia simulacra uel immundos spiritus ⁊ pernitiosa demonia: uel certe creaturas non creatorem ueritas christiana conuicit propter uite huius mortalis rerunq; terrenarum utilitatem: eo ritu ac seruitute que grece latria dicit: ⁊ uni vo deo debetur: ueneranoos ⁊ colenoos putant. Et nimie quidem stulticie uel pertinacie: nec istos quinq; nec ullos alios quanticũq; numeri libros satis esse posse quis nesciat? Quãdo ea putatur gloria uanitatis nullis cedere uiribus ueritatis: in perniciem utiq; eiꝰ cui uitium tam immane dñatur. Naq; ⁊ contra omnem curantis industriam non malo medici sed egroti insanabilꝰ morbus inuictus est. Hi uero qui ea que legunt: uel sine ulla uel non cum magna ac nimia uetis erroris obstinatione intellecta ⁊ considerata perpendunt: facilius nos isto numero terminatorum quinq; uoluminum: plusq̃ questionis ipsius necessitas postulabat satisfecisse: q̃ minus disseruisse iudicabunt. Totãq; inuidiam quaq; christiane religioni de huius uite cladibꝰ: terrenaq;q; contritione ac mutatione rerum imperiti facere conantur: nõ solum dissimulantibus: sed contra suaq; conscientiam fauentibus etiam doctis quos impietas uessana possedit: omnino esse inanẽ recte cogitationis atq; ratiõis: plenãq; leuissime temeritatis ⁊ perniciosissime animositatis dubitare non poterunt.

De his qui dicũt deos a se non ꝓpter presentem uitam coli: sed propter eternam. capitulum primum.

n Unc ergo qm̃ deinceps ut promissus ordo expetit etiam hi refellendi ⁊ docendi sunt: qui non ꝓpter istam uitam: sed propter illam que pꝰ mortem futura est: deos gentiũ: quos christiana religio destruit siue deseruit colenoos esse contendunt: placet a uerídico oraculo sancti psalmi sumere exordium disputationis mee: beatus cuius est dominus deus spes ipsius ⁊ non respexit in uanitates ⁊ insanias mendaces. Ueruntamen in omnibus uanitatibus insanisq; mẽdacibus lõge tolerabilius philosophi audiendi sunt: quibus displicuerunt iste opiniones erroresq; populorum: qui populi constituerunt simulacra numinibus: multaq; de eis quos deos immortales uocant: falsa atq; indigna siue finxerũt: siue ficta credidẽrt: ⁊ credita eorũ cultui sacroq;q; ritibꝰ miscuerunt. Cum his ergo hoibꝰ qui ⁊si nõ libere predicando: saltem utcunq; disputationibus mustando talia se iprobare testati sunt: nõ usqadeo iconueniẽter

q̃o ista tractatur. Utꝫ non vnũ deum qui fecit omnem spiritualem corpora lẽq; creaturam: propter uitam que p̃ mortem futura est coli oporteat: ſz mlt̃os deos quos ab illo uno factos ⁊ ſb̃limiter collocatos: q̃dam eorundem philosophorum ceteris excellentiores nobiliores q̃ senserunt. Ceterum quis ferat dici atq; cõtendi: illos deos: quorum in quarto libro quosdam cõmemorauí: quibus rerum exiguarum singulis singula distribuuntur officia vitam eternam cuiq̃ prestare. An vo illi peritissimi ⁊ acutissimi viri: q̃ se ꝓ magno beneficio conscripta docuisse gloriantur: ut scirẽt quare cuiq; deo supplicandum esset: quid a quoq̃ ſſz petendum: ne absurditate turpissima qualis iocularíter in mimo fieri solet peterẽt a libero aqua: a nymphis vinum: auctores erũt cuipiam hominũ dñs immortalibus supplicanti: ut cuz a nymphis petierit vinum: eiq; respõderint nos aquam habemus hoc a libero pete: possit recte dicere: si vinum non habetis: saltem date mihi vitam eternam. Quid hac absurditate monstruosius? Nõne illi cachinnantes solent enim esse ad risum faciles: si non affectent fallere: ut demones supplici respondebũt? O homo putas ne ĩ potestate nos habere vitam: quos audis non habere uel uitem? Impudentissime igitur stultitie est uitam eternam a talibus dñs petere uel sperare: qui uite huius erumnosissime atq; breuissime: ⁊ siqua ad eam pertinent adminiculandam atq; fulciendam: ita singulas particulas tueri asserũt: ut si id qd̃ ſb̃ alterius tutela ac potestate est petatur ab altero: tam sit incõueniẽs ⁊ absurdũ: ut mimice scurrilitati uidẽtur esse simillimum. Qd̃ cum fit a scientibus mimis digue ridentur in theatro: cum vo a nescientibus stultis: dignius irridentur in mundo. Cui ergo deo uel dee propter quid supplicaret̃: q̃tum ad illos deos attinet: quos istituerunt ciuitates: a doctis solerter inuentum memorieq; mandatuz est: q̃d a libero vbi gratia: quid a nymphis: q̃d a vulcano: ac sic a ceteris: quos p̃tim cõmemorauí in quarto libro: partim pretereũdos putaui. Porro si a cerere vinum: a libero panem: a vulcão aquam: a nymphis ignem petere erroris est: q̃to maioris deliramẽti esse ĩtelligi debet: si cuiq̃ istorum pro uita supplicetur eterna. Quãobrem si cum de regno terreno quereremus quosnam illd̃ deos vl̃ deas hoĩbus credendum esset posse conferre: discussis oĩbus lõge alienũ a vitate mõstratũ est: a quoq̃ istorꝫ mltorꝫ nũinuz atq; falsorꝫ saltẽ regna trena existiare cõstitui: nõne insanissime ĩpietatis ẽ: si etna vita que terrenis oĩbus regnis sine vlla dubitatione uel comparione preferenda est: ab istorꝫ quoq̃ dari cuiq̃ posse creda tur? Neq; eniz ꝓpterea dñ tales ul̃ terrenum regnum dare nõ posse uisi sũt: q̃a illi magni ⁊ excelsi sũt: hoc q̃ddaz puum ⁊ abiectum qd̃ nõ dignarentur in tanta sublimitate curare: sed q̃talz consideratione fragilitatis hũane caducos apices terreni regni merito q̃sq; contemnat: illi dñ tales appuerũt: ut indignissimi uiderent̃ q̃bus dãda atq; seruanda esse deberent l̃ ista committi: ac per hoc sicut superiora ꝓris duob̃ libris ꝓtractata docuerũt: nullus deus ex illa turba l̃ quasi plebeiorum uel ꝓceꝫ quasi deorꝫ idoneus est regna mortalia mortalibus dare: q̃to minus potest imortales ex mortalib̃ facere? His accedit q̃ si iam cum illis agimus qui non ꝓpter istã: ſz ꝓpt̃ uitã que post mortem futura est existimãt colendos deos: iã nec ꝓpt̃ illa saltem que deorum talium potestati tanquã disparrita ⁊ propria: nõ ratione vitatis: sed uanitatis opinione tribuuntur

oio colendi sunt: sicut credunt hi qui cultum eorum huius uite mortalis utilitatibus necessarium esse ꝓtēdūt: cōtra quos iam quinq; precedentib⁹ uoluminibus satis q̄tum potui disputaui. Que cum ita sint: si eorum qui colunt deam iuuentatem etas ipa florēt insignius: contemptores autem eius ꝑ intra ānos occūberēt iuuētutis: uel in ea tanq̄ seruili corpore frigescerēt: si maxillas cultorꝫ suorum speciosius ⁊ festiuius fortūna barbata uestiret: a q̄ bus autem sperneret glabros aut male bardatos uideremus: ēt si rectissime dicēmus hucusq; istas deas singulas posse suis officiis quodāmō limitari: ac ꝑ hoc nec a iuuentate oportere peti uitam eternaz: que non daret barbā: nec a fortuna barbata boni aliq̄d post hanc uitam esse spandū: cuius in hac uita potestas nulla esset: ut eandē saltem etatē q̄ barba iduit ipa prestaret. Nunc vo cuz eaꝫ cultus nec ꝓpt ista ipsa que putant eis subdita sit necessarius: quia ⁊ multi colentes iuuētatem deam minime in illa etate uiguerūt: ⁊ multi non eam colētes gaudēt robore iuuentutis: itēq; multi fortune barbate supplices: ad nullam uel deformem barbaz peruēire potuerunt: ⁊si qui cā pro barba impetranda uenerabantur a barbatis eius cōtēptoribus irridēt. Ita ne desipit cor humanū: ut quoruz deorꝫ cultum ꝓpter ista ipsa tp̄alia ⁊ cito p̄tereuntia mūera: quib⁹ singulis singuli preesse perhibēt: inanem ludibriosuq; esse cognoscit: ꝓpt uitā etnā credat esse fructuosum? Hāc daz illos posse nec hi dicere ausi sunt: q̄ eis ut ab insipientibus populis colerentur ista opa tēporalia: qm̄ multos nimis putauerunt: ne quisq̄ eorum sederet ociosus minutatim diuisa tbuerunt.

Quid varronē de dīis gētiū sensisse credēdū sit: quoꝫ tlia ⁊ genera ⁊ sacra detexit: ut reuerenti⁹ cū eis ageret: si de illis omnino reticeret. cap. ij.

q Uis marco varrone curiosius ista quesiuit? quis inuenit doctius: quis considerauit attentius: quis distinxit acutius: quis diligenti⁹ plenius q; conscripsit? Qui tamⁿzi minus ē suauis eloquio: doctrina tamen atq; sententiis ita refertus est: ut in omni eruditione quaz nos secularem: illi aūt liberalem uocant: studiosum rerū tm̄ iste doceat: q̄tum studiosum vborum cicero delectat. Deniq; ⁊ ipse tullius huic tale testimonium perhibet: ut in libris academicis dicat: eam que ibi vsatur disputationem se habuisse cum marco varrone: homine inquit omnium facille acutissimo: ⁊ sine ulla dubitatione doctissimo: nō ait eloquētissimo uel facundissimo. Quoniaz ne va in hac facultate multum impar ē: sed omnium inquit facile acutissimo. Et i eis libris. i. academicis: ubi cuncta dubitanda esse contendit: addidit sine ulla dubitatione doctissimo. Profecto de hac re sic erat certus: ut auferret dubitationem quam solet in omnib⁹ adhibere. tanq̄ de hoc uno etiam pro academicorum dubitatiōe disputaturus se academicum fuisset oblitus. In primo autem libro cum eiusdem varronis litteraria opera predicaret: nos inquit in nostra urbe peregrinantes errātesq; tanq̄ hospites cui libri quasi domum reduxerunt: ut possemus aliqñ qui ⁊ ubi essemus agnoscere. Tu etatem prie: tu descriptiōes tp̄oꝫ: tu sacrorum iura: tu sacerdotum: tu domesticam: tu publicam disciplinam: tu sedium regionum: locorum: tu omniū diuinarū humanarūq; reꝫ noia: genera: officia: cās aperuisti. Iste igitur uir tam insignis excellentisq; peritie: ⁊ quod de illo etiaz terentianus elegantissimo uersiculo breuiter ait.

Uir doctissimus undecũq; varro: qui tam multa legit: ut aliquid ei scribere uacasse miremur: tam multa scripsit: q̃ multa uir quēq̃ legere potuisse credamus. Iste inq̃ uir tãtus ingenio tãtusq; doctrina: si rerum uelut diuinarum: de quibus scribit oppugnator eēt atq; destructor: easq; non ad religiōes sed ad superstitionem diceret ptinere: nescio utrum tam multa in eis ridēda: contemnenda: detestandaq; conscriberet. Cum uero deos eosdem ita coluerit colendosq; censuerit: ut in eo ipso opere litterarum suarum dicat se tiere ne pereant: ñ incursu hostili: sed ciuiũ negligentia: de qua illos uelut ruina liberari a se dicit: ⁊ in memoria bonorũ per huiusmodi libros recondi atq; seruari: utiliore cura q̃ metellus de incēdio sacra uestalia: ⁊ eneas de troiano excidio penates liberasse predicatur. Et tamen ea legenda seculis prodit: q̃ a sapientibus ⁊ insipientibus merito abiciendа: ⁊ ueritati religionis inimicissima iudicentur. Quid existimare debemus: nisi hominem acerrimum ac peritissimum: ñ tamen sancto spiritu liberum: oppressum fuisse sue ciuitatis consuetudine ac legibus: ⁊ tamen ea q̃ bus mouebatur sub specie cōmendãde religionis taccre noluisse?

Que sit partitio varronis librorũ suorum: quos de antiquitatibus rerum humanarum diuinarunq; cōposuit. cap. iij.

q Quadragita ⁊ unum libros scripsit antiquitatum. Hos in res hūmanas diuinasq; diuisit: rebus humanis. xxv. diuinis xvi. tribuit: istam secutus rationem in ea partitione: ut rerum humanarum libros senos quatuor partibus daret. Intendit enim q̃ agant: ubi agant: quando agant: quid agãt. In sex itaq; pmis de hoib̄ scripsit: i secũdis sex de locis: sex tertios de tpib̄: sex quartos eosdēq; postremos de rebus absoluit. Quater aũt seni uigiti ⁊ quatuor fiũt. Sz unũ singularē q̃ cōmuniter priũs de omnib̄ loq̃rer̄ in capite posuit. In diuinis identidem rebus eadē ab illo diuisionis forma ꝓuata est: q̃tum attinet ad ea que dij exhibenda sunt. Exhibēt̄ eim ab hoibus in locis ⁊ temporibus sacra. Hec quatuor que dixi: libris complexus ē ternis. Nam tres priores de hominibus scripsit: sequentes de locis: tertios de temporibus: quartos de sacris etiam hic qui exhibeãt: ubi exhibeãt: qñ exhibeant: quid exhibeãt sbtilissima distinctione cōmēdans. Sz q: opōtebat dicere: ⁊ maxime id expectabatur quibus exhibeãt: de ipsis quoq; dijs tres conscripsit extremos: ut quiquies terni quindecim fierent. Sũt aũt omīs ut diximus. xvi. q: ⁊ istorum exordio unũ singularem: qui prius de hoib̄ loqueretur apposuit. Quo absoluto consequent̄ ex illa quinq; partita distribũtione: tres precedentes: q̃ ad homines pertinēt ita sbdiuisit: ut primus sit de pontificibus: secundus de augurib̄: tertius de. xv. uiris sacrorũ. Secũdos tres ad loca ptinētes: ita ut i uno eorũ de sacellis: altero de sacris edibus diceret: ttio de locis religiosis. Tres pōro q̃ istos sequũt̄: ⁊ ad tpa ptinēt. i. ad dies festos: ita ut unum faceret de ferijs: alterum de ludis circensibus: de scenicis tertium. Quartorum trium ad sacra pertinentium uni dedit consecrationes: alteri sacra priuata: ultimo publica. Hanc uelut pompam obseq̃orũ in tribus qui restant dij ipi sequũt̄ extremi: quib̄ iste univsus cultus impensus ē. In primo dij certi: i secundo incerti: in tertio cunctorũ i nouissimo dij precipui atq; selecti. In hac tota serie pulcherrime ac sbtilissime distributionis ⁊ distinctionis uitam eternã

frustra queri ⁊ sperari impudẽtissime uel optari: ex his que iam diximus ⁊ q̃ deinceps dicenda sunt: cuiuis hominum: qui corde obstinato sibi ñ fuerit inimicus facillime apparet. Uel hominum eim sũt ista istituta uel demonũ: non quales uocant illi dẽones bonos: sed ut loquar aptius immũdorꝫ spuũ ⁊ sine controuersia malignorꝫ: qui noxias opiones: q̃bus aia hũana magis magisq̃ uanescat: ⁊ icõmutabili etnerq̃ ueritati coaptari atq̃ inherere non possit: inuidentia mirabili ⁊ occulte iserunt cogitationibus impiorꝫ: ⁊ apte aliqñ ingerũt sensibus: ⁊ qua possunt fallaci attestatione cõfirmant. Iste ipe varro ꝓpterea se prius de rebus hũanis: de diuinis autem postea scripsisse testatur: q̃ prius extiterint ciuitates: deinde hec ab eis instituta sũt. Uera autẽ religio: nõ a terrena aliqua ciuitate ẽ: sed plane celestes ipsa istituit ciuitatẽ. Eã vo inspirat ⁊ docet uerus deus dator uite eterne ueris cultoribus suis.

Quod ex disputatione varronis apud cultores deorꝫ antiquiores: res humane q̃ diuine reperiantur. capitulum. iiij.

u Arronis igitur confitentis idõ se prius de rebus humãis scripsisse: postea de diuinis: quia diuie iste ab hominibus institute sunt: hec rõ ẽ. Sicut prior est inquit pictor q̃ tabla picta: prior faber q̃ edificium: ita priores sunt ciuitates: q̃ ea que a ciuitatibus sunt instituta. Dicit autem se prius scripturum fuisse de dijs: postea ꝺ hominibus: si de omni natura deorꝫ scriberet: quasi hic de aliqua scribat ⁊ non de omni: aut uero etiam aliqua licet non omnis deorum natura nõ ꝑdebeat esse q̃ hominum. quid est q̃ i illis tribus nouissimis libris deos certos ⁊ incertos ⁊ selectos diligenter explicans: nullam deorum naturam pretermittere uidetur? Quid est ergo qꝺ ait: si de omni natura deorum ⁊ hominum scriberemus: prius diuina absoluissemus: q̃ humana attigissemus. Aut enim de omni natura deorum scribit: aut de aliqua: aut omnino de nulla. Si de omni: preponenda est utiq̃ rebus humanis. Si de aliqua: cur nõ etiam ipsa res precedat humanas? An indigna est preferri etiam uniuerse nature hominum pars aliqua deorum? Quod si multum est: ut aliqua pars diuina preponatur uniuersis rebꝰ humanis: saltem digna est uel romanis. Rerum quippe humanarum libros non quantum ad orbem terrarum: sꝫ quantum ad solam romam pertinet scripsit. Quos tñ rerum diuinarum libris se dixit scribendi ordine merito ꝑtulisse uel prescripsisse: sicut pictorẽ tabule picte: sicut fabrum edificio apertissime confitens: q̃ ẽt iste res diuine sicut pictura: sicut structura ab hominibus institute sunt. Restat ut de nulla deorum natura scripsisse intelligatur: neq̃ hoc aperte dicere uoluisse: sꝫ itelligentibus reliquisse. Ubi enim dicit nõ omnis: usitate quidẽ intelligit aliqua. Sꝫ põt intelligi ⁊ nulla: quoniam que nulla ẽ: nec ois nec aliqua est. Nã ut ipse dicit: si omnis esset natura deorum de qua scriberet: scribẽdi ordine rebus humanis preponenda esset. Ut aũt ⁊ ipso tacente ueritas clamat: preponenda esset certe rebus humanis: etiã si nõ ois sed saltem aliqua esset. Recte aũt postponitur: ergo nulla ẽ: Nõ itaq̃ rebus diuinis añferre uoluit res humanas: sed ⁊ rebus ueris noluit anteferre res falsas. In his enim q̃ scripsit de rebus humanis: secutus est historiam rerum gestarꝫ. Que autem de his quas diuinas uocat: quid nisi opiniones rerum uanarum? Hoc ẽ mirum quod uoluit subtili significatiõe

monstrare:non solum scribens de his posterius q̃ de illis:sed etiam rationē reddens cur id fecerit. Quod si tacuisset:aliter hoc factum eius ab alijs fortasse defenderetur. In ea uero ipsa ratione quam reddidit:nec alijs quicq̃ reliquit pro arbitrio suspicari:7 satis probauit homines se preposuisse institutis hominum:non naturam hominum nature deorum. Ita se libros rerum diuinarum:non de ueritate que pertinet ad naturam: sed de falsitate que pertinet ad errorem scripsisse est confessus. Quod apertius alibi posuit: sicut in quarto libro commemorauí ex nature formula se scripturum fuisse:si nouam ipse conderet ciuitatem. Quia uero iam ueterem inuenerat:ñ se potuisse nisi eius consuetudinem sequí.

De tribus generibus theologie secundum varronem:scilicet uno fabuloso:altero naturali:tertioq̃ ciuili.capitulum.v.

d Deinde illud quale est:q̃ tria genera theologie dicit esse: id ē rationis que de dijs explicatur:eorunq̃ unum mythicon appellari: alterum physicon:tertiuz ciuile. Latine si usus admitteret genus quod primum posuit fabulare appellaremus: sed fabulosum dicamus. a fabulis enim mythicon dictum est:quoniam mythos grece fabula dicitur. Secundum autem ut naturale dicatur:iaz 7 consuetudo locutionis admittit. Tertium etiam ipse latine enunciauit: quod ciuile appellatur. Deinde ait mythicon appellant:quo maxime utuntur poete:physicon quo philosophi: ciuile quo populi. Primum inquit quod dixi:in eo sunt multa contra dignitatem 7 naturam immortalium ficta. In hoc enim est:ut deus alius ex capite:alius ex femore sit:alius ex guttis sanguis nat⁹. In hoc ut dij furati sint: ut adulterauerint:ut seruierent homini. Deniq̃z i hoc omnia dijs attribuuntur: que nō modo in hominem: sed etiam que in contemptissimū hominem cadere possunt. Hic certe ubi potuit:ubi ausus ē: ubi impunitum putauit quauta mendacissimis fabulis nature deorz fieret iniuria: sine caligine ullius ābiguitatis expressit. Loq̃batur eim nō de naturali theologia:non de ciuili:sed ō fabulosa:quam libere a se putauit esse culpandam. Videamus quid de alīa dicat. Secūdū genus est inquit qō demonstrauí:de quo multos libros phī reliquerūt. In quibus ē dij q̃ sūt:ubi: quod genus:quale:ex quo nā tpe: an a sēpitno fuerit:an ex igne sint ut credit heraclitus: an ex numeris: ut pythagoras: ex athomis ut epicur⁹. Sic alia q̃ facili⁹ itra pietes in schola: q̃ ex ī foro ferre pñt aures. Nihil in hoc genere culpauit: qō physicon uocauit:7 ad phōs ptinet: tm̄ eorz inter se controuersias commemorauit: per quos facta est dissidentiuz multitudo sectarum. Remouit tamen hoc genus a foro.i.a populis: scholis uero 7 parietibus clausit. Illud autem primuz mendacissimum atq̃z turpissimum a ciuitatibus nō remouit? O religiosas aures popīares:atq̃z i his ēt rōanas. Quod de dijs immortalibus phī disputant:ferre non possunt: quod uero poete canunt 7 histriones agunt:quia contra dignitatem ac naturam immō talium ficta sūt:quia non modo i hominem:sed etiam in contemptissimuz hominem cadere possunt: non solum ferunt:sed ēt libenter audiūt. Neq̃z id tantum:sed dijs quoq̃z ipsis hoc placere:7 per hoc eos placādos eē decernūt. Dixerit aliq̃s:hec duo genera mythicon 7 physicon .i. fabulosum atq̃z naturale: decernamus ab hoc ciuili

de quo nūc agitur:uñ illa ⁊ ipe discreuit: ianq; ipsum ciuile uideamus: qualr explicet? Uideo quidē cur debeat decerni fabulosum:quia falsum:q̄a turpe:quia indignum est. Naturale eiz a ciuili uelle discernere: q̄d ē aliud q̄ ⁊ ipsum ciuile fateri esse m̄oosum? Si eiz illud naturale est: quid habet reprehensionis ut excludatur? Si autem hoc quod ciuile dī naturale non est: quid habet meriti ut admittatur? Hec nempe illa causa ē quare prius scripserit de rebus humanis: posteri' de diuinis:quoniam in diuinis rebus non naturam sed hominum institūta secut' ē. Intueamur sane ⁊ ciuilē theologiā. Tertiū gen' ē inq̄t:qd̄ i urbib' ciues maxie sacerdotes nosse atq; admistrare debent: In quo ē:quos deos publice colere:que sacra ⁊ sacrificia facere quenq̄ par sit. Adhuc qd̄ seq̄tur attendamus. Pria inquit theologia maxime accōmodata ē ad theatrū:secunda ad mundum:tertia ad urbem. Quis ñ uideat cui palmā d̄derit? Utiq; secūde quā supradixit esse philosophoz. Hāc eiz ptinere testat' ad mundum:quo isti nihil esse excellēti' opināt' in reb'. Duas vo illas theologias p̄mā ⁊ tertiā:theatri.s. atq; urbis distinxit ac iunxit. Uidēus enim nō continuo quod est urbis ptinere posse ⁊ ad mundū:q̄uis urbes uideamus esse in mundo. Fieri eim potest:ut in urbe secundum falsas opiones ea colantur ⁊ ea credant':quoruz in mūdo uel ex mundum natura sit nusq̄. Theatruz vo ubi ē nisi in urbe? Quis theatrum instituit nisi ciuitas? Propt' q̄d institu it:nisi propt' ludos scenicos? Ubi sunt ludi scenici:nisi in rebus diuinis:de q̄ bus hi libri tanta solertia cōscribūt'.

De theologia mythica.i.fabulosa: ⁊ de ciuili cōtra uarronem.cap.vi.

o Marce varro cū sis hō oium acutissimus:⁊ sine ulla dubitatione doctissimus: sz tñ hō nō ds nec spiritu dei ad uidenda ⁊ annūtianda diuina in vitatē libertatēq; sbuectus: cernis quidē q̄ sint res diuine ab hūanis nugis atq; mendacijs dirimende: sed uitiosissimas ppl'orum opiones ⁊ consuetudies in superstitionibus publicis uereris offendere:quas ab doz natura abhorrere:uel taliū quales in huius mundi elementis hūani animi suspicatur infirmitas: ⁊ sentis ipse cū eas usq̄quaq; psideras: ⁊ omnis uīa lītatura circūsonat. Quid hic agit humanum q̄uis excellētissimū ingeniū? Quid tibi humana lz m'tiplex igēsq; doctrina in his angustijs suffragatur? Naturales deos colere cupis: ciuiles cogeris. Inuenisti alios fabulosos: in quos liberi' qd̄ sentis euōas: ūde ⁊ istos ciuiles uelis nolisue profundas. Dicis q̄ppe fabulosos accōmodatos esse ab theatrū:naturales ad mundū: ciuiles ad urbem:cū mundus opus sit diuinū:urbes uero ⁊ theatra sint hominum:nec alij dij rideant' in theat's: q̄ qui adorantur in templis: nec alijs ludos exhibeatis: q̄ cū q̄b' uictimas imolatis. Quanto liberius sbtiliusq; ista diuideres dicēs:alios esse deos naturales: alios ab hoibus institutos. Sz de istitutis aliud hīe lias poetaz: aliud sacerdotum: utrasq; tamen ita esse inter se amicas psortio falsitatis: ut grate sint ūtreq; dēonibus:quibus inimica ē doctrina vitatis. Sequestrata igit' paululū theologia:quā naturalem uocant:de qua postea disserendū ē:placet ne tandem uitam eternam peti aut superari a dijs poeticis ⁊ theat'cis:ludicris scenicis? Absit:imo avtat ds uerus tam imanē sacrilegāq; demtiam. Nunquid ab eis dijs: quibus hec placent ⁊ quos hec placant: cum eorum illic crimina frequententur:

uita eterna poſcēda ē? Nēo ut arbitrō uſq; ad tantum precipitium furioſiſſi me ipietatis inſanit. Nec fabloſa igit nec ciuili theologia ſempiternā quiſq; adipiſcitur uitā. Illa.n.de dīs turpia fingendo ſciat: hec fauendo merit. Illa mēdacia ſpgit: hec colligit. Illa res diuinas falſis cribus inſectat: hec eorum criminum ludos in diuinis reb' amplectitur. Illa de dīs nefanda figmenta boium carmibus pſonat: hec ea deorū ipſorum feſtiuitatibus conſecrat. Facinora ⁊ flagitia numinuz illa cantat: hec amat. Illa pdit aut fingit: hec aūt aut atteſtat ueris: aut oblectatur ⁊ falſis: ambe turpes: ambeq; dānabiles. Sed illa q̄ theatrica ē publicam turpitudinē profitetur: iſta q̄ urbana ē illius turpitudie ornatur. Hiccine uita eterna ſperabitur: vñ iſta breuis temporaliſq; polluitur? An vo uitā polluit conſortium nefariorum hominum: ſi ſe iſerunt affectionib' ⁊ aſſēſionibus nīis: ⁊ uitam non polluit ſocietas demonum: q̄ colunt crib' ſuis? Si vis q̄ mali? ſi falſis q̄ male? Hec cum dicimus uideri fortaſſe cuipiam nimis harum rerum ignaro pōt: ea ſola de dīs talibus indigna maieſtati diuina ⁊ ridicula deteſtabiliaq; celebrari: q̄ poeticis cantant carmib': ⁊ ludis ſcenicis actitant. ſacra vo illa q̄ nō hiſtriones ſed ſacerdotes agunt: ab omni eſſe dedecore purgata ⁊ aliena. Hoc ſi ita eſſet: nunq̄ theatricas turpitudines in eorū honorem d;ſq̄ celebrādas eſſe cenſeret: nunq̄ eas ipſi dī precipe rent ſibimet ⁊ exhiberi. Sed iō nihil pudet: ad obſequium deorū talia gerē in theatris: q̄ ſimilia gerunt i tēplis. Deniq; cum memoratus auctor ciuilē theologiam a fabuloſa ⁊ naturali: tertium quandam ſui generis diſtinguē conaretur: magis eam ex utraq; temperatam: q̄ ab utraq; ſeparatam itelligi uoluit. Ait enim ea que ſcribunt poete minus eſſe q̄ ut populi ſequi debeant: que autem philoſophi pluſq̄ ut ea uulgus ſcrutari expediat. Que ſic abhorrent inquit: ut tñ ex utroq; genere ad ciuiles rōes aſſumpta ſint ñ pauca. Quare cū ſint cōmunia cuz proprīs: una cum ciuilibus ſcribem'. Et quibus maior ſocietas debet eſſe nobis cum philoſophis q̄ cum poetis: non ergo nulla cum poetis. Et tamen alio loco dicit de generationibus deorum: magis ad poetas q̄ ad phyſicos fuiſſe populos inclinatos. Hic.n. dixit quid fieri debeat: ibi quid fiat. Phyſicos dixit utilitatis cā ſcripſiſſe: poetas delectationis. Ac per hoc ea q̄ a poetis conſcripta populi ſequi non debent: crimina ſunt deorum: que tñ delectant ⁊ populos ⁊ deos. Delectationis enim cauſa ſicut dicit ſcribunt poete: nō utilitatis. Ea tamen ſcribūt que dī expectant: populi exhibeant.

De fabuloſe atq; ciuilis theologie ſimilitudine atq; concordia. capitulū vij.

r Euocatur igitur ad theologiaz ciuilē theologia fabuloſa ⁊ theatrica: ſcenica indignitatis ⁊ turpitudinis plena. Et hec tota que merito culpanda ⁊ reſpuenda iudicatur: pars huius eſt que colenda ⁊ obſeruanda cenſetur. Non ſane pars incongrua ſicut oſtendere inſtitui: ⁊ que ab uniuerſo corpore aliena importune illi cōnexa atq; ſuſpenſa ſit: ſed omnino cōſona: ⁊ tanquam eiuſdem corporis m̄b; conuenientiſſime copulata. Quid enim aliud oſtendunt illa ſimulacra: forme: etates: ſexus: habitus deorum? Nunquid barbatum iouem imberbem mercurium poete habent: pontifices non habent? Nunquid priapo minimi? Nōne ēt ſacerdotes ernōmia pudēda fecerūt? An alter ſtat adorāo'

in locis sacris: q̃ procedit ridendus i theatris? Nam saturnus senex: apollo ephebus: ita sunt psone histrionũ: nõ ut sint statue delubroꝝ. Cur forculus qui foribus preest: ⁊ limentinus qui limini dꝫ sunt masculi: atqꝫ inter hos cardea femina est: que cardinem seruat? Nonne ista in rerum diuinaꝝ libris reperiunt: q̃ graues poete suis carminibus indigna duxerunt? Nũqd diana theatrica portat arma: ⁊ urbana simpliciter uirgo est? Nunquid scenicus apollo citharista est: ⁊ ab hac arte delphicus uacat? Sed hec hõestiõa sunt in comparatiõe turpioꝝ. Quid de ipso ioue senserunt: qui eius nuticẽ in capitolio posuerũt? Nonne attestati sunt euemero: qui oms tales deos ñ fabulosa garrulitate: sed historica diligentia hoies fuisse mortalesqꝫ cõscripsit? Epulones etiam deos parasitos iouis ad eius mensam qui cõstituerẽt: q̃d aliud q̃ mimica sacra eẽ uoluerũt? Naꝫ parasitos iouis ad eius cõuiuiũ adhibitos: si mimus dixisꝫ: risũ utiqꝫ quesisse uideretur varro dixit: non cũ irridẽt deos: sed cuꝫ commãdaret hoc dixit: diuinarum non humanarum rerum libri hoc eum scripsisse testãtur. Nec ubi ludos scenicos exponebat: sꝫ ubi capitolina iura pandebat. Deniqꝫ a talibus uincitur ⁊ fatetur: sicut forma humana deos fecerunt: ita eos delectari humanis voluptatibus credidisse. Non enim ⁊ maligni spiritus suo negocio defuerunt: ut has noxias opiniones humanarum mãtium ludificatione firmarent. Unde etiam illud est q̃ hercules edituus ociosus atqꝫ feriatus lusit tesseris secum utraqꝫ manu alternãte: in una constituens herculẽ: in altera seipsum: sub ea cõdictiõe: ut si ipse uicisset de stipe templi sibi cenã pararet amicãqꝫ conduceret. Si autẽ uictoria herculis fieret: hoc idem de pecunia sua voluptati herculis exhibẽt: ⁊ deinde cuꝫ a seipso tanq̃ ab hercule uictus esset: debitam cenam ⁊ nobilissimam meretricem laurentinam deo herculi dedit. At illa cum dormiuissꝫ in templo: uidit i somnis herculem sibi esse cõmixtum: sibiqꝫ dixisse q̃ inde discedens cui primum iuueni obuia fieret: apud illum esset inuentura mercedem: quã sibi credere debẽt ab hercle psolutam. Ac sic abeunti cum primus iuuẽis ditissimus tarũtius occurrissꝫ: eãqꝫ dilectã secũ diutius habuissꝫ: illa herede relicta defunctus est. Que amplissimam adepta pecuniam: ne diuie mercedi uideret ingrata: quod acceptissimum putauit esse numibus: ppl̃ꝫ romanum etiam ipsa scripsit heredẽ. Atqꝫ illa nõ comparente inuentum ẽ testamẽtum. Quib̃ meritis eã ferũt ẽt honores meruisse diuinos. Hec si poete fingerẽt: si mimi agerent: ad fabulosam theologiam dicẽt proculdubio ptinere: ⁊ a ciuilis theologie dignitate separanda iudicarentur. Cũ uero hec dedecora nõ poetarum sed ppl̃orꝫ: ñ mimorum sed sacrorum: nõ theatroꝝ sed temploꝝ. i. non fabulose sed ciuil̃ theologie a tãto auctore produntur: non frustra histriones ludicris artib̃ fingunt deorum que tanta est turpitudinem: sed plane frustra sacerdotes velut sacris ritibus conantur fingere deoꝝ que nulla est honestatem. Sacra sunt iunonis: ⁊ hec in eius dilecta insula samo celebrantur: ubi ad nuptum data est ioui. Sacra sunt cereris: ubi a plutone rapta proserpina querit̃. Sacra sunt veneris: ubi amat̃ eius adon aprino dente extinctus iuuenis fortissimus plangit̃. Sacra sũt matris deoꝝ: ubi atys pulcher adolescens ab ea dilectus: ⁊ muliebri zelo abscisus: etiam hominum abscisorum quos gallos uocant infelicitate deploratur. Hec cuꝫ deformiora sint omni scenica feditate: quid est q̃ fabulosa de

dūs figmenta poetarū ad theatrū uide licet pertinentia : uelut secernē nitunt a ciuili theologia:quam ptinere ad urbē volunt:quasi ab honestis ⁊ dignis indigna ⁊ turpia:Itaq; potius ē ūde gratie debeantur histrionibus q̄ oculī hominum pepercerūt:nec omnia spectaculis nudauerunt:que sacrorum edium parietibus occultunt. Quid de sacris eorū boni sentiendum est que tenebris opiunt:cum tam sint detestabīlia que proferuntur in lucē:Et certe q̄d in occulto agāt per abscisos ⁊ molles ipsi uiderint. Eosdem tamen homines infeliciter ac turpiter eneruatos ac cōruptos minime occultare potuerunt. Persuadeāt cui possunt se aliquid sāctum per tales agere homines:quos iter sancta sua numerari atq; uersari negare non possunt. Nescimus quid agant:sed scimus ꝑ quales agant. Nouimus autem que agantur i scēa que nunquam uel in choro meretricū:ubi nemo abscisus aut mollis intrauit : ⁊ tñ etiam ipsa turpes ⁊ infames agūt. neq; enim ab honestis agi debuerūt. Que sunt ergo illa sacra quibus agēdis tales elegit sanctitas : quales nec thymelica in se admittit obscenicas:

De interpretationibus naturaliū rationum:quas doctores pagani pro dūs suis conant ostendere.cap.viij.

ſtultitiam ſcire ſe aliquid opinantiū: etiam in ipſis moralibus queſtionib⁹: quo totū animū itendiſſe videbat:vel confeſſa ignorātia ſua vel diſſimlata ſciētia:lepore mirabili diſſerendi ⁊ acutiſſima urbanitate agitaſſe atq; uerſaſſe.Unde ⁊ concitatis inimicitijs calūnioſa criatiōe damnatus mōte multatus eſt.Sed eū poſtea illa ipſa que publice damnauerat athenienſium ciuitas publice luxit:i duos accuſatōes eius uſqadeo populi indignatiōe cōuerſa:ut unus eorum oppreſſus i multitudine operiret:exilio aūt volūtario atq; perpetuo penam ſimilem alt eua dēt.Tā preclara igitur vite mortiſq; fama ſocrates ēliquit plurimos ſue philoſophie ſectatores:quorū certatim ſtudium fuit in queſtionum mōtalium diſceptatione uerſari:ubi agit de ſummo bono quo fieri homo beatus pōt. Quod i ſocratis diſputationibus dū omnia mouet:aſſerit:deſtruit:quoniā non euidenter apparuit : quod cuiq; placuit inde ſumpſerunt: ⁊ ubi cuiq; viſum eſt conſtituerunt finem boni. Finis autem boni appellatur: quo dſq; cum peruenerit beatus eſt.Sic autem diuerſas inter ſe ſocratici de iſto fine ſententias habuerunt:ut quod uix credibile eſt unius magiſtri potuiſſe facē ſectatores:quidam ſummum bonum eſſe dicēt voluptatem:ſicut ariſtipp⁹: quidam uirtutem ſicut antiſthenes: ſic alij atque alij aliud atq; aliud opinati ſunt:quos cōmēorare longū eſt.

De precipuo inter diſcipulos ſocratis platone:qui omnem philoſophiā triplici partitione diſtinxit.cap.iiij.

ſ Ed inter diſcipulos ſocratis nō quidem imerito excellentiſſima gloria claruit:qui omnino ceteros obſcuraret plato. Qui cum eſſet athenienſis honeſto apud ſuos loco natus:⁊ i genio mirabili longe ſuos condiſcipulos anteiret:parum tamen putans proficiende philoſophie ſufficere ſeipſum: ac ſocraticam diſciplinam:q̄ longe lateq; potuit peregrinatus eſt:quaquauerſum eum alicuius nobilitate ſcientie percipiende fama rapiebat . Itaq; ⁊ in egypto didicit quecunq; illic magna habebantur atq; docebantur : ⁊ inde in eas italie partes ueniens : ubi pythagoreorum fama celebrabatur: q̄cq̄d italice philoſophie tūc florebat: auditis eminētioribus in ea doctorib⁹ facillime comprehēdit.Et qr magiſtr̄ ſocratem ſingulariter diligebat:eum loquentem fere in omnibus ſmonibus ſuis faciens:etiā illa que uel ab alij̄s didicerat:vl ipe q̄ta potuerat itelligētia uiderat:cū illius lepore ⁊ moralib⁹ diſputationibus temperauit.Itaq; cū ſtudium ſapientie in actione ⁊ contemplatione uerſet:unde vna parſ eius actiua:altera contēplatiua dici poteſt: quarum actiua ad agendam vitam id eſt ad mores inſtituendos pertinet:cōtēplatiua autem ad conſpiciendas natura cauſas ⁊ ſyceriſſimam vitatem.Socrates in actiua excelluiſſe memorat. Pythagoras vo magis contēplatiue quibus potuit intelligentie uiribus inſtitiſſe.Proinde plato utrūq; iungendo philoſophiam perfeciſſe laudatur: quam in tres partes diſtribuit.Unam moralē que maxie in actione uerſat: alteram naturalem que contēplationi deputata eſt:tertiam rationalem qua uerū determinatur a falſo. Que licet utriq;.i.actioni ⁊ contemplationi ſit neceſſaria:maxime tamē contēplatio pſpectionem ſibi uendicat ueritatis. Ideo hec tripartitio non eſt contraria illi diſtinctioni:qua intelligitur omne ſtudium ſapientie in actione ⁊ contēplatione conſiſtere. Quid autē in his uel de his ſingulis partibus plato ſentit:id eſt ubi finem omnium actionū:

ubi cās omnium naturaꝝ: ubi lumen omnium rationū esse cognouerit uel crediderit: disserendo explicare ⁊ longum eē arbitrō: ⁊ temē esse affirmādū ñ arbitrō. Cum enim magistri sui socratis: quem facit in suis volumibus disputantem notissimū morē dissimulande scie uel opiniōis sue seruaī affectat: qz ⁊ illi ipse mos placuit: factum ē ut etiam ipsius platonis de rebus magnis sententie nō facile pspici possint. Ex his tñ que apud eum leguntur: siue que dixit siue que ab alijs dicta eē narrauit: atq; conscripsit que sibi placita uidēntur: quedam cōmēorari ⁊ huic operi inseri opōtet a nobis uel ubi suffragatur religioni uere quam fides nostra suscipit ac defendit: uel ubi ei uidetur esse contrarius: quantum ad istam de uno deo ⁊ pluribus pertinet questionem: quem propter uitam que post mortem futura est ueraciter beatam: colendum esse catholice religionis asserit disciplina. Fortassis enim qui platonem ceteris philosophis gentium lōge recteq; prelatum acutius atq; vacius intellexisse atq; secuti esse fama celebriore laudantur: aliquid tale de ōo sentiunt: ut in illo inueniatur ⁊ causa sōsistendi: ⁊ ratio intelligendi: ⁊ ordo viuendi. Quorum trium unum ad naturalem: alterum ad rationalem: tertium ad moralem partem intelligitur pertinē. Si enim homo ita creatus ē: ut per id quod i eo precellit: attigat ad illud quod cuncta precellit: id ē unū uerum optimum deum: sine quo nlla natura sōsistit: nulla doctrina istruit: nullus usus expedit: ipse queratur ubi nobis omnia sunt secura: ipse cernat ubi nobis certa sunt omnia: ipse diligat: ubi nobis recta sūt oia.

Q.ō de theologia cū platonicis potissimū disceptādū sit: quoꝝ opioni oiū phōꝝ postponēda sint dogmata. c. v.

Ergo plato dei huius imitatorem: cognitorem: amatorem dixit esse sapientem: cuius participatiōe sit beatus: quid opus est discutē ceteros: quorum nulli nobis q̄ iste propi⁹ accesserunt. Cedat igitur eis non solū theologia illa fabulosa deorum criminibus oblectans animos impiorum: nec solum etiam illa ciuilis ubi impuri demones terrestribus gaudijs deditos populos deorum nomine seducentes: humanos errores tanquam suos diuinos honores habē volucrunt: ubi ad spectandos suorum criminum ludos cultores suos tanquam sue uanitatis administratores habuerunt: ubi per eos ad suum cultum studijs īmūdissimis alios excitantes: ⁊ sibi delectabiliores ludos de ipsis spectatorib⁹ exhibentes. Ubi siqua velut honesta geruntur in templis cōiuncta sibi theatrorum obscenitate turpantur: ⁊ que cunq; turpia geruntur in theatris: cōparata sibi templorum feditate laudātur. Et ea que varro ex his sacris quasi ad celum ⁊ terram rerūq; mortaliū semina ⁊ actus interpretatus est: quia nec ipsa illis ritibus significantur que ipse insinuare conat: ⁊ ideo veritas conantes non sequitur. Et si ipsa essent: tamen anime rationali ea que infra illam nature ordine constituta sunt: p deo suo colenda non essent: nec sibi debuit preferre tanquam deos: eas res quibus ipsam pretulit verus ōs: ⁊ ea que numa pompilius re vera ad sacra eiusmodi pertinentia secum sepeliendo curauit abscondi: ⁊ aratro eruta senatus iussit incēdi. In eo genere sūt etiam illa: ut aliquid de numa mutius suspicemur: que alexander maceoo scribit ad matrem: sibi a magno antistite sacrorum egyptiorum quodā leone patefacta: ubi non picus ⁊ faunus: ⁊ eneas ⁊ romulus: vel etiam hercules ⁊ esculapius: ⁊ liber semela

natus ⁊ tyndaride fratres:⁊ ſiquos a
lios ex mortalibus pro dis habēt: ſz
ipſi etiā maiores gentium dī:quos ci
cero in tuſculanis tacitis nomibus ui
detur attingē. Juppiť:iuno ſaturnus:
uulcanus:ueſta:⁊ alī plurimi : quos
varro conatur ad mundi partes ſiue
elem̄ta tranſferre:homines fuiſſe pro
duntur. Timēs.n.⁊ ille quaſi ꝛuelata
myſteria petēs admōet alexādrū : ut
cuz ea matri conſcripta inſinuauerit:
flammis iubeat concremari. Nō ſolū
ergo iſta que due theologie cōtinent
fabuloſa.ſ.⁊ ciuilis:platonicis philo-
ſophis cedant:qui uerum deū ⁊ reruz
auctorē:⁊ ueritatis illuſtratorez:⁊ bea
titudis largitorē eſſe dixerunt: ſz alī
quoq; philoſophi qui cōporalia naťe
principia corpori deditis m̄tibus opi-
nati ſunt:cedant his tantis ⁊ tanti dei
cognitoribus uiris:ut thales i hūore:
anaximenes in aere:ſtoici in igne:epi-
curus in atomis:hoc eſt minutiſſimiſ
corpuſculiſ:que nec diuidi nec ſētiri q̄-
unt. Et quicunq; alī quorum enume
ratione immorari non eſt neceſſe:ſiue
ſimplicia ſiue coniuncta corpora: ſiue
vita carentia ſiue uiuentia:ſz tm̄ cōpo-
ra cām principiūq; ꝛrū eē dixerūt. Nā
quidam eorum a rebus non uiuis reſ
uiuas fieri poſſe crediderunt:ſicut epi
curei. Quidam vo a uiuēte q̄dam ui-
uētia q̄dam non uiuētia : ſed tamen a
corpore corporea. Nam ſtoici ignem
id ē corpus unuz ex quatuor elem̄tis
quibus uiſibilis mundus hic conſtat:
⁊ uiuētem ⁊ ſapiētem ⁊ ipſius muudi
fabricatorem:atq; omniū que ſunt in
eo:eūq; omnino ignem eſſe deum pu-
tauerunt. Hi ⁊ ceteri ſimiles eorum id
ſolum cogitare potuerunt:quod cum
eis corda eorum obſtricta carnis ſēſi-
bus fabulata ſūt. In ſe quippe hēbāt
quod non uidebant:⁊ apud ſe imagia
bant quod foris uiderant:etiam q̄oo
non uidebant:ſed tantummodo cogi
tabant. Hoc aūt in conſpectū talis co
gitationis iam nō eſt corpus:ſed ſimi
lituo corporis.illud aūt unde uidet ī
animo hec ſimilituo corporis nec cō
pus eſt nec ſimilituo corporis:⁊ ūde
uidetur atq; utrū pulchra an ōformiſ
ſit iudicatur:profecto eſt melius q̄ ip
ſa que iudicatur. Hec mens hominis
⁊ ipſa rationalis anime natura eſt: q̄
utiq; corpus non eſt:ſi iam illa corpo-
ris ſimilituo cum in animo cogitan-
tis aſpicitur atq; iudicatur : nec ipſa
corpus eſt. Non ē ergo nec terra : nec
aqua:nec aer:nec ignis: quibus qua-
tuor corporibus que dicuntur quatu-
or elem̄ta:mundum corporeum uide-
mus eſſe compactum. Porro ſi noſter
animus corpus non eſt:quomodo ōs
creator animi corpus eſt? Cedant ēgo
⁊ iſti ut dictum ē platōicis:cedant ⁊ il
li quos quidem puduit dicē deū cōp'
eſſe:uerūtamē eiuſdem nature cuius
ille eſt animos noſtros eē putauunt.
Ita non eos mouit tanta mutabilitas
anime:quam dei tribuē nefas eſt. Sz
dicunt corpore mutatur anime naťa:
nam per ſeipſam incommutabilis eſt.
Poterant iſti dicē corpore aliquo uul
neratur:nam per ſeipſam inuulnera-
bilis ē. Prorſus quod mutari nō po-
teſt:nulla re poteſt. Ac per hoc q̄ cor-
pore mutari poteſt:aliqua re poteſt:⁊
ideo incommutabile recte dici non po
teſt.

De platonicorz ſenſu i ea pte phie:
q̄ phyſica nominatur.cap.vi.

u Iderūt ergo iſti phi:quos ceťis
ñ immerito fama atq; gloria p̄-
latos uidemus:nullu corpus eſſe de-
um:⁊ ideo cuncta corpora traſcende-
runt querētes deum. Uiderunt quic-
quid mutabile eſt: non eſſe ſummum
deum:⁊ ideo omnem animam muta-
bileſq; omnes ſpiritus tranſcenderūt

eo quod amat:uerq; ⁊ summum bo-
num amat:quis eum beatum nisi mi
serrimus negat? Ipsum aũt uerum ac
summum bonum plato dicit deum.
Unde uult esse philosophum amato
rẽ dei:ut quoniaꝫ philosophia ad be
atam uitaꝫ tendit:fruens ꝺo sit beat⁹
qui deum amaꝟit. Quicunq; igitur
philosophi de ꝺo summo ⁊ ꝟo ista se-
serunt:q ⁊ ĩruꝫ creatarum sit affectõ:
⁊ lumẽ cognoscẽdarum:⁊ bonum agẽ
darum:q ab illo nobis principium sit
nature:⁊ ueritas ꝺoctne:⁊ felicitas ui
te siue platonici accommodatius nun
cupẽt:siue quodlibet aliud secte sue
nomen imponant: siue tantummodo
ionici generis:qui in eis precipui fue-
runt ista senserint:sicut idem plato: ⁊
qui eum bene intellexerunt:siue etiam
italici propter pythagoram ⁊ pytha-
goreos:⁊ siqui forte alq eiusdẽ sñie in
id idem fuerunt: siue aliarum quoq;
gẽtium qui sapientes uel philosophi
habiti sunt: athlantici:libyci:egyptij:
indi:perse:chaldei:scythe:galli:hispa-
ni:alq; ẽpiũtur qui hoc uiderit ac do
cuerint:eos oms ceteris añponimus:
eosq; nobis propinquiores fatemur.
Quãuis enim hõ christianus litteris
tm̃ ecclasticis eruditus:platonicorum
forte nom̃ ignoret:nec utrum duo ge-
nera philosophoruꝫ extiterit ĩ greca
lingua ionicoruꝫ ⁊ italicorum sciat: ñ
tam̃ ita surdus est in rebus humanis
ut nesciat philosophos uel studiuꝫ sa-
piẽtie:uel ipsam sapientiam profiteri.
Lauet eos tamẽ qui secũdũ elementa
huius mundi philosophantur:non se
cundum deuꝫ a quo ipse factus ẽ mũ-
dus. Admonetur enim precepto apo-
stolico:fideliterq; audit quod dictum
est. Lauete ne quis uos decipiat per
philosophiaꝫ ⁊ inanem seductionẽ se-
cunduꝫ elemta mundi. Deinde ne om
nes tales esse arbitretur:audit ab eo-
dem apostolo dici de quibusdam: ꝙ a

quod notum est dei manifestum est ĩ
illis:ꝺs enim illis manifestauit. Inuisi
bilia enim eius a constitutione mũdi:
p ea que facta sunt intellecta conspici
untur: sempitna quoq; uirtus eius ⁊
diuinitas. Et ubi atheniẽsibus loqns:
cum rem magnam de deo dixisset:⁊ q̃
a paucis posset intelligi:q in illo uiui-
mus ⁊ mouemur ⁊ sumus: adiecit ⁊
ait sicut ⁊ uestri quidaꝫ dixerunt. No
uit sane etiam ipsos in quibus errant
cauẽ. Ubi enim dictum est: q per ea
que facta sunt ꝺs illis manifestauit in
tellectu conspicienda inuisibilia sua:
ibi etiam dictum est non illos ipsũ de
um recte coluisse:quia ⁊ alijs reb⁹ qui
bus non oportebat:diuinos honores
illi vni tantum debitos detulerũt:qm̃
cognoscẽtes deum non sicut deuꝫ glo
rificauerunt aut gratias egerunt: sed
euanuerunt in cogitationibus suis: ⁊
obscuratum est insipiẽs cor eoruꝫ. Di-
cẽtes enim se sapientes esse:stulti facti
sunt:⁊ immutauerunt gloriam incor-
ruptibilis dei in similitudinem imagi
nis corruptibilis hominis:⁊ volucrũ:
⁊ quadrupedum:⁊ ꝓpẽtium:ubi ⁊ ro-
manos ⁊ grecos ⁊ egyptios:qui ꝺ sa-
piẽtie nomine gloriati sunt fecit intelli
gi. Sꝫ de hoc cum istis postmodum
disputabimus. In quo aũt nobis con
sẽtiunt de uno deo huius univsi auc-
tore:qui non solum super omnia cor
pora ẽ incorporeus: vum etiam super
omnes animas incorruptibilis:princi
pium nostrum:lumen nostrum: bonũ
nostrum: in hoc ⁊ eos ⁊ ceteris ante-
ponimus.

Que sit inter philosophicas artes
religiosi excellẽtia christiani. cap. x.

n Ec si lĩas eor christian⁹ ignõãs
vbis que nõ didicit ĩ disputatio
ne nõ utit: ut uel naturalẽ latine: uel
physicam grece appellet eam partem

in qua de inquisitione nature tractat: ⁊ rationalē siue logicam in qua q̄rit quonam modo ueritas percipi possit: ⁊ moralem uel ethicam in qua de moribꝰ agit: bonorūq̄ finibꝰ appetendis: maloq̄q̄ uitandis: ideo nescit ab uno uero deo atq̄ optimo: ⁊ naturam nobis esse: qua facti ad eius imaginē sumus: ⁊ doctrinam qua eum nosq̄ nouerimus: ⁊ gratiam qua illi coherēdo beati sumus. Hec itaq̄ cā est cur istos ceteris preferamus: quia cum alij phi losophi ingenia sua studiaq̄ cōtriuerint in requirendis rerum causis: ⁊ q̄ nam esset modus discendi atq̄ uiuendi: isti deo cognito reperierunt ubi essent ⁊ cause constitute uniuersitatis: ⁊ lux percipiende ueritatis: ⁊ fons uiuentis felicitatis. Siue ergo isti platonici siue quicunq̄ alij quarūlz gētiū phi de deo ista sentiunt nobiscum sentiunt. Sed ideo cum platonicis magis placuit hanc causam agere: quia eorū sunt littere notiores. Naz ⁊ greci quorum lingua in gentibus preminet: eas magna predicatione celebrarunt: ⁊ latini permoti earum uel excellentia uel gloria uel gratia: ipsas libentius didicerunt: atq̄ in nīm eloquiū transferēdo nobiliores clarioresq̄ fecerūt.

Unde plato eam intelligentiaz potuerit acquirere: qua christiane scie ꝓpinquauit. cap. xi.

m Irantur autem quidam nobis in christi gratia sociati: cū audiunt uel legunt platonem de deo ista sēsisse: que multum congruere vitati nostre religionis agnoscunt. Unde nonnulli putauerunt eum quando prexit in egyptum hieremiam audisse ꝓphetam. uel scripturas propheticas in eadem peregrinatione legisse: quorum q̄dem opinionem in quibusdam libris meis posui. Sed diligenter computata temporuz ratio que chronica historia continetur: platonem indicat a tēpore quo prophetauit hieremias centum ferme annos postea natuz fuisse. Qui cum octoginta ⁊ unum uixisset: ab anno mortis eius usq̄ ad tempus quo ptolemeus rex egypti scripturas propheticas gentis hebreorum de iudea popposcit: ⁊ per septuaginta uiros hebreos: qui etiam grecam linguam nouerant: interpretandas habēdasq̄ curauit: anni ferme repiūt sexaginta. Quapropter ī illa pegriatiōe sua plato nec hieremiam uidere potuit: tāto ante defunctum: nec easdem scriptas legere que nondum fuerant in grecaz linguam translate qua ille pollebat: nisi fōte quia fuit acerrimi studij: sicut egyptias ita ⁊ istas ꝑ interpretē didicit: non ut scribendo transferret: quod ptolemeus pro ingenti beneficio: qui regia potestate etiam timeri poterat meruisse perhibetur: sed ut colloquendo quid continerent quantum capere potuisset addisceret. Hoc ut existimet illa suadere uidentur indicia: q̄ liber geneseos sic incipit. In principio fecit deus celū ⁊ terrā: terra autem erat inuisibilis ⁊ incomposita: ⁊ tenebre erāt super abyssum: ⁊ spiritus dei ferebat super aquas. In timeo aūt plato quē libz de mundi constitutione conscripsit: deum dicit in illo opere terram ꝑmo ignēq̄ iunxisse. Manifestum est autem q̄ igni tribuit celi locum. Hēt ergo hec sententia quandam illius similitudiuez qua dictum est in ꝓncipio fecit deus celuz ⁊ terram. Deinde illa duo media quibꝰ interpositis sibimet hec extrema copularentur: aquam dicit ⁊ aerez: uī putat sic intellexisse qō scriptum est: spiritus dei ferebatur super aquas. Harum q̄ppe attēdēs quo more soleat illa scriptura appellare spiritū dei: quoniā ⁊ aer spiritus dicitur: quatuor opinatus elementa loco

illo commemorata uideri poteſt. De inde ꝙ plato dicit amatorem dei eſſe philoſophuz: nihil ſic i illis litteris ſacris flagrat: ⁊ maxime illud qd ⁊ me plurimũ adducit: ut pene aſſẽtiar platonez illoꝝ librorum expertuz fuiſſe: quod cum ad ſanctum moyſẽ ita vba dei per angelum perferantur: ut querenti quod ſit nomen eius: qui eũ pergere precipiebat ad populum hebreũ ex egypto liberãdum reſpondeatur. Ego ſum qui ſuz: ⁊ dices filijs iſrael: qui eſt miſit me ad uos: tanquam i eꝰ comparatione qui uere eſt qꝛ incõmutabilis eſt: ea que mutabilia facta ſũt non ſint. Uehementer hoc plato tenuit ⁊ diligentiſſime commẽdauit. Et neſcio utrũ hoc uſpiam reperiatur in libris eorum qui ante platonez fuerãt: niſi ubi dictum eſt ego ſum qui ſuz: ⁊ dices eis qui eſt miſit me ad uos. Sz undecũqꝫ ille iſta didicerit: ſiue precedentium eum ueterum libris: ſiue potius quomodo dicit apoſtolus: qꝛ qd notum eſt dei manifeſtum eſt in illis. deus enizz illis manifeſtauit: inuiſibilia enim eius a conſtitutione mundi: p ea que facta ſũt intellecta conſpiciuntur: ſempiterna quoqꝫ eius uirtus ⁊ diuinitas non immerito me platonicos philoſophos elegiſſe: cum quibꝰ agaz quod i iſta queſtione quam modo ſuſcepius agitur de naturali theologia: utrum propter felicitatem que poſt mortem futura eſt: uni deo an pluribꝰ ſacra facere oporteat. Nam utꝫ unus deus an plures propꝛ huius vite ſint bona colẽdi: ſatis ut exiſtio expoſui.

Quod etiã platõici licz de uno vo deo bñ ſenſerint: multis tñ dijs ſacra facienda cenſuerunt. cap. xij.

d Eos ꝯppe hos potiſſimũ elegi: qm̃ de vno deo qui fecit celuz ⁊ terram quãto melius ſenſerũt: tanto ceteris glorioſiores illuſtrioreſqꝫ habẽtur: in tantum alijs prelati iudicio poſteroruz: vt cũ ariſtoteles platonis diſcipls vir excellẽtis ingenij ⁊ eloquio platoni quidem impar: ſed multos facile ſuperans: cum ſectam pipatetica condidiſſet: ꝙ deambulans diſputare conſueuerat: plurimoſqꝫ diſciplos pclara fama excellẽs: viuo adhuc pceptore i ſuã hẽſim cõgregaſſet. Poſt mõtem vo platõis ſpeuſippus ſororis eꝰ filꝰ: ⁊ xenocrates dilectꝰ eius diſciplꝰ i ſcholaz eius que academia uocabat eidem ſucceſſiſſent: atqꝫ ob hoc ⁊ ipſi ⁊ eoruz ſucceſſores academici appellarentur: recentiores tñ phi nobiliſſimi quibuſ plato ſectandus placuit noluerunt ſe dici peripateticos aut academicos ſed platonicos. Ex quibuſ ſũt ualde nobilitati greci: plotinꝰ: iamblicus: porphyriꝰ. In utraqꝫ aũt lingua. i. ⁊ greca ⁊ latia: apuleius afer extitit platonicus nobilis. Sed hi omnes ⁊ ceti eiuſmodi ⁊ ipſe plato: dijs pluris eſſe ſacra facienda putavunt.

De ſentẽtia platõis: qua diffiniuit deos ñ eſſe niſi bonos: amicoſqꝫ vtutũ. cap. xij.

q Uãꝫ ergo a nobis ⁊ in alijs multis rebꝰ magniſqꝫ diſſentiant: i hoc tñ qd mõ poſui: qꝛ neqꝫ parua reſ eſt: ⁊ inde nunc queſtio eſt. Primũ ab eis quero quibus dijs iſtum cultum exhibendum arbitrentur: utrum bonis an malis: an ⁊ bonis ⁊ malis. Sz de hoc habemus ſententiam platoniſ dicentis omnes deos bonos eſſe: nec eſſe omnino vllum deorum malum. Conſequens eſt igitur: ut bõis hec exhibenda intelligantur. Tũc enim dijs exhibentur: qm̃ nec dij erunt ſi boni non erunt. Hoc ſi ita eſt: nam de dijs quid aliud decet credẽ? Illa profecto uacuatur opinio: qua nonnulli putãt

deos malos sacros placandos eē: ne ledāt: bonos aūt ut adiuuent iuocandos. Mali aūt nulli sunt dij: bōis pōro debitus ut dñt honor sacrorum est deferēdus. Qui sunt ergo illi q̄ ludos scenicos amant: eosq̄ diuinis rebus adiungi ⁊ suis honoribus flagitant exhiberi: quorum uis nō eos indicat nullos: sed iste affectus nimirum idicat malos? Quid enim de ludis scenicis plato senserit notum est: cum poetas ipos q̄ tam indigna deorum maiestate atq̄ bonitate carmina cōposuerant: censet ciuitate pellēdos. Qui sunt igitur isti dij: qui de scenicis ludis cum ipso platone contendunt? Ille quippe ñ patiť dos falsis criminibus infamari: isti eisdem cribus suos honores celebrari iubent. Deniq̄ isti cum eosdem ludos istaurari preciperent: poscentes turpia maligna gesserunt. Tito latino auferentes filium: ⁊ imittentes morbus q̄ eorum abnuisset impium: eūq̄ mōbū retrahentes cū iussa complesset. Iste autem illos nec tam malos timōdos putat: sed sue sententie robur cōstātissime retinēs: omnes poetarum sacrilegas nugas quibus illi per immunditie societatem oblectantur: a populo bene istituto remouere non dubitat. Hunc autem platonem: quem iam in secūdo libro commemoraui: inter semideos labeo ponit. Qui labeo numia mala uictimis cruentis atq̄ huiusmodi supplicationibus placari existimat: bona uero ludis ⁊ talibus quasi ad letitiam ptinētibus rebus. Quid est ergo q̄ semideus plato nō semideis sed deis ⁊ hoc bonis illa oblectamēta q̄ iudicat turpia tam constanter audet auferre? qui sane dij refellunt sententiam labeonis. nam se i latino nō lasciuos tantū atq̄ ludibundos: sed ēt sceuos terribiles q̄ monstrarūt. Exponant ergo nobis ista platonici: qui omīs deos secundum auctoris sui sententiam bonos ⁊ honestos ⁊ uirtutibus sapiētiū eē socios arbitrantur: aliterq̄ de ullo dorum sentiri nefas habēt.

De opione eorum qui ratiōales aias triū generum eē dixerūt. i. i dijs celestib̄: i dēoibus aerijs: ⁊ in hoibus terrēis. cap. xiiij.

e Exponius iquiūt: attente igitur audiamus. Omnium inquiunt animalium i quibus est anima ratiōalis tripartita diuisio ē: in deos: hoies: demōes. Dij excelsissimum locū tenent: homines infimum: demones medium. Nam deorum sedes in celo est: hominum in terra: in aere demonum. Sicut eis diuersa dignitas est locorum: ita etiā naturarum. Proinde dij sunt hominibus demonibusq̄ potiores: homines uero infra dos ⁊ demones constituti sunt: ut elementorum ordine sit differentia meritorum. Dēones igitur medij: quemadmodum dijs quibus inferius habitant postponendi: ita hominibus quibus superius preferendi sūt. Habent enim cum dijs cōmunem imortalitatem corporum: animorum aūtem cum hominibus passiones. Quapropter non est mirum inquiūt si etiam ludorum obscenitatibus ⁊ poetarum figmētis delectantur: qñquidem ⁊ hūanis capiuntur affectibus: a quibus dij longe absunt ⁊ modis omnibus alieni sunt. Ex quo colligitur platonem poetica detestando ⁊ prohibendo figmenta: non deos qui omnes boni ⁊ excelsi sunt priuasse ludorum scenicorum voluptate: sed demones. Hec si ita sunt: que licet apud alios quoq̄ reperiantur. Apuleius tamen platonicus maudazēsis de hac re solum unū scripsit librum: cuius titulum esse uoluit ō deo socratis ubi differit ⁊ exponit ex quo genere numinum numen sibi socrates hēbat adiūctū ⁊ amicitia

quadam conciliatum:a quo perhibet solitus admoneri ut desisteret ab agendo:quando id quod agere uolebat ꝑspere fuerat euenturum. Dicit eiz apertissime ⁊ copiosissime asserit: non illū deum fuisse sed demonez diligenti disputatione pertractans istam platonis de deorum sublimitate:⁊ hominū humilitate:⁊ demonum medietate sentētiam. Hec ergo si ita sunt : quonāmō ausus est plato etiaz si non dīs quos ab omni huma cogitatione semouit: certe ipsis demōibus poetas urbe pellendo auferre theatricas uoluptates: nisi quia hoc pacto admonuit animū humanum:quāuis adhuc in his mōibundis membris positum ꝑ splēdore honestatis impura iussa demonuz cōtēnē eorūq; immunditiam detestari? Nam si plato hec honestissime arguit ⁊ prohibuit:profecto demones turpissime popoſcerunt atq; iusserunt. Aut ergo fallitur apuleius:⁊ non ex isto genere numinum habuit amicum socrates:aut contra se sensit plato:mō dēones honorando:modo eorum delitias a ciuitate bñ morata remouendo: aut non est socrati amicitia demonis gratulanda:de qua usq;adeo ⁊ ipse apuleius erubuit:ut de deo socratis prenotaret librum:quem secūdū suā disputationem:qua deos a demonibus taz diligenter copioseq; discernit:non appellare de deo:sed de demōe socratis debuit. Maluit autem hoc in ipsa disputatiōe:q̄ ī titulo libri pōere. Ita.n. ꝑ sanā doctrinā q̄ humanis rebus illuxit:oīs uel pene omnes demonuz nomen erhorrent: ut quisq̄s aī disputationem apuleij: qua demonum dignitas cōmdatur:titulum libri de demōe socratis legēt: nequaquam illum hominem sanum fuisse sentiret . Quid autem etiam ipse apuleius quod in demonibus laudaret inuenit: preter sūtilitatem ⁊ firmitatem corporuz: ⁊ habitationis altiorem locum ? Nam de moribus eorum:cum de omnibus generaliter loqueretur: nō solum nihil boni dixit:sed etiam plurimum mali. Denique lecto illo libro : prōsus nēo miratur eos etiaz scenicā turpitudiez in rebus diuinis habere uoluisse:⁊ cū deos se putari velint deorꝫ criminib̄ oblectari potuisse:⁊ quicq̄d in eorum sacris obscena solēnitate seu turpi crudelitate uel ridetur uel horretur eoruz affectibus conuenire.

Quod neq; propter aerea corpōa neq; propter superiora habitacula:demōes hoibus antecellunt.cap.xv.

q Uamobrem absit ut ista cōsiderans anius ueraciter religiosus ⁊ uero ōo subditus ideo arbitretur demones seipso esse meliores:q̄ habeāt corpora meliora. Alioq̄n multas sibi ⁊ bestias prelaturus est:q̄ nos ⁊ acrionia sensuum:⁊ motu facillio atq; celerrimo:⁊ ualentia uirium:⁊ ānosissima firmitate corporum uincunt. Quis hominum uidendo equabitur aquilis ⁊ uulturibus? Quis odorando canib̄? Quis velocitate leporibus:ceruis:oībus auibus? Quis multum valendo leonib̄ ⁊ elephātibus? Quis diu uiuēdo ꝓpētibus:q̄ etiā deposita tunica senectutem depōer: atq; in iuuentutem redire perhibentur? Sz sicut his oib̄ ratiocinando ⁊ intelligendo meliores sumus:ita ēt demonibus bene ⁊ honeste uiuendo meliores esse debemus. Ob hoc enim ⁊ prouidentia diuia eis quibus nos constat esse potiores data sunt quedā potiora corporuz mūera: ut illud quo eis preminemus : etiam isto modo nobis cōmendaret: multo maiore cura excolendum esse q̄ cōp̄: ipsāq; excellentiam corporalem quaz demones habere nossemus:pre bonitate vite qua illis anteponimur ꝑtēnē

disceremus habituri ⁊ nos immortalita
tē corporū: nō quaz supplicioz eterni-
tas torqueat: sed quaz puritas p̄cedat
animoruz. Jaz uero de loci altitudie:
q̄ demones in aere nos autez habita-
mus in terra: ita permoueri: ut hinc
eos nobis esse preponendos existime-
mus: omnino ridiculum est. Hoc eniz
pacto nobis ⁊ omnia uolatilia prepo
nimus. At enim uolatilia cuz volādo
fatigantur: uel reficienduz alim̄tis cō-
pus habent: terram repetunt: uel ad
requiem: uel ad pastum quod dēones
inquiunt nō faciunt. Nunquid ergo
placet eis ut volatilia nobis: dēones
autem etiaz uolatilibus antecellant.
Quod si dementissimum est opinari:
nihil est quod de habitatione superio
ris elementi dignos esse demones exi-
stimemus: quibus nos religiōis affec-
tu sōdere debeamus. Sicut enim fieri
potuit: ut aeree uolucres terrestribus
nobis non solum non preferantur: ue
rum etiam subꝯciantur propter ratio
nalis anime que in nobis est dignita-
tem ita fieri potuit: ut demones q̄uis
magis aerei sint terrestribus nobis: ñ
ideo meliōes sint quia est aer q̄ terra
superiō: sed ideo eis homines prefe-
rendi sunt: quoniam spei piorum ho-
minum. nequaquam illorum despera
tio comparanda est. Nam ⁊ illa ratio
platonis: qua elementa quatuō pro-
portione cōtexit atq̄ ōdinat: ita duo-
bus extremis: igni mobilissimo ⁊ tre
imobili media duo aerem ⁊ aquam i-
terserens: ut quanto aer est aquis ⁊ ae
re ignis: tanto ⁊ aque superiores sint
terris: satis nos admonet animalium
merita non pro elemetorum gradibus
estimare. Et ipse quippe apuleius cuz
ceteris terrestre animal hominem di-
cit: qui tamen lōge prepōitur animali
bus aquatilibus: cum ipsas aquas ter
ris preponat plato: ut intelligamus ñ
eundez ōdinez tenenduz cum agitur
de meritis animarum: qui videtur or
do esse in gradibus corporum: sed fiēi
posse: ut inferius corpus anima meliōs
inhabitet: deteriōq̄ superius.

Quid de moribus demonū apule
ius platonicus sentit. cap. xvi.

d Ex mōibus ergo demonuz cum
idem platonicus loqueretur: di-
xit eos eisdez quibus homines animi
perturbatiōib̄ agitari: iritari iniurij̄s:
obsequij̄s vōisq̄ placari: gaudē hono
ribus: diuersis sacroruz ritibus oblec
tari: ⁊ in eis siquid neglectum fuerit
cōmoueri. Inter cetera etiam dicit ad
eos pertinere diuinationes auguruz:
haruspicuz: uatum: atq̄ somniorum:
ab his quoq̄ esse miracula magorū.
Breuiter aūt eos diffiniens ait. Dēo-
nes esse genē anialia: animo passiua:
m̄te ratiōalia: corpōe aerea: tempōe et
na. Horum uere quinq̄ tria priora ill̄
esse que nobis: quartum ꝓprium: qui
tum eos cum dij̄s habere commune.
Sed uideo trium superiorum que no
biscū habent: duo etiam cum dij̄s ha-
bē. Animalia quippe esse dicit ⁊ deos:
sua cuiq̄ elementa distribuens. In ter
restribus animalibus nos posuit cuz
ceteris que in terra uiuunt ⁊ sentiunt:
in aquatilibus pisces ⁊ alia natatilia:
in aereis demōes: in ethereis ōos. Ac
per hoc q̄ demōes genere sunt aialia:
nō solum eis cum hominibus uerum
etiam cuz dij̄s pecoribusq̄ cōmune ē:
q̄ mente rationalia cuz dij̄s ⁊ homini
bus: q̄ tempore eterna cum dij̄s sol̄:
q̄ aio passiua cū hoibus solis: q̄ cor-
pore aerea ipsi sunt soli. Proide q̄ ge-
nere sūt aialia non est m^gnū: qz hoc
sunt ⁊ pecora: q̄ mente rationalia nō
est supra nos: quia sumus ⁊ nos: q̄
tempore eterna: quid boni est si non
beata? Meliō est eniz tempōalis felici
tas: q̄ misera eternitas. q̄ aio passiua

quomõ ſupra nos ẽ quãdo ⁊ nos hoc ſumus:nec ita eſſet niſi miſeri eẽmuſ: Quod corpore aerea quanti eſtimãdum eſt:cum omni corpori preferatur aie qualiſcunq; natura: Et iõ ẽligiõis cultus qui debetur ex animo nequaq̃ debetur ei rei que animo eſt inferior. Porro ſi inter illa que demonum eſſe dicit annumerẽt uirtutem: ſapientiã: felicitatem:⁊ hec eos diceret habẽ cuꝫ dñs eterna atq; communia : profecto aliquid diceret exoptandum magniq; pendenduꝫ:nec ſic eos tamen propter hec tanquam deum colere deberẽus: ſed potius ipſum a quo hec illos accepiſſe noſſemus . Quãto minus nunc honore diuino aerea digna ſunt animalia:ad hoc rationalia ut miſera eẽ poſſint:ad hoc paſſiua ut miſera ſint: ad hoc eterna ut miſeriam ſuã finiẽ ñ poſſint: Quapropt̃ ut omittaꝫ ceta ⁊ hoc ſolum pertractem q̃ nobiſcum demones dixit habere commune : id eſt animi paſſiones ſi omnia quatuõ elementa ſuis aialibuſ plena ſunt:immõ talibuſ ignis ⁊ aer : mortalib̃ aqua ⁊ tra: quero cur animi demonũ paſſionum turbelis ⁊ tempeſtatib̃ agitent̃. Perturbatio enim eſt que grece pathoſ dicitur:unde illa voluit uocare animo paſſiua : quia uerbum de vbo pathoſ paſſio dicẽtur:motuſ animi cõtra rationem. Cur ergo ſunt iſta i animis demonum:que in pecoribuſ non ſunt: Quoniam ſiquid in pecore ſimile apparet nõ ẽ perturbatio:quia non eſt cõtra rationem qua pecora carẽt. In hominib̃ autem ut ſint iſte perturbationeſ:facit hoc ſtultitia aut miſia. Nõdum enim ſumus in illa perfectione ſapiẽtie beati:que nobis ab hac mõtalitate liberatis in fine promittitur: Deoſ uero ideo dicunt iſtaſ perturbationeſ non perpeti : quia non ſolum eterni uerum etiam beati ſunt. Eaſdẽ quippe animaſ rationaleſ etiam ipoſ habere perhibent : ſed ab omni labe ac peſte puriſſimaſ. Quamobrem ſi propterea dij non perturbant̃:q̃ aialia ſunt q̃ nec beata poſſũt eſſe nec miſa:reſtat ut demoneſ ſicut homineſ iõ pt̃bẽt̃:q̃ aialia ſũt ñ beata ſꝫ miſera.

An dignuꝫ ſit eoſ ſpirit̃ ab homie coli:a quorum uitijſ etiã opõteat liberari.cap.xvij.

q Ua igitur inſipiẽtia uel potiuſ amẽtia per aliquã religioneꝫ demonibuſ ſubduntur:cũ p vã religiõeꝫ ab ea uitioſitate in qua illiſ ſumuſ ſimileſ liberemur: Cum enim demoneſ quod ⁊ iſte apuleius quãuiſ eiſ plurimum parcat:⁊ diuiniſ honoribuſ dignoſ cenſeat:tamen cogitur confiteri ut ira inſtigentur:nobiſ uera religio p̃cipit ne ira inſtigemur:ſed ei potiuſ reſiſtamuſ. Cum demoneſ donis inuitẽtur:nobiſ va religio precipit: ne cuiq̃ donorum acceptione faueamuſ. Cum demõeſ honoribuſ mulceantur:nobiſ uera religio precipit ut talibuſ nullo modo moueamur. Cuꝫ demoneſ quorundam hominum oſoreſ quorundaꝫ amatoreſ ſint:non prudenti tranquilloq; iudicio : ſed ut ipſe aio appellat paſſiuo:ipſa nobiſ uera religio p̃cipit ut inimicoſ noſtroſ etiam diligamuſ. Poſtremo omnem motum cordis ⁊ ſalum ñtis:omneſq; turbelas ⁊ tempeſtates animi quibus demones eſtuare atq; fluctuare aſſerit:nos uera religio deponere iubet. Que igitur cauſa niſi ſtultitia errorq; miſerabilis : ut ei te facias ueneando humilem : cui te cupias uiuendo diſſimilem:⁊ religione colas quem imitari nolis:cum religionis ſumma ſit imitari quem colis:

Qualis sit religio in qua docetur: q̃ homines ut cõmẽdentur dijs bonis dẽonib⁹ uti debeãt aduocatis.c.xviij.

f Rustra igitur eis apuleius ⁊ q̃ cũq̃ ita sentiũt hũc detulit honorẽ: sic eos in aere medios it̃ ethereũ celũ terrãq̃ cõstituens: ut quoniam nullus deus miscet̃ homini q̃d platonẽ dixisse perhibẽt: isti ad deos pferãt preces hominum inde ad homines ipetrata que poscunt. Indignum enim putauerunt qui ista crediderunt miscerí homines dijs: ⁊ deos hominibus. Dignũ aũt miscerí dẽones ⁊ dijs ⁊ hominibus: hinc petita qui assignent: inde concessa qui apportent: ut uidelz hõ castus ⁊ ab artium magicarum sceleribus alienus eos patronos adhibeat per quos illum dij exaudiant: qui hec amant que ille nõ amando fit digniõ: quem facilius ⁊ libentius exaudire debeant. Amant quippe illi scenicas turpitudines quas non amat pudicitia. Amant in maleficijs magoꝝ mille nocendi artes: quas nõ amat innocẽtia. Ergo ⁊ pudicitia ⁊ innocentia siquid a dijs impetrare uoluerit: nec poterit suis meritis nisi suis interuenientibus inimicis: ñ est q̃ ista poetica figmenta ⁊ theatrica ludibria iustificare conet̃. Habemus contra ista magistrũ eorũ ⁊ tãte apud eos auctoritatis platonẽ: si pudor humanus ita de se male mẽt̃: ut nõ solum diligat turpia: uerũ etiam diuinitati existimet grata.

De impietate artis magice: que patrocinio utitur spirituum malignorũ. cap.xix.

p Oro aduersus magicas artes: de quib⁹ quosdã nimis ifelices ⁊ nimis impios ẽt gloriari libet i noie demonum: ipsam publicam lucem testem citabo. Cur enim tã grauit̃ ista plectunt̃ seueritate legũ: si opera sunt numinum colendorum? An forte istas leges christiani instituerunt: q̃b⁹ artes magice puniuntur: secundum quem aliũ sensum: nisi q̃ hec maleficia generi humano pnitiosa eẽ ñ dubiũ ẽ? Ait poeta clarissimus. Testõ cara deos: ⁊ te germana: tuũq̃ Dulce caput magicas inuitã accingier artes. Illud ẽt q̃d alio loco de his artib⁹ dicit. Atq̃ satas alio uidi traducẽ messes. Eo q̃ hac pestifera sceleratacq̃ doctria: fruct̃ aliẽi i alias ẽras transferri pbibẽt: nõne in duodecim tabulis.i.rõanorũ antiquissimis legibus cicero commemorat eẽ conscriptũ: ⁊ ei qui hoc fecerit supplicũ cõstitutũ? Postremo ipe apuleius: nunquid apud iudices christianos de magicis artibus accusatus est? Quas utiq̃ sibi obiectas si diuias ⁊ pias esse nouerat: ⁊ diuiaꝝ potestatum operibus congruas: non solum eas cõfiteri debuit: sed ẽt pfiteri: leges culpans potius quibus hec prohiberentur ⁊ damnanda putarentur: q̃ haberi miranda ⁊ ueneranda oporteret. Ita enim uel sententiaꝫ suã persuadẽt iudicib⁹: vel si illi secundum iniquas leges saperent: eũq̃ talia predicantes atq̃ laudantem morte mulctarent digna anime illius demões dona reperderent: pro quorum diuinis operibus predicandis humanã uitã sibi adimi non timerent. Sicut martyres nostri cũ eis pro crie obijcẽtur christiana religio: qua nouerant se fieri saluos ⁊ gloriosissimos in eternum: non eaꝫ negando temporales penas euadere delegerunt: sed potius confitendo: profitendo: predicando: ⁊ pro hac oia fideliť fortiterq̃ tolerando: ⁊ cũ pia securitate moriendo: leges quib⁹ pbibebãt erubescẽ cõpulerũt: mutariq̃ fecerũt. Huius autem philosophi platonici copiosissima ⁊ disertissima extat oro: qua crimen artium magicarum a se

alienuz esse defendit: seqz aliter ñ uult innocentem uideri: nisi ea negando q̃ non possunt ab innocente committi. At omnia miracula magorz: quos rec te sentit esse damnandos doctrinis fiunt ⁊ operibus demonum: quos uiderit cur censeat honorandos eē: necessarios eos asserens preferēdis ad deos nīis precibus: quorū debemus opera deuitare: si ad deum uerum p̃ces nīas volumus p̃uenire. Deinde quero quales preces hominum dñs bonis p demones allegari putat: magicas an licitas. Si magicas: nolūt tales: si licitas nolunt per tales. Si aūt peccator peniteus preces fundit: maxime si aliquid magicūm admisit: ita ne tandem illis intercedentibus accipit ueniam: q̃bus impellentib' aut fauētibus se cecidisse plangit in culpā? An ⁊ ipsi demones ut possint penitētib' mereri indulgēti am: priores agunt q̃ eos deceperint penitentiaz? Hec nemo unq̃ de dēonibus dixit: quia si ita esset: nequaquaz sibi auderent diuios honores expetē: qui penitendo desiderarēt ad gr̃az uenie peruenire. Ibi eiz est detestāda supbia: hic humilitas miseranda.

An credendū sit q̃ dñ boni libēti' dēonib' q̃ hoib' misceāt. cap. xx.

a Teiz urgens cā ⁊ artissima cogit demones medios iter ds ⁊ homines agere: ut ab hominibus auferant desiderata: ⁊ ad eos ĩferāt ipetrata. Quenā tādē cā ē ista ⁊ quanta necessitas? Quia nullus ds inquiunt miscetur homini. Preclara igitur sanctitas dei q̃ nō miscet homini penitēti supplicāti: ⁊ miscet dēōi arrogāti. Nō miscetur homini confugienti ad diuinitatē: ⁊ miscet dēoni fingēti diuinitatem. Non miscetur homini petenti indulgētiā: ⁊ miscet demoni suadēti nequitiam. Non miscetur homini per philosophicos libros poetas de bñ istituta ciuitate pellenti: ⁊ miscetur demoni a principibus ⁊ pontificibus ciuitatis per scenicos ludos poetarum ludibria requirēti. Nō miscetur homini deorū crimina fingere prohibenti: ⁊ miscet demoni se falsis deorum criminibus oblectanti. Non miscetur homini magorūm scelera iustis legibus puniēti: ⁊ miscetur demoni magicas artes docenti ⁊ implenti. Non miscet homini imitationem demonum fugienti: ⁊ miscetur demoni deceptionem hominis aucupanti. Sed nimirum tante huius absurditatis ⁊ indignitatis est magna necessitas: q̃ scilicet deos ethereos humana curantes quid terrestres hoies agēt utiq̃ latēt: nisi dēones aerei nūtiarent: qm̄ ether lōge a terra ē altecz suspēsus: aer vo etheri terrecz cōtiguus. O mirabilē sapiētiā. Quid aliud de dñs istis sentiunt: quos omnes optimos uolunt: nisi eos ⁊ humana curare ne cultu uideantur indigni: ⁊ ppter elemtorum distātiam humana nesciū: ut credantur demones necessarij: ⁊ ob hoc etiam ipsi putentur colendi: per quos dñ possint ⁊ quid in rebus hūanis agatur addiscere: ⁊ ubi opōtet hominibus subuenire. Hoc si ita est: dñs istis bonis magis notus est demon p corpus uicinum: q̃ homo p animum bonum. O multū dolenda necessitas: an potius irridenda uel detestanda uanitas: ne sit uana diuinitas. Si.n. aio ab obstaculo corporis libero animuz nīm dñ videē possunt: non ad hoc dēonibus indigent nuntijs. Si autem aiorum indicia corporalia: qualia sūt uultus: locutio: mor': p corpus suū etherei dñ sentiunt: ⁊ inde colligunt q̃d ēt demones nuncient: possunt ⁊ mendacijs demonum decipi. Porro si deorū diuinitas a demonib' falli non potest: ab eadem diuinitate quod agimus ñ potest ignorari.

An demonibus nuntiis ⁊ interpretibus dij utantur:falliq; se ab eis aut ignorant aut velint.cap.xxi.

u Ellē aūt mihi isti dicēt:utrum dijs demones nuntiauerint de cribus ꝺoꝛ poetica platoni displicere figmenta:⁊ sibi ea placē celauerint an utrūq; occultauerit:deosq; esse maluerit totius rei hui⁹ ignaros:an utrūq; indicauerint:⁊ religiosam erga deos platonis prudentiam: ⁊ in deos iniuriosaꝫ libidinem suam: an sñiam q̄dē platonis qua noluit deos per impiaꝫ licentiam poetarum falsis criminibus infamari:ignotam dijs esse uoluerint: suam uero nequitiam qua luꝺos scenicos amant quibus illa deoꝛum dedecora celebrātur:prodē non erubuerint uel timuerint. Hoꝛum quatuoꝛ q̄ interrogāꝺo proposui quodlꝫ eligāt: ⁊ in quolibet eoꝛum quantum mali ꝺ dijs bonis opinētur attendant. Si.n. primum elegerint:confessuri sunt non licuisse dijs bonis habitare cuꝫ bono platone:qñ eoꝛū iniuriaꝫ prohibebat: ⁊ habitasse cūꝫ demonibus malis:qñ eoꝛum iniurijs exultabant:cuꝫ dij bono hominem bonūm longe a se positū non nisi per malos demones nossent: quos sibi uicinos nosse non possent. Si autē secundum elegerint: ⁊ utq;q; occultatum a demonibus dixerint:ut dij omnino nescirent ⁊ platonis religiosissimam legem:⁊ demonum sacrilegam delectationem:quid in rebus humanis per internuntios demones dij nosse utiliter possunt:quanꝺo illa nesciunt que in hoꝛoꝛem deoꝛum bonoꝛum per religionem bonoꝛum hoꝛum contra libidinē maloꝛ demonum decernuntur. Si uero tertium elegerint: ⁊ ñ solum sñiam platonis deoꝛ iniuriaꝫ prohibentem:sed etiam demonū nequitiam deoꝛum iniurijs exultātē: per eosdem demones nūtios dijs inotuisse responderint:⁊ hoc nuntiare est an insultare:Et dij utrūq; sic audiūt: sic utrūq; cognoscunt:ut non solum malignos demones deoꝛuꝫ dignitati ⁊ platōis religioni contraria cupiētes atq; facientes a suo accessu nō arceāt: sed etiam per illos malos propiquos platoni bono longinquo ꝺona transmittāt. Sic enim eos elementoꝛ quasi cathena series colligauit:ut illis a q̄ bus criminant coniungi possint:huic a quo defenduntur nō possint.utq;q; sciētes:sed aeris ⁊ terre pondera trāsmūtare ñ ualētes. Jam quod reliquū est si quaꝛtum elegerint:peius est ceteris. Quis enim ferat si poetarum de dijs immoꝛtalibus criminosa figmenta:⁊ theatroꝛum indigna ludibria:suāq; in his omnibus ardētissimam cupiditatem:⁊ suauissimam voluptateꝫ dijs demones nuntiauerūt:⁊ q̄ plato philosophica grauitate de optima republica hec omnia censuit remouēda tacuerunt:ut iaꝫ dij boni per tales nūtios nosse cogantur mala pessimoꝛū: nec aliena sed eoꝛūdem nuntioꝛū:atq; his cōtraria ñ sinātur nosse bōa philosophoꝛum: cum illa sint in iniuriā: ista ī hoꝛem ipsoꝛū deoꝛū.

De adijcienꝺo cultu demonum cōtra apuleium..cap.xxij.

q Uia igitur nihil istoꝛum quatuoꝛ eligēduꝫ est:ne in quolibet eoꝛum de dijs tam male sentiatur : restat ut nullo moꝺo credendum sit q̄ꝺ apuleius persuadere nititur. Et quicū q; alij philosophi sunt eiusdem sentētie:ita esse medios demones iter deos ⁊ homines:tanquam inter nuntios ⁊ iterp̄tes q̄ hic ferāt petiōes nr̄as:inde referāt res a nobis petitas : sed esse spiritus nocēdi cupidissimos:a iustitia penitus aliēos:sūperbia tumiꝺos : in uidētia liuiꝺos:fallacia calliꝺos : qui

i hoc quidez aere habitāt: quia de celi superiozis sublimitate deiecti: merito irregressibilis transgressionis in hoc sibi cōgruo uelut carcere predānati sunt. Nec tam quia supra terram ⁊ aquas aeri locus est: ideo ⁊ ipsi sūt meritis superiores hominibus qui eos non corpore sed electo in auxiliuz deo uero pia mente facillime superāt: sed multis plane participatione uere religiōis indignis tanquaz captis subditisq; dominantur: quozuz maxime parti mirabilibus ⁊ fallacibus signis siue factoruz siue predicatozuz: deos se esse persuaserūnt. Quibusdaz uero uitia eoruz attentius ⁊ diligētius intuentibus: non potuerunt persuadere q̄ dū sint: atq; ideo inter deos ⁊ homines: inter nūtios ac beneficiorum interpretatores se esse finxerunt. Si tamē ñ istū saltez honorez homines eis deferendū putarunt: qui illos nec deos esse credebāt quia malos uidebant. Deos autē omnis bonos uolebant: nec audiebant tamē omnino idignos dicere honore diuino: maxie ne offenderent populos a quibus eis cernebant inueterāta superstitione per tot sacra ⁊ templa seruiri.

Quid hermes trismegistus de ioolatria senserit: ⁊ unde scire potuerit superstitiones egyptias auferendas. capitulum. xxiij.

n Az diuersa de illis hermes egyptius: quez trismegistū uocant scripsit ⁊ sensit. Apuleius quidē deos illos negat: sed cuz dicit ita inter hoies deosq; quadaz medietate uersari: ut hominibus apud ipsos deos necessariū uideantur: cultum eozum a supernoz deozuz religiōe non separat. Ille autē egyptius alios dicit a sūmo deo factos: alios ab hominibus. Hoc qui audit sicut a me positū ē: putat dici de simulacris quia opera sunt manuuz hominuz. At ille visibilia ⁊ cōtrectabilia simulacra velut corpora deozum ēē asserit. inesse autem his quosdaz spiritus ī uitatos: qui ualeāt aliquid siue ad nocendum siue ad desideria eozum nōnulla complenda: a quibus eis diuini honores ⁊ cultus obsequia deferuntur. Hos ergo spiritus inuisibiles per artez quandam uisibilibus rebus corporalis materie copulare: ut sint quasi aiata corpora illis spiritibus dicata ⁊ subdita simulacra: hoc esse dicit deos facere: eāq; magnā ⁊ mirabilez deos faciēdi accepisse hominis potestatem. Huius egyptū uerba sicut in nostraz linguaz interpretata sunt ponamus. Et qm ō cognatione inquit ⁊ consortio hoium deozūq; nobis idicitur sermo: potestatem hominis o asclepi uiq; cognosce. Dominus inquit ⁊ pater: uel quod est sūmuz deus ut effector est deozuz celestiuz: ita homo factō est deozuz qui in templis sunt: humana proximitate cōtenti. Et paulo post. ita humanitas inquit semper memor nature ⁊ originis sue: in illa diuinitatis imitatiōe perseuerat: ūt sicuti pater ac dominus ut sui similes essent deos facit eternos: ita ut humanitas deos suos ex sui uultus similitudine figuraret. Hic cuz asclepius ad quez maxime loquebatur ei respōdisset atq; dixisset: statuas dicis o trismegiste. Tum uero ille statuas inquit o asclepi uides ne quatēus tu ipe diffidas: statuas animatas sēsu ⁊ spiritu plenas: tantaq; facientes ⁊ talia: statuas futūrozum prescias: ea que forte uates omnis ignozet in multis ⁊ uariis reb' predicētes: imbecillitates hominibus facientes easq; curantes: tristitiam letitiāq; pro meritis. An ignoras o asclepi q̄ egyptus imago sit celi: aut q̄ ē uerius translatio aūt descensio oium que gubernantur atq; exercentūr in celo: ac sic dicendum est uerius: terra nostra mundi totius est templum. Et

tamen quoniam prescire cuncta prudentes decet: illud uos ignorare fas non est. futurum enim tempus est: cuz appareat egyptios incassum pia mente diuinitati sedulam religionem seruasse: ⁊ omnis eorum sancta uenerationis in irritum casura frustrabitur. Deinde multis uerbis hermes hunc locū exequitur: in quo uidetur hoc tempus predicere: quo christiana religio q̃to est uerazior atqz sanctior: tanto uehementius ⁊ liberius cuncta fallacia figmenta subuertit: ut gratia uerissimi saluatoris liberet hominem ab his diis quos facit homo: ⁊ ei deo subdat a quo factus est homo. Sed cum hermes ista predicit: velut amicus eisdem ludificationibus demonum loquitur: nec christianum nomen euidēter exprimit: sed tanquam ea tollerentur atqz delerentur: quorum obseruatione celestis similitudo custodiretur in egypto: ita hec futura deplorās: luctuosa quodammodo predicatione testatur. Erat enim de his de quibus dicit apostolus: q̃ cognoscentes deum non sicut deū glorificauerunt aut gratias egerunt: sed euanuerunt in cogitationibus suis: ⁊ obscuratum est insipiens cor eorum. dicentes enim se esse sapientes stulti facti sunt: ⁊ immutauerunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis: ⁊ cetera que commemorare longum est. Multa quippe talia dicit de uno uero deo fabricatore mundi: qualia ueritas habet. Et nescio quomodo illa obscuratione cordis ad ista delabitur: ut dij quos confitetur ab hominibus fieri semper uelit homines subdi: ⁊ hec futuro tempore plangat auferri: quasi quicq̃ sit infelicius hoie cui sua figmenta dominantur: cum sit facilius fieri deos colendo quos fecit ne ipse sit homo: q̃ ut per eius cultuz dij esse possint quos fecit homo. Cū enim fit ut homo in honore positus pecoribus non intelligens comparet: q̃ ut operi dei ad eius imaginez facto id est ipsi homini opus hominis preferatur. Quapropter merito homo deficit ab illo qui eum fecit: cum sibi preficit ipse quod fecit. Hec uana deceptoria: perniciosa: sacrilega: hermes egyptius quia tempus quo auferētur uenturum sciebat dolebat: sed tam impudenter dolebat: q̃ imprudenter sciebat. Non enim hoc ei reuelauerat spiritus sanctus sicut prophetis sanctis: qui hec preuidentes cum exultatione dicebant. Si faciet homo deos: ⁊ ecce ipsi non sunt dij. Et in alio loco. Erit in illo die dicit dominus: extermiabo nomina simulacrorum a terra: ⁊ non erit eorum memoria. Proprie uero ò egypto quod ad hanc rem attinet: ita sanctus esaias prophetat. Et mouebū tur manufacta egypti a facie eius: ⁊ cō eorum nuntietur in eis: ⁊ cetera huius modi. Ex quo genere ⁊ illi erant qui uenturum quod sciebant uenisse gaudebant: qualis simeon: qualis anna: qui mox natū iesum: qualis elisabeth que etiam conceptum in spiritu agnouit: qualis petrus reuelante patre dicens: tu es christus filius dei uiui. Hui ic autem egyptio illi spiritus indicauerant futura tempora perditionis sue: qui etiam presenti in carne trementes domino dixerunt. Quid uenisti ante tempus perdere nos? Siue quia subitum illis fuit quod futurum quidem sed tardius opinabantur: siue quia perditionem suam hanc ipsam dicebāt: qua fiebat ut cogniti spernerentur. Et hoc erat ante tempus id est ante tempus iudicij: quo eterna damnatione puniendi sunt cum omnibus etiaz hominibus: qui eorum societate detinentur: sicut religio loquitur: que nec fallit nec fallitur: non sicuti iste quasi oiuento doctrine hinc atqz inde pflat:

⁊ falsis ūera permiscens uolet quasi parituram religionem : quem postea confitetur errorem. Post multa enim ad hoc ipsuz redit: ut itez dicat ō dūs quos homines fecerunt ita loquens: sed iam de talibus sint satis dicta talia. Iterum inquit ad hominem ratio nēqz redeamus : ex quo diuino dono homo aial dictum est rationale. Minus enim miranda ⁊si miranda sunt: que de homine dicta sunt. Omnium enim mirabilium uicit admirationez: q̄ homo diuinam potuit inuenire naturam: eāqz efficere.

Quomodo hermes patenter parētum suorum sit confessus errorez: quē tamen voluerit destruendū. capituluz xxiiij.

sufficientia confiteris. Uteris ēt hoc uerbo apertius: ubi platonis sentētiā sequens: nec ipse dubitas in hac uita hoiem nullo mō ad perfectionem sapientie peruenire: ꝗm intellectū tamē uinētib⁹ omne quod deest prouidētia dei ⁊ gr̄a post hanc uitam posse cōplerī. O si cognouisses dei gr̄am per iesū christum dominum nostr̄: ipsāq; eius incarnationē qua hominis animā corpusq; suscepit: summum esse exemplū gratie uidere potuisses. Sed quid faciam? Scio me frustra loqui mortuo: sed quantum ad te attinet. Quantuz aūt ad eos qui te magnipendunt: ⁊ te uel qualicūq; amōe sapiētie uel curiositate artiū: quas ñ debuisti discē diligūt: quos potius in tua cōpellatione alloquor: fortasse ñ frustra. Gr̄a dei ñ potuit gratius cōmdari: q̄ ut ipe unicus dei filius ī se icōmutabl'ē manēs induerēt hoiem ⁊ spē dilectionis sue daret hominibus homine medio: qua ad illū ab hominib⁹ ueniret: qui tam longe erat ĩmortalis a mortalibus: incommutabilis a commutabilib⁹: iust⁹ ab impijs: beatus a miseris. Et quia naturaliter indidit nobis ut beati immortalesq; esse cupiamus: manēs beatus suscipiensq; mortalem: ut nobis tribueret quod amamus ppetiēoo docuit contemnere quod timemus. Sed huic vitati ut possemus acq̄escere: humilitate opus erat: que ceruici nostre difficillime persuaderi potest. Quid eim incredibile dī prestim uobis qui talia sapitis: quib⁹ ad hoc credenduz uosipsos admonere debeatis? Quid inq̄ uobis incredibl'e dī: cū ōs dicitur assumpsisse hūanam aiam ⁊ corpus: uos certe tm̄ tbuitis aie intellectuali que anima utiq; humana est: ut eam cōsbstantialem paterne illi menti quē dei filium confitemini fieri posse dicatis? Quid ergo incredibl'e ē: si aliqua una intellectualis aia modo quodam ineffabili ⁊ singulari: p multoz salute suscepta ē? Corpus uero anime coherere ut homo tot⁹ ⁊ plen⁹ sit: nata nostra ipsa teste cognoscimus. quod nisi usitatissimum esset: hoc pfecto esset incredibilius. Facilius quippe in fidem recipiendū ē: ⁊ si hūanū diuino: ⁊ si mutabilem incommutabili tamen sp̄m spiritui: aut ut vbis utar: q̄ ī usu hētis incorporeū icōpōeo: q̄ corpus incorporeo coherere. An forte uos offendit inusitatus corporis partus ex v̄gie? Neq; hoc debet offendere. immo potius ad pietatem suscipiendam debet adducere: q̄ mirabilis mirabiliter natus est. An uero q̄ ipsum corpus morte depositum: ⁊ in melius resurrectione mutatum: iam incorruptibl'e atq; immōtale in supna sbuexit? Hoc fortasse credere recusatis: intuētes pōphyrium in his ip̄is libris ex q̄b⁹ mlta posui: quos de ĩgressu anime scripsit: tam crebro p̄cipe omne corpus eē fugiendum: ut anima possit beata permanere cum deo. Sz ipse potius ista sentiens corrigeno⁹ fuit: p̄ptim cū de anima mundi hui⁹ uisibil' ⁊ tā ĩgētis corporee molis: cū illo tā incredibilia sapiatis. Platōe q̄ppe auctore aial eē dicitis mundū: ⁊ aial beatissimū qō uultis esse etiā sempitnū. Quō ergo nec unq̄ soluetur a corpore: nec unq̄ carebit beatitudine: si ut aia beata sit corpus ē omne fugiendū? Solē quoq; istū ⁊ cetera sydera ñ solū ī libris uīis corpora esse fatemini: quod uobiscuz oms hoies ⁊ cōspicē nō cunctant ⁊ dicere. Uex etiam altiore ut putaris peritia hec esse aialia beatissima phibetis: ⁊ cū his corporib⁹ sēpitna. Quid ergo est qō cum uobis fides christiana suadet: tūc obliuiscimini aut ignorare uos fingitis: q̄d disputare aut docē soleatis quod dicimus? Quid cause ē cur ppt opiones uīas quas uosipi oppugnatis christiani eē nolitis:

nisi quia christus humilit uenit ⁊ uos supbi estis? Qualia sanctorꝫ corpora in resurrectione futura sint pōt aliqto scrupulosius int christianarꝫ scriptarꝫ doctissimos disputari: futura tn sempiterna minime dubitamus: ⁊ talia futura quale sua resurrectione christus demōstrauit exemplū. Sz qualiacūqz sint: cū incorruptibilia ꝓ suis ⁊ imōtalia i nulloqz aie contēplationē qua in deū figit ipediētia predicent: uosqz ēt dicatis esse in celestibus imortalia corpora imōtalr beatorꝫ. q̄d ē q̄ ut beatisimus omne corp' fugiendū eē opiamini: ut fidē christianā quasi rōnabliter fugē uideamini: nisi quia illud ē quod itez dico: christus est humil: uos supbi? An forte cōrigi pudet? Et hoc uitium n nisi supborꝫ ē. Pudet uidelicet doctos homines ex discipul platōis fieri discipulos christi: q̄ piscatorem suo spu docuit sapere ac dicē. In pricipio erat vbū: ⁊ uerbū erat apud deū: ⁊ ds erat vbū: hoc erat in principio apud deuz: omnia per ipsum facta sunt: ⁊ sine ipso factuz est nihil. Quod factum ē in ipso uita erat: ⁊ uita erat lux hoīum: ⁊ lux in tenebris lucet: ⁊ tenebre eam nō cōpbenderunt. Qd initium sancti euangelij cui nomen est secundum ioannem: q̄dam platonicus sicut a sācto sene simpliciano: qui postea mediolanensi eccle presedit eps: solebāus audire aureis litteris conscribendū: ⁊ per omnes ecclas in locis eminentissimis ꝓponendum esse dicebat. Sed iō uiluit superbis deus ille magister: qr vbuz caro factum est ⁊ habitauit in nobis: ut parū sit miseris q̄ egrotant: nisi se in ipsa ēt egritudine extollant: ⁊ d medicina qua sanari poterant erubescāt. Non enim hoc faciunt ut erigant: sed ut cadendo grauius affligantur.

Quanta platonici dogmatis porphyrius refutauerit: ⁊ dissentiendo cōrexerit. cap. xxx.

S Ip' platonē aliquid emēdare existiat indignū: cur ipe porphyri' nnulla ⁊ n parua emēdauit? Nā platonē aias hominum post mortem reuoluui usqz ad corpora bestiarꝫ scripsisse certissimū ē. Hanc sententiam porphyrij doctor tenuit ⁊ plotinus. Porphyrio tamen iure displicuit. In hominū sane n sua que dimiserant: sed alia noua corpora īdire hūanas aias arbitratus ē. Puduit. s. illud credere: ne mat fortasse filiū i mulā īuoluta uectaret: ⁊ n puduit hoc credē: ne reuoluta mater i puellā filio forsitā nuberet. Quāto credit honestius quod sancti ⁊ vates angeli docuerunt: quod prophete dei spu acti locuti sūt: quod ipse quez uenturum saluatorem premissi nuntij pdixerunt: qd missi apostoli q̄ orbem trarum euangelio replenerūt. Quāto inq̄ hōestius credit reuerti semel aias ad corpora propria: q̄ reuerti totiens ad diuersa. Ueruntam ut dixi ex magna pte correctus est in hac opinione porphyrius: ut saltē in solos homines hūanas aias pcipitari posse sentiret: beluinos aūt carceres cuertē minime dubitaret. Dicit ēt deum ad hoc aiam mundo dedisse: ut matie corporal cognoscens mala: ad piem recurrēt: nec aliquādo iam talium polluta cōtagione teneretur. Ubi ⁊ si aliquid icōueniēter sapit: magis. n. data ē cōpori ut bona faceret: nō. n. mala discēt si n facēt. In eo tamē alioꝫ platōicoꝫ opionē ⁊ n in re parua emendauit: q̄ mōdatā ab omnib' mal aiam ⁊ cū pie constitutam nunq̄ iam mala mūdi hūius passuram esse confessus est. Qua sntia pfecto abstulit quod esse platonicum maxie pbibet: ut mortuos ex uiuis: ita uiuos ex mortuis sēp fieri: falsunqz eē ostendit quod platonice uidet dixisse virgilius in campos elysios purgatas

aias missas. Quo nomine tanq̃ p fa-
blam uident significare gaudia beato
rũ ad fluuiũ lerheũ euocari: hoc ē ad
obliuionē ptitoz.s. immemores supa
ut conuexa reuisant rursus: ⁊ incipiãt
ĩ corpora uelle reuerti. Merito displi
cuit hoc porphyrio: qm̃ re uera credē
stultũ ē: ex illa uita q̃ beatissima eē nõ
poterit: nisi de sua eternitate fuerit cer
tissima: desiderare animas corporum
corruptibilium labē: ⁊ inde ad ista re-
meare: tanq̃ hoc agat summa purga
tio: ut inquinatio requirat. Si.n.q̃ p
fecte mundãt hoc efficit: ut oiuz obli-
uiscantur malorz: malorz aũt obliuio
facit corporz desideriũ: ubi rursus im-
plicẽt mal': pfecto erit ifelicitatis cã sũ
ma felicitas: ⁊ stultitie cã pfectio sapie:
⁊ immunditie cã sũma munditia. Nec
ueritate ibi beata erit aia q̃diucunq̃
erit ubi oportet fallat ut beata sit. Nõ
eiz beata erit nisi secura. Ut aũt secu-
ra sit: falso putabit sẽp se beatã fore:
qm̃ aliquando erit ⁊ misera. Cui ergo
gaudendi cã falsitas erit qñ de vitate
gaudebit: Vidit hoc porphyrius: pur
gatãq̃ aiaz ob hoc reuerti dixit ad pa
trem: ne aliquando iam malorum pol
luta contagione teneatur.

Contra argumẽtum platonicorz:
quo animam humanam asserant deo
esse coeternam. cap. xxxi.

f Also igitur a quibusdã platõi-
cis ē credit' quasi necessari' or-
bis ille: ab eisdẽ abeũdi: ⁊ ad eaõ ĩvtẽ-
di: qõ ēt si uerz cẽt: q̃d hoc scit pdesz:
nisi forte inde se nobis auderent pferẽ
platonici: qr id nos in hac uita iam ne
sciremus: qõ ipsi in alia meliore uita
purgatissimi ⁊ sapientissimi fuerant
nesciuri: ⁊ falsũ credẽdo beati futuri:
Qõ si absurdissimum ⁊ stultissimum
ē dicẽ: porphyrũ profecto est pferenda
ententia: his qui animarum circulo:
alternante semp bõitate ⁊ miseria sus
picati sunt. Qõ si ita ē: ecce platõicus
in meli' a platone dissentit. Ecce uidit
hic qõ ille non uidit: nec post talez ac
tm̃ magistrz refugit correctionẽ: sz hoi
preposuit ueritatez. Cur ergo ñ poti'
diuinitati credimus de his reb' quas
humano igenio peruestigare ñ possu-
mus: que aiam quoq̃ ipsam non deo
coeternam sed creatã dicit esse que ñ
erat? Ut.n. hoc platõici nollent credẽ:
hãc utiq̃ cãm iooneam sibi uidebant
afferre: quia nisi qõ semp ãtea fuissz:
sempiternum deinceps esse nõ posset:
Quãq̃ ⁊ de mundo ⁊ de his qũos in
mundo deos a deo factos scribit pla-
to apertissime dicat eos esse cepisse ⁊
hẑe initium: finem tamen non habitu
ros: sed per conditoris potentissimaz
uoluntatem in eternum permãsuros
esse phibeat. Ueruz id qũo intelligãt:
uiderint non esse hoc uidelicet tpis: sz
sbstitutionis initium. Sicut enim inq̃
unt si pes ex eternitate semper fuisset
in puluere: semp ei subesset uestigiuz.
qõ tñ uestigium a calcante factum ne-
mo dubitaret: nec altez altero prius
esset: q̃uis alterum ab altero factum
esset. Sic inquiunt ⁊ mundus atq̃ in
illo dñ creati: ⁊ semper fuerunt semp
existente qui fecit: ⁊ tñ facti sunt. Nun
quid ergo si anima semper fuit: etiam
miseria eius semp fuisse dicenda est?
Porro si aliquid in illa qõ ex etno nõ
fuit esse cepit ex tempore: cur non fieri
potuerit ut ipsa esset ex tempore: que
antea non fuisset. Deinde beatitudo
quoq̃ eius post experimentum malo-
rum firmiõ: ⁊ sine fine mansura: sicut
iste confitetur: pcoculdubio cepit ex
tempore: ⁊ tamen semper erit cũ ãtea
nõ fuerit. Illa igit omnis argumẽtatio
dissoluta est: qua putat nihil eē posse
sine fine tpis: nisi quod initium non
habet temporis. Inuenta est enim ani
me beatitudo: que cum initiũ tẽporis

habuerit:finem temporis non hēbit. Quapropter diuie auctoritati hūana cedat infirmitas:eisq; beatis ⁊ immō talib' de uera religione credamus: q̄ sibi honorē non expetūt quē deo suo qui etiam noster est deberi sciunt: nec iubent ut sacrificium faciamus:nisi ei tm̄modo cuius ⁊ nos cum illis ut sepe dixi ⁊ sepe dicendum est sacrificiū esse debemus:per eum sacerdotem offerē di:qui in homine quem suscepit secundum quem ⁊ sacerdos esse uoluit: ēt usq; ad mortem sacrificium pro nobis dignatus est fieri.

De uniuersali uia anime liberāde: quam porphyrius male querendo nō reperit.⁊ quam sola gratia christiana reserauit.cap.xxxij.

b Ec est religio q̄ uniuersalem continet uiaz aie liberande:qm̄ nulla nisi hac liberari pōt. Hec ē enim quodammodo regal' uia:que una ducit ad regnum non temporali uestigio nutabunduz:sed eternitatis firmitate securum. Cum aūt dicit porphyrius in primo iuxta finē de regressu aie libro: mundum receptum in unam quandā sectam que uniuersalem uiam anime contineat liberande:uel a phia uerissima aliqua:uel ab indorum moribus ac disciplina:aut inductione chaldeorum:aut alia qualibet uia:nondūq; i suam noticiam eādē uiā historiali cognitione perlatam:proculdubio confitetur esse aliquam: sed nōdū in suam uenisse noticiā.Ita ei nō sufficiebat q̄c quid de aia liberanda studiosissime dicerat:sibiq; uel potius alijs nosse ac tenere uidebatur.Sentiebat.n.adhuc sibi deesse aliquam prestantissimam auctem:quam de re tāta seq̄ oportēt. Cum aūt dicit uel a philosophia vissima aliqua:nōdū in suam noticiā peruenisse sectam:que uniuersalem contineat uiam anime liberande:satis q̄tū arbitror ostendit: uel eam phiam in qua ipe philosophatus est nō ē ueris simam:ul' ea non contineri talem uiā. Et q̄o iam potest esse uerissima:qua nō continetur hec uia? Nam que alia uia est uniuersalis aie liberande: nisi qua uniuerse anime liberantur:ac per hoc sine illa nulla liberatur? Cū autē addit ⁊ dicit:uel ab indorum moribus ⁊ disciplina:uel ab inductione chaldeorum:uel alia qualibet uia:manifestissima uoce testatur neq; illis q̄ ab idis: neq; illis que a chaldeis didicerat hāc uniuersalem uiaz liberande anime cōtineri:⁊ utiq; se a chaldeis oracula diuina sumpsisse:quorum assiduam cōmemorationem facit: tacere non potuit. Quam uult ergo intelligi anime liberande uniuersalem uiam nonduz receptā:uel ex aliqua uerissima phia: uel ex earum gentium doctrinis q̄ magne uelut in diuinis rebus habebant: quia plus apud eas curiositas ualuit: quorunq; angelorum cognoscendorum: ⁊ colendorum:nondunq; in suam noticiam historiali cognitione perlataz? Quenam ista est uniuersalis uia: nisi que non sue cuiq; genti propria: sed uniuersis gentibus que communis esset diuinitus impertita est:quam certe iste homo non mediocri ingenio preditus esse non dubitat? Prouidentiaz q̄ppe diuinā sine ista univsali uia liberande anime:genus hūanū relinquē nō credit. Neq; enim ait non esse:sed hoc tantum bonuz tm̄q; adiutorium nondum receptum:nondum in suam noticiam esse perlatum: nec mirum. Tunc enim porphyrius erat in rebus humanis:qn̄ ista liberande anime uniuersalis uia: q̄ non est alia q̄ religio christiana oppugnari permittebatur ab idolorum demonunq; cultoribus: regibusq; terrenis propter asserendū ⁊ consecrandum martyr̄ numerum

hoc est testiuz ueritatis:per quos ostē
dētur omnia corporalia mala pro fide
pietatis ⁊ cōmēdatione vitatis eē tole
randa.Videbat ergo ista porphyriuſ:
⁊ p huiuſcemodi pſecutiones cito istā
uiam perituram:⁊ ꝓpterea nō eē ipaz
liberande aie uniuerſalem putabat ñ
intelligens hoc qō euz mouebat:⁊ qō
in eius electione perpeti metuebat:ad
eius confirmationem robuſtioreq; cō
mdationem potius pertinere. Hec est
igit aie liberande uniuerſalis uia:id ē
uniuerſis gentibus diuina miſeratiōe
pceſſa:cuius profecto noticia ad quoſ
cunq; tam uenit:⁊ ad quoſcunq; uen-
tura est:nec debuit nec debebit ei dici
quare modo:⁊ quare ſero:qm mitten
tis conſilium non est humano ingēio
penetrabile. Quod ſēſit etiā cū dixit.
Nondum receptum hoc donum dei:
⁊ nondum in ſuam noticiam fuiſſe p-
latum. Neq; enim propterea uerum ñ
eſſe iudicauit : quia nondum in ſuam
fidem receptum fuerat:uel in noticiaz
nondum peruenerat. Hec est inquam
liberandorum credentium uniuerſalis
uia:de qua fidelis abraā diuinuz acce
pit oraculum. In ſemine tuo bñdicēt
omēs gentes. Qui fuit quidem gente
chaldeuſ:ſed ut talia promiſſa pcipet:
q; ex illo propagaretur ſemen diſpoſi-
tum per angelum in manu mediato-
ris:in quo eſſet iſta liberande aie uni-
uerſalis uia:hoc est omnibus gentib⁹
data:iuſſus est diſcedere de terra ſua:
⁊ de cognatione ſua:⁊ de domo patꝭ
ſui. Tunc ipſe primitus a chaldeorum
ſupſtitionibus liberatus unum ueruz
deum ſequendo coluit:cui hoc etiā p-
mittenti fideliter credidit. Hec est uni-
uerſalis uia : de qua in ſancta pro-
phetia dictum est . Deus miſereatur
noſtri ⁊ benedicat nobis: illuminet uul
tum ſuum ſuper nos ⁊ miſeat nri : ut
cognoſcamus in terra uiā tuā : i oib⁹
gentibus ſalutare tuum : unde tanto
poſt ex abrae ſemine carne ſuſcepta de
ſeipſo ait ipſe ſaluator. ego ſum uia ⁊
ueritas ⁊ uita. Hec est uniuerſalis uia
de qua tanto āte prophetatū est. Erit
in nouiſſimis diebus manifeſtus mōſ
domus domini paratus in cacumine
montium:⁊ extolletur ſuper colles: ⁊
ueniēt ad eū omēs gentes: ⁊ ingrediēt
nationes multe ⁊ dicent. Venite aſcen
damus in montē domini ⁊ in domuz
dei iacob:⁊ annuntiabit nobis uiā ſu
am:⁊ ingrediemur in ea. Ex ſion eniz
pdiet lex:⁊ uerbū dñi ab hieruſalem.
Via ergo iſta ñ est unius gentis ſz uni
vſarum gentium. Et lex uerbūq; dñi
non in ſion ⁊ hieruſalem remanſit: ſz
inde proceſſit:ut ſe per uniuerſa diffū
deret. Unde ipſe mediator poſt reſur-
rectionem ſuam d ſcipul trepidantib⁹
ait. Oportebat impleri que ſcripta ſūt
in lege moyſi ⁊ prophetis ⁊ pſalmis
de me. Tunc aperuit illis ſenſum : ut
intelligerent ſcripturas:⁊ dixit eis. qr
oportebat chriſtum pati ⁊ reſurgere a
mortuis tertia die:⁊ predicari in noīe
eius penitentiam ⁊ remiſſionez pecca
torꝫ per omnes gentes: incipientibus
ab hieruſalem. Hec est igitur univſal
anime liberande uia:quam ſancti an-
geli ſanctiq; prophete prius in pauciſ
hominibus ubi potuerunt dei gratiaz
reperientibus:⁊ maxime in hebrea gē
te:cuius erat ipſa quodammō ſacrata
reſpublica:in prophetationem ⁊ pre-
nuntiationez ciuitatis dei ex omnib⁹
gentibus congregande:⁊ tabernaculo
⁊ templo ⁊ ſacerdotio ⁊ ſacrificiis ſi-
gnificauerunt : ⁊ eloquiis quibuſdaz
mānifeſtis pleriſq; myſticis predixerꝫt.
Preſens autem in carne ipſe mediatō
⁊ beati eius apoſtoli iā teſtamenti nō
gram reuelantes apertius indicarunt
que aliquanto occultius ſuprioribus ſūt
ſignificata temporibus:pro etatuz ge
neris humani diſtributione:ſicut eam
do ſapienti placuit ōdinare: mirabliū

operum diuinorum:quorq; supi' pauca iam posui contestantibus signis. Nō enim tm̃mō apparuerunt uisiones angelice ⁊ celestium ministrorum sola v̇ba sonuerunt:uerum etiam hoīb' dei uerbo simplicis pietatis agētibus: spiritus imundi de hominū corporibus ac sensibus pulsi sunt:uitia corpōis lāguoresq; sanati: fera aīalia trax ⁊ aquax:uolatilia celi:ligna:elemēta:sydera:diuina iussa fecerunt:inferna cesserunt:mortui reuixerunt:exceptis ipsius saluatoris ꝓpriis singularibusq; miraculis:maxime natiuitatis ⁊ resurrectionis:quorum in uno materne uirginitatis tantummodo sacramentum: i altero autē ēt eorq; qui i fine resurrecturi sunt demonstrauit exemplū. Hec uia totum hominem mundat:⁊ imortalitati mortalem ex omnibus quibus constat ptibus preparat. Ut enim nō alia purgatio ei parti quereret quam uocat intellectualē porphyrius:alia ei quam uocat spiritualem aliaq; ipi cōpōi:ꝓpterea totū suscepit ueracissim' potentissimusq; mundator atq; saluator. Pret̃ hanc uiam q̃ partim cū hec futura prenuntiantur:partim cū facta nuntiantur:nunq̃ generi defuit hūano:nemo liberatus est:nemo liberat:nemo liberabitur. Quod aūt porphyrius uniuersalē uiam aīe liberande ñdum in suā notitiam historiali cognitione dicit esse perlatam:quid hac historia uel illustrius iueniri potest: que uniuersum orbem tanto apice auctis obtinuit:uel fidelius:in qua ita narrātur preterita:ut futura etiam predicātur:quorūm multa uidemus impleta: ex quibus ea que restant sine dubio speramus implenda. Non enim potest porphyrius uel quicunq; platonici:ēt in hac uia quasi terrenarum rerum ⁊ ad istam uitam mortalem ptinentium: diuinationem predictionēq; contēnē: quod merito in alīs uaticinationibus ⁊ quorūlibet modorum uel artium diuinationibus faciunt. Negant enim hec uel magnorum fuisse hominum: uel magni esse pendenda:⁊ recte. Nam inferiorum fiunt presentione causax: sicut arte medicine quibusdam antecedentibus signis plurima uenture ualitudini preuidentur:uel immundi dēones sua disposita uel facta prenūtiāt: ⁊ in quorūuis mentibus atq; cupiditatibus iniquorum congrua factis dicta uel dictis facta compensant: ut sibi ius quodammodo uendicent in materia infirma fragilitatis humane. Nō talia sancti homines in ista uniuersali animarum liberandarūm uia gradiētes:tanquam magna prophetare curarunt:quāuis ⁊ ista eos non fugerit: ⁊ ab eis sepe predicta sint:ad eorum fidem faciendam que mortaliū sensib' non poterant intimari: nec ad experimtum celeri facilitate perduci. Sed alia erant uere magna atq; diuina:q̃ ꝗtum dabatur cognita dei voluntate futura nuntiabant. Christus quippe in carne uenturus:⁊ que in illo tam clara pfecta sunt atq; in eius noīe impleta:penitentia hominum ⁊ ad deum conuſio voluntatum:remissio peccatorum: gīa iustitie:fides piorum:⁊ per uniuersum orbem in ueram diuinitatem mltitudo credentium:culture simulacrorum demonunq; subuersio:⁊ a tentationibus exercitatio.proficientium purgatio: ⁊ liberatio ab omni malo: iudicij dies: resurrectio mortuorum : angelorum societas : impiorum eterna damnatio : regnunque eternum gloriosissime ciuitatis dei conspectū eius immōtaliter perfruentis:in huius uie scripturis predicta atq; promissa sunt.quorum tam multa impleta conspicimus: ut recta pietate futura esse cetera confidamus. Huius uie rectitudinem usq; ad deum uidendum : eiq; in eternum coherendum:in sanctuario scriptarū

esse locatã: qua predicat atq; asserit ueritate: quicunq; nõ credũt ⁊ ob hoc nec intelligunt: oppugnare possũt: sed expugnare non possunt. Quapropter in decem libris istis ⁊si minus q̃ non nullorũ de nobis expectabat intentio: tamen quorundam studio quantum uerus ds ⁊ dñs adiuuare dignatus ē satisfecius: refutando contradictiões impiorum: qui conditori sancte ciuitatis de qua disputare instituimus ds suos preferunt. Quorum decẽ librorũ quinq; superiores aduersus eos conscripti sunt: qui propter bona uite huius deos colendos putant. Quinq; autem posteriores aduersus eos qui cultũ deorũ propter uitam que p̃ mortem futura est seruandum existimant Deinceps itaq; ut in primo libro polliciti sumus: de duarum ciuitatũ quas in hoc seculo perplexas diximus inuicẽq; pmixtas: exõtu ⁊ pcursu ⁊ ds̃itis finib̃: qd̃ dicendum arbitror quantũ diuinitus adiuuabor expediam.

Aurelij augustini de ciuitate dei liber ũdecimus.

De ea parte operis qua duarum ciuitatum: id est celestis ac terrene initia ⁊ fines incipiunt demonstrari. cap. i.

c CIUITATEM dei dicimus cuius ea scriptura testis est: que nõ fortuitis motib̃ animorum: sed plãe summe dispositione prouidentie super omẽs omniũ gentiũ liãs: omnia sibi genera ingeniorum humanorũ diuina excellens auctoritate sb̃iecit. Ibi quippe scriptum est. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. Et i alio psalmo legimus. Magnus dominus ⁊ laudabilis nimis: i ciuitate dei nr̃i in monte sancto eius dilatãs exultatões uniuerse terre. Et paulopost in eodem psalmo. Sicut audiuimus ita ⁊ uidimus in ciuitate domini uirtutum: in ciuitate dei nostri: deus fundauit eam in eternum. Item in alio. Flumis impetus letificat ciuitatem dei: sanctificauit tabernaculum suum altissimus: deus in medio eius non commouebit̃. His atq; huiusmodi testimonijs q̃ omnia commemorare nimis longum ē: didicimus esse quandam ciuitatem dei: cuius ciues esse concupiscimus: illo amore quem nobis illius conditor inspirauit. Huic conditori sancte ciuitatis ciues terrene ciuitatis deos suos preferunt ignorantes eum deum esse deorum: non deorum falsorum hoc est impiorum ⁊ superborũ: qui eius incõmutabili omnibusq; communi luce p̃uati: ⁊ ob hoc ad quandam egenã potestatem redacti: suas quodãmõ priuatas potentias consectantur: honõesq; diuinos a deceptis sb̃ditis querunt: s̃ deorũ piorum atq; sanctorum: q̃ potius seipsos uni subdere q̃ multos sibi potiusq; deũ colere q̃ pro deo delectãtur coli. Sed huius sãcte ciuitatis inimicis: decem superioribus libris q̃tũ potuimus dño ⁊ rege nostro adiuuante respondimus. Nunc uero q̃d a me iam expectetur agnoscens: meiq; non immemor debiti: de duarum ciuitatũ terrene scilicet ⁊ celestis: quas in hoc interim seculo perplexas quodãmodo diximus inuicẽq; permixtas: exortu ⁊ excursu ⁊ debitis finibus quantum ualuero disputare: eius ipsiusq; domini ⁊ regis nostri ubiq; opitulatione fret̃ aggrediar. Primũq; dicam quemadmodum exordia duarum istarum ciuitatum in angelorum diuersitate precesserunt.

De cognoscendo deo: ad cuius noticiā nemo hoīuz puenit: nisi p mediatorē dei ⁊ hoiez iesū christū. cap. ij.

m Agnū est ⁊ admodū rarū universam creaturam corpoream ⁊ in corpoream consideratam cōptāq; mutabilē intentione mētis excedere: atq; ad incommutabilem dei substantiam peruenire: ⁊ illic discere ex ipso: q̄ cūctam naturam q̄ ñ ē qd ipse: nō fecit nisi ipse. Sic enim deus cum homine ñ p aliquam creaturam loquitur cōporalez corporalibus instrepens aurib' ut inter sonantem ⁊ audientem aerea spacia uerberentur: neq; p eiusmodi spiritualē que corpoz similitudibus figuratur: sicut in somnis uel quo alio tali modo. Nam ⁊ sic uelut corporis auribus loquit': quia uelut p corpus loquit': ⁊ uelut interposito corporaliū locorum interuallo. Multū. n. similia sunt talia uisa corporalibus. Sz loqt' ipsa ueritate: siquis sit idoneus ad audiendum mīte non corpore. Ad illud enim hois ita loquitur: quod i homīe ceteris quibus homo constat ē meli': ⁊ quo ipse deus solus est melior. Cum enim homo rectissime intelligatur: ul' si hoc non potest: saltez credat' factus ad imaginem dei: profecto ea sui pte ē propinquior superiori deo: qua supat inferiores partes suas: quas etiam cum pecoribus communes habet. Sz q̄ ipsa mēs cui ratio ⁊ intelligētia naturaliter inest: uitiis quibusdā tenebrosis ⁊ ueteribus inualida est: nō solum ad inherendū fruendo: uerum etiam ad pfruendum merendo incōmutabile lumen: donec de die in diem renouata atq; sanata fiat tāte felicitatis capax: fide primum fuerat imbuenda atque purganda. In qua ut fidentius ābularet ad ueritatem: ipa ueritas ōs dei filius: homine assunpto nō deo psūpto eandem constituit atq; fundauit fidez ut ad deum hominem it' esset hoī per hominem deum. Hic est eiz mediator dei ⁊ hominū hō christus iesus. Christus p id qd est mediator: est homo ⁊ uia perueniendi ad deū. Per hoc eim mediator per quod ⁊ homo: per hoc ⁊ uia. Quia si inter eum qui tendit ⁊ illud quo tendit uia media est: spes ē perueniendi. si aūt desit aut ignoretur qua eūdū sit: quid prodest nosse quo eundū sit? Sola ē autē aduersus oīs errores uia munitissima: ut idem ipse sit deus ⁊ homo: quo itur deus: qua it' hō. Hic prius per prophetas: deide per seipsum: postea per aplos: quātuz satis esse iudicauit locutus: etiā scripturā condidit: q̄ canonica nominatur eminentissime auctoritatis: cui fidem habemus de his rebus quas ignoraī nō expedit: nec per nosipsos nosse idonei sumus. Nam si ipsa sciri possunt testibus nobis: que remota non sunt a sensibus nīis: siue iteriorib' siue exterioribus: unde ⁊ presentia nūcupāt': q̄ ita ea dicimus esse pre sensib': sicut pre oculis que presto sunt oculis: profecto ea que remota sunt a sensib' nostris: quoniam nostro testimonio scire non possumus: de his alios testes req̄rimus: eisq; credimus: a quoz sēsib' remota esse uel fuisse non credimus. Sicut ergo de uisibilibus que non uidimus eis credimus qui uiderūt: atq; ita de ceteris que ad suum quenq; sensum corporis pertinent: ita de his que animo ac mēte sentiuntur: quia ⁊ ipse rectissime dicitur sensus: unde ⁊ sentētia uocabulum accepit: hoc est de inuisibilibus que a nostro sensu interiore remota sunt: his non oportet credere: qui hec in illo incorporeo lumine disposita didicerunt: uel manentia contuentur.

De auct'e canōice script'e diuio spiritu condite. cap. iij.

De auctōitate cāonice ſcripture di uino ſpiritu condite.cap.iij.

u Iſibilium omnium maximus ē mundus:inuiſibilium omnium maximus deus eſt.Sed mundū eē cō ſpicimus:deum eſſe credimus.Quod aūt deus fecerit mundum nulli poſſ' credimuſ q̄ ipſi deo.Ubi eū audiuiuſ: nuſq̄ interi meli' q̄ i ſcripturis ſāctis ubi dixit propheta ei'.In principio fe cit deus celum ⁊ terram.Nunq̄d naz ibi fuit iſte propheta:quando fecit ōs celum ⁊ terram? Non:ſed ibi fuit dei ſapientia per quam facta ſunt oia.: q̄ in animas ēt ſanctas ſe tranſfert: ⁊ a' micos dei ⁊ prophetas cōſtituit: eiſq̄ opera ſua ſine ſtrepitu intus enarrat. Loquunt' eis quoq̄ angeli dei:q̄ ſēp uident faciem patris: uoluntatēq̄ ei' quibus oportet annuntiant.Ex his u nus erat iſte propheta q̄ dixit ⁊ ſcrip' ſit.In principio fecit deus celū ⁊ trā. Qui tam idoneus teſtis eſt:per quem deo credendum ſit: ut eodem ſpu dei quo hec ſibi reuelata cognouit:etiam ipſam fidem noſtram futuram tanto ante predixerit.

De conditione mundi:que nec itē' poralis ſit:nec nouo dei ordinata con ſilio:quaſi poſtea uoluerit quod ātea noluerit.cap.iiij.

ſ Ed quid placuit etno deo tunc facere celū ⁊ terram:q̄ antea nō feciſſet? Qui hoc dicūt ſi mūdū fuiſſe eternū ſine ullo initio: ⁊ iō nec a deo factuz uideri volunt:nimis auerſi' ſūt a ueritate:⁊ letali morbo impietatis i' ſaniunt.Exceptis enim propeticis uo cibus:munduſ ipſe ordinatiſſima ſua mutabilitate ⁊ mobilitate ⁊ uiſibiliū omnium pulcherrima ſpecie:quodā' modo tacitus ⁊ factum ſe eſſe:⁊ ñ niſi a deo ineffabiliter atq̄ inuiſibilit' ma' gno ⁊ ineffabliter ac inuiſibiliter pul' chro fieri ſe potuiſſe proclamat. Qui aūt a deo quidē factum fatent': ñ tam̄ eum temporis uolunt hē:ſed ſue crea tionis initium:ut mō quodā velut uix intelligibili ſemper ſit factus.dīt q̄dē aliquid unde ſibi deuz uidentur uelut a fortuita temeritate defendere: ne ſu' bito illi ueniſſe credatur in mentē qō nunquam ante ueniſſet facē munduz: ⁊ accidiſſe illi uoluntatem nouam cuz in nullo ſit omnino mutabilis.Sed ñ uideo quomodo eis poſſit in ceteris rebus ratio iſta ſōſiſtere maximeq̄ i anima quam ſi deo coeternā eſſe cōtē derit:unde illi acciderit noua miſeria que nunq̄ antea per eternū:nullo mō poterunt explicare. Si enim alternaſſe ſemper eius miſeriam ⁊ beatitudinez dixerint:neceſſe eſt dicant etiam ſēper alternaturam.unde illa eos ſequetur abſurbitas:ut etiam cum beata dī: in hoc utiq̄ non ſit beata:ſi futuram ſu am miſeriam ⁊ turpitudinē preuidet. Si aūt nō preuidet:nec ſe turpem ac miſeram fore:ſed beatam ſemper exi' ſtimat:falſa opiniōe ſit beata:quo di' ci ſtultius nihil poteſt. Si autem ſēp quidem per ſecula retro infinita cum beatitudine alternaſſe anime miſeriā putant:ſed nunc iam de cetero cū fue' rit liberata ad miſeriam non eſſe redi turam:nihilominus conuincunt' nūq̄ eam fuiſſe uere beatam : ſed deincepe incipere eſſe noua quadam nec fallaci beatitudine.Et per hoc fatebuntur il li accidē aliquid noui ⁊ hoc magnum atq̄ preclaruz: quod nūquā retro p eternitatem accidiſſet. Cuius nouita' tis cauſam ſi deum negabuut i etno habuiſſe conſilio:ſimul eū negabunt etiā beatitudis eius auctorem : quod nefande impietatis eſt. Si aūt dicent etiam ipſum nouo cōſilio excogitaſſe: ut de cetero ſit anima in etnū beata: quomodo eum alienum ab ea que ill

quoq; displicet mutabilitate monstrabunt: Porro si ex tempore creatam ſz nullo ulterius tpe piturā: tanq; ueruz habere initium: ſed non habere finem fatentur: ⁊ ideo ſemel expertam miſeriam: ſi ab ea fuerit liberata nunquaz miſeram poſtea futuram: non utique dubitabunt hoc fieri manente incommutabilitate conſilij dei. Sic ergo credant ⁊ mundum ex tempore fieri potuiſſe: nec tñ ió deū i eo faciēdo etnuz conſilium uoluntatēq; mutaſſe.

Tam ñ eſſe cogitādū de infinitis tpum ſpatijs añ mūdū: q̄ nec de infinitis locorum. cap. v.

d Einde uidendū ē iſtis qui deuz conditorē mūdi eſſe conſentiūt: ⁊ tñ querūt de mūdi tpe q̄d reſpōdeam⁹: quid ipſi reſpondeāt de mūdi loco. Ita. n. q̄rit: cur poti⁹ tūc ⁊ nō añ factus ſit: quēadmodū q̄ri pōt cur hic potius ubi ē ⁊ ñ alibi. Nā ſi infinita ſpacia tpis añ mūdū cogitāt: i q̄b⁹ eis ñ uidet ds ab opere ceſſare potuiſſe: ſi militer cogitent extra mundū infinita ſpacia locorum: in quibus ſi quiſq; dicat non potuiſſe uacare omnipotētez: nonne conſequens erit ut inumerabiles mūdos cū epicuro ſōniare cogat? Ea tñ differentia q̄ eos ille fortuitis motibus atomorz gigni aſſerit ⁊ reſoluī. iſti aūt opere dei factos dicturi ſūt: ſi eum per interminabilē imēſitatē locorz extra mundū circūquaq; patentium uacare noluerint: nec eoſdē mundos quod etiam de iſto ſentiunt ulla cauſa poſſe diſſoluī. Cum his eim agimus: qui etiam deum incorporeum ⁊ omniuz naturarum q̄e non ſunt qd ipſe creatorez nobiſcum ſentiunt. Alios aūt nimis indignum eſt ad iſtam diſputationem religionis admittere: maxie q̄ apud eos qui multis dijs ſacrorz obſequium deferendum putant iſti philoſophi ceteros nobilitate atq; auctē uicerunt: nō ob aliud niſi quia longo quidem interuallo: uerūtamen reliquis propinquiores ſunt ueritati. An forte ſubſtantiam dei quam nec i cludunt nec determinant nec diſtēdūt loco: ſz de ea ſicut ō deo ſentire dignū eſt fatētur: incorporea preſentia ubiq; totam: a tantis locorum extra mundū ſpacijs abſentē eſſe dicturi ſunt: ⁊ uno tantum atq; in comparatione illius infinitatis tam exiguo loco in quo mūdus eſt occupatam? Non opinor eos in hec uaniloquia progreſſuros. Luz igitur unum mundū ingenti quidem mole corporea finitum tamen: ⁊ loco ſuo determinatum: ⁊ operante ō fac tum eſſe dicant: quid reſpondeant de infinitis extra mundum locis: cur i eis ab ope deuſ ceſſet. hoc ſibi reſpōdeāt: de infinitis añ mundū temporib⁹: cur in eis de⁹ ab opere ceſſauerit. Et ſicut non eſt conſequens: ut fortuitu potiuſ q̄ rōe diuina deus non alio ſed iſto in quo eſt loco mundum conſtituerit: cū ſpacijs locorum infinitis ubiq; patentibus: nullo excellentiore merito poſſz hic eligi potius q̄ alibi: q̄uis eandem diuinam rationem qua id factum eſt nulla poſſit humana comprehēdere: ita non eſt conſequens ut deo aliquid exiſtiemus accidiſſe fortuitum: q̄ illo poti⁹ q̄ añriore tpe cōdidit mundum: cum equaliter anteriora tempora per infinitum retro ſpacium preteriſſent: nec fuiſſet aliqua differentia unde tps tempori eligendo preponeretur. Qd ſi dicunt inanes eſſe hominum cogitationes quibus infinita imaginantur loca: cum locus nullus ſit preter mundum: reſpondetur eis iſto modo inaniter homines cogitare preterita tempora uacationis dei: cum tempus nullum ſit ante mundum.

Creationis mundi temporum unũ esse principiũ: nec aliud alio preueniri. cap. vi.

S Si enim recte discernũt eternitas ⁊ tempus: quod tempus sine aliqua mobili mutabilitate non est: i eternitate aũt nulla mutatio est: quis non uideat ꝙ tẽpora non fuissent nisi creatura fieret: que aliquid aliqua motiõe mutaret: cuius motionis ⁊ mutatiõis cũ aliud atq; aliud que simul esse non possunt cedit atq; succedit i breuiõib' uel productionibus morarum intuall' tempus sequeretur? Cum igitur deus in cuius eternitate nulla est omnino mutatio creator sit tempor ⁊ ōd atō: quomõ dicatur post tempor spacia mundum creasse non uideo: nisi dicat' ante mundum iam aliquam fuisse creaturam: cuius motibus tempora currerent. Porro si littere sacre maxieq; ueraces ita dñt: in principio fecisse deum celum ⁊ terram: ut nihil aña fecisse intelligatur: quia hoc potius in pncipio fecisse non diceret: siqd fecissz añ cetera cuncta que fecit: proculdubio ñ est mundus factus in tempore: sed cũ tempõe. Quod enim fit in tempore: ⁊ post aliquod fit: ⁊ ante aliquod tẽp': post id qũod preteritum est ante id qõ futurum est. Nullum aũt añ mundũ posset esse preteritum: quia nulla creatura cuius mutabilibus motib' agẽt. Cum tpe aũt factus est mundus: si in eius cõditione factus ē mutabilis motus: sicut uidetur se habere ēt ōoo ille primor sex uel septem diez: in quib' mãe ⁊ uespera nominant': donec oia que his diebus deus fecit sexto perficiãtur die: septimoq; in magno mysterio dei uacatio commendetur. Qui dies cuiusmodi sunt: aut perdifficile nobis aut impossibile est cogitare: quãto magis dicere? Uidemus quippe istos notos dies non habere uesperam nisi de solis occasu: nec mane nisi de solis exortu.

De qualitate primorum dierum q: antequam sol fieret uesperam ⁊ mane traduntur habuisse. cap. vij.

i Lux aũt pores tres dies sine sole pacti sũt: qui quarto die facti referi'. Et primitus quidem lux uerbo dei facta: atq; int' ipsam ⁊ tenebras ōs separasse narratur: ⁊ eandem lucẽ uocasse diem: tenebras autem noctem. Sed qualis illa sit lux: ⁊ quo altñãte motu: qualẽq; uesperam ⁊ mane fecerit: remotum est a sensibus nostris: nec ita ut est itelligi a nobis potest. qõ tñ sine ulla hesitatione credendũ ē. Aut enim aliqua lux corporea est: siue i superioribus mundi partibus longe a cõspectibus nostris: siue ũde sol postmodum accensus est: aut lucis nomine significata est sancta ciuitas in sanctis angelis ⁊ spiritibus beatis: de qũa dicit apostolus. Que sursum ē hierusalem mater nza eterna in celis. Ait ꝓpe ⁊ alio loco. Omns enim uos filij lucis estis ⁊ filij dei: non sumus noctis neq; tenebrarum. Fit tamen ⁊ uespa diei huius ⁊ mane aliquatenus: qm scia creature in comparatione sciẽtie creatoris quodammodo uespascit: itẽq; lucescit ⁊ manefit: cum ⁊ ipsa refertur ad laudẽ dilectiõẽq; creatoris: nec in noctem uergitur ubi non creator a creature dilectione relinquitur. Deiq; scriptura cum illos dies dinumeraret ex ordine: nusquam interposuit uocabulum noctis. Non enim ait alicubi facta est nox: sed facta est uespera ⁊ factum est mane dies unus: ita dies secũdus ⁊ ceteri. Cognitio quippe creature in seipsa decoloratior est ut ita dicam: qua cum in dei sapientia cognoscitur: uelut in arte qua facta est: ita uespera cõgruentius q̃ nox dici pōt.

que tantum ut dixi cum ad laudãdus ⁊ amandũ refertur creatorem: ĩcurrit in mane. Et hoc cũ fit in cognitiõem suiipsius dies unus est. Cũ i cognitionem firmamenti quod inter aquas inferiores ⁊ superiores celũm appellatũ est: dies secundus. Cum in cognitiões terre ac maris omniumq; gignentium que radicibus continuata sunt terre: dies tertius. Cũ in cognitionem luminariũ maioris ⁊ minoris omniũq; syderum: dies quartus. Cum in cognitionem omnium que ex aquis aĩalium natatiliuz atq; uolatilium: dies q̃nt⁹. Cum in cognitionem omnium aĩaliũ terrenorꝝ atq; ipi⁹ hoīs: dies sextus.

Que qualisue itelligenda sit ōi requies qua post opera sex dierum redeuit in septimo. cap. viij.

c Um vo in die septimo redescit ōs ab oibus operib⁹ suis ⁊ sãctificat eũ: neq; ãq; est accipiendũ puerilitER: tanquam deus laborauerit opanoo qui dixit ⁊ facta sunt vbo itelligibili ⁊ sempiterno: non sonabili ⁊ tẽporali. Sed requies dei requiem significat eorum qui requiescunt in deo: sic leticia oomus leticiã significat eorꝝ q̃ letantur in oomo: etiam si non eos oomus ipsa sed alia res aliqua letos facit. Quãto magis si eadez oomus pulchritudie sua faciat letos habitatões: ut non solum eo loquendi mooo leta dicatur quo significatur per id q̃ continet id quod continetur: sicut theatra plaudunt: prata mugiunt: cum in illis homines plaudãt: in his boues mugiant: sed etiam illo quo significat p efficientem id quod efficitur: sicut leta epistola dicit significãs eorꝝ leticiã quos legentes efficit letos. Cõuenientissime itaq; cum deum requieuisse ꝓphetica narrat auctas: significatur redes eorꝝ qui in illo requiescũt: ⁊ quos facit ipe requiescere. Hoc etiam hominibus q̃bus loquitur: ⁊ propter quos utiq; cõscripta ē promittente prophetia: q̃ et ipsi post bona opera que in eis ⁊ per eos operatur deus: si ad illum prius in ista uita per fidem quodammodo accesserint: in illo habebunt requiem sempiternam. Hoc enim ⁊ sabbati uacatione ex precepto legis in ueteri dei populo figuratum est: unde suo loco diligentius arbitror differendum.

De angelorum conditione quid ſz diuina testimonia sentiendus sit. c. ix.

n Unc qm̃ de sancte ciuitatis exõtu dicere institui: ⁊ prius q̃d ad sanctos angelos attinet dicendum putaui: que hui⁹ ciuitatis ⁊ magna ps est: ⁊ eo beatior q̃ nunquam peregrinata: q̃ hinc diuina testimonia suppetãt: q̃tũ satis uidebit deo largiente explicare conabor. Ubi de mundi cõstitutiõe sacre littere loquũt: ñ euident dĩ utrũ uel quo ordine creati sint angeli. sed si pretermissi non sunt: uel celi nomine ubi dictum est in principio fecit deus celum ⁊ terram: uel potius lucis hui⁹ de qua loquitur significati sunt. Non autem pretermissos esse hinc estimo: q̃ scriptum est requieuisse deum i die septimo ab omnibus operibus suis q̃ fecit: cum liber ipse ita sit exorsus. In principio fecit deus celũm ⁊ terram: ut ante celum ⁊ terram nihil aliud fecisse uideatur. Cum ergo a celo ⁊ tra ceperit: atq; ipsa terra quam p̃mitus fecit: sicut scriptura consequenter eloquit: inuisibilis ⁊ icomposita: nõdũq; luce facta utiq; tenebre fuerint super abyssum. i. super quandam terre ⁊ aq̃ indistinctam confusionem: ubi enim lux non est: tenebre sint necesse est: deide omnia creando disposita sint que per sex dies consũata narrantur: quo mooo angeli pretermitterentũr tanq̃

non essent in operibus dei a quibus die septimo requieuit? Opus autē dei esse angelos: hic quidem ⁊si non pretmissum: non tamen euidenter expressum est: sed alibi hoc sancta scriptura clarissima uoce testatur. Nā ⁊ in hymno trium in camino uirorum: cuz predictum esset benedicite omnia opera domini dominum: in executione eorūdem operum etiaz sancti angeli nominati sunt. Et in psalmo canitur. Laudate dominum de celis: laudate eum i excelsis. laudate euz omnes angeli eius: laudate euz omnes uirtutes eius. laudate eum sol ⁊ luna: laudate eum omnes stelle ⁊ lumen. laudate eum celi celorū ⁊ aque que super celos sunt laudent nomen domini. Qm̄ ipse dixit ⁊ facta sunt: ipse mandauit ⁊ creata sunt. Etiam hic apertissime a deo factos esse angelos diuinitus dictum est: cum eis inter cetera celestia commemoratis infertur ad omnia: ipse dixit ⁊ facta sūt. Quis porro audebit opinari post oia ista que sex diebus enumerata sunt angelos factos? Sed ⁊ si quisq̄ ita desipit: redarguit istā uanitatem illa scriptura paris auctoritatis: ubi de⁹ dicit. Quādo facta sunt sydera: laudauerūt me uoce magna omnes angeli mei. Jā uero erant angeli quando facta sunt sydera. facti sunt autem quarto die. Nunquidnam ergo die tertio factos esse dicemus? Absit. In promptu ē.n. quid illo die factum sit. Ab aqs utiqz terra discreta est: ⁊ distinctas sui generis species duo ista elementa sumpserunt: ⁊ produxit terra quicquid ei radicitus inheret. Nunquidnam secundo? Nec hoc quidem. Tunc enim firmamentum factum est inter aquas superiores ⁊ iferiores: celūqz appellatuz est: in quo firmamento quarto die facta sunt sydera. Nimirum ergo si ad istorum dierum opera dei pertinēt angeli: ipsi sunt illa lux que diei nomen accepit: cuius unitas ut commendaretur non est dictus dies primus: sed dies unus. Nec alius est secundus aut tertius aut ceteri: sed idem ipse un⁹ ad implendum senarium uel septenariuz nūmerum repetitus est: propter senariam uel septenariam cognitionem: senariaz. s. operum que fecit deus: ⁊ septenariam quietis diei. Cum eniz dixit deus fiat lux ⁊ facta est lux: si recte in hac luce creatio intellīgitur angelorū: profecto facti sunt participes lucis et ne: que est ipsa incommutabilis sapiētia dei: per quam facta sūt omnia: quē dicimus unigenitum dei filium: ut ea luce illuminati qua creati fierent lux: ⁊ uocarentur dies participatione icōmutabilis lucis ⁊ diei: quod est uerbū dei per quod ⁊ ipsi ⁊ omnia facta sūt. Lumen quippe uerum quod illumiat omnem hominem uenientem in hunc mundum: hoc illuminat ⁊ omnem angelum mundum: ut sit lux nō in seipso sed in deo: a quo si uertitur āgelus fit īmundus: sicut sūt omēs qui uocātur īmundi spūs: nec iam lux i dño: sed in seipsis tenebre priuati pticipatione lucis et ne. Mali eiz nulla natura ē: sed amissio boni: mali nom accepit.

De simplici ⁊ incommutabili trinitate patris ⁊ filij ⁊ spūs sācti unius ōi: cui nō est aliud qualitas aliud substātia. cap. x.

e St itaqz bonū solū simplex: ⁊ ob hoc solum incōmutabile qd est deus. Ab hoc bono creata sūt oia bona: sed non simplicia: ⁊ ob hoc mutabilia. Creata sane inquam: id est facta non genita. Quod eniz de simplici bono genitum est pariter simplex ē: ⁊ hoc est quod illud de quo genituz est. que duo patrem ⁊ filium dicimus: ⁊ utrqz hoc cum spiritu sancto unus ē deus. Qui spiritus patris ⁊ filij: spus

ſanctus propria quadam notione hu-
ius nominis in ſacris litteris nũcupa
tur. Alius autem eſt q̃ pater ⁊ filius:
quia nec pater eſt nec filius. Sed ali⁹
diri non aliud: quia ⁊ hoc pariter ſim
plex pariterq̃ incommutabile bonuꝫ
eſt ⁊ coeternum. Et hec trinitas unus
eſt deus: nec ideo non ſimplex quia tri
nitas. Neq̃ enim propter hoc naturã
iſtam boni ſimplicem dicimus: quia
pater in ea ſolus: aut ſolus filius: aut
ſolus ſpiritus ſanctus. non enim ſola
eſt iſta nominis trinitas ſine ſubſiſten
tia perſonarum: ſicut ſabelliani hereti
ci putauerunt. Pater qui genuit ſim-
plex eſt: ⁊ filius qui genitus eſt pariter
ſimplex eſt: ⁊ hoc ē quod illud ȯ quo
genitus eſt. Sed ideo ſimplex dicitur:
quoniaꝫ quod habet hoc eſt: excepto
q̃ relatiue queq̃ perſona ad alteram
dicitur. Nam utiq̃ pater habet filiũ:
nec tamen ipſe eſt filius: ⁊ filiuſ habet
patrem: nec tamen ipſe eſt pater. In
quo ergo ad ſemetipſum dicitur non
ad alterum: hoc eſt quod habet: ſicut
ad ſeipſum dī uiuens habendo utiq̃
uitam: ⁊ eadem uita ipſe eſt. Propter
hoc itaq̃ natura dicitur ſimplex: cui
non ſit aliud habere quod uel poſſit
amittere: uel aliud ſit habēs aliud qȯ
habet: ſicut uas aliquꝫ liquorem: aut
corpus colorem: aut aer lucem ſiue fe-
uorem: aut anima ſapientiam. Nihil
enim horũm eſt id quod habet. Nam
neq̃ uas liquor eſt: nec corpus color:
nec aer lux ſiue feruor: neq̃ anima ſa-
pientia eſt. Hinc eſt q̃ etiam priuari
poſſunt rebus quaſ habent: ⁊ in alioſ
habitus uel qualitates uerti atq̃ mu-
tari: ut ⁊ uas euacuet humõe quo ple
nuꝫ eſt: ⁊ corpus decoloretur: ⁊ aer te-
nebreſcat ſiue frigeſcat: ⁊ anima deſi-
piat. Sed ⁊ ſi ſit corpus incorruptibi-
le quale ſanctis in reſurrectione pro-
mittitur: habet quidem ipſius incor
ruptionis inamiſſibilem qualitatem:
ſed manente ſubſtantia corpotali: non
hoc eſt quod ipſa incorruptio. Nam
illa etiam per ſingulas partes corpo-
ris tota eſt: nec alibi maior alibi minor.
Neq̃ enim ulla pars eſt incorruptiõ:
q̃ altera. corpus uero ipſum maius ē
in toto q̃ in parte. ⁊ cum alia pars eſt
in ea amplior: alia minor: non ea que
amplior eſt incorruptior q̃ ea que mi-
nor. Aliud eſt itaq̃ corpus quod non
ubiq̃ ſui totum eſt: alia incorruptio q̃
ubiq̃ eius tota eſt: quia omnis pars
incorruptibilis corporis: etiam ceteris
inequalis equaliter incorrupta eſt. Ne
q̃ enim uerbi gratia quia digitus mi-
nor eſt q̃ tota manus: ideo incorrupti
bilior manus q̃ digitus. Ita cum ſint
inequales manus ⁊ digitus: equalis ē
tamen incorruptibilitas manus ⁊ di-
giti. Ac per hoc quãuiſ a corpore incõ
ruptibili inſeparabilis incorruptibili-
tas ſit: aliud eſt tamen ſubſtantia qua
corpus dicit: aliud qualitas eiuſ qua
incorruptibile nũncupatur. Et ideo ſic
etiam non hoc eſt quod habet anima
quoq̃ ipſa: etiam ſi ſemper ſit ſapiẽs:
ſicut erit cum a preſenti miſeria libera
bitur. quia licet tunc ſapiens ſit in eter
num: participatione tamen incommu
tabilis ſapientie ſapiens erit: que non
eſt quod ipſa. Neq̃ enim ſi aer infuſa
luce nunquam deſeratur: ideo non ali
ud eſt ipſe aliud lux qua illuminatur.
Neq̃ hoc ita dixeriꝫ quaſi aer ſit aia:
quod putauerunt quidam qui nõ po-
tuerunt incorporeaꝫ cogitare naturã.
Sed habent hec ad illa etiam in ma-
gna diſparilitate quandam ſimilitudi
nem: ut non inconuenienter dicatur
ſic illuminari animam incorpoream
luce incorporea ſimplicis ſapientie ȯi:
ſicut illuminatur aeris corpus luce
corporea: ⁊ ſicut aer tenebreſcit iſta lu
ce deſertus. Nam nihil ſunt aliud que
dicuntur locorum quorumcunque cor
poralium tenebre: q̃ aer carens luce.

ita tenebrescere animam sapientie lū-
ce priuatam. Secundus hoc ergo dñr
illa simplicia q̄ principaliter uereq; di
uia sunt: q̄ nō aliud ē in eis qualitas:
aliud sba: nec alioꝝ participatione ul̄
diuina uel sapientia uel beata sūt. Ce-
terum dictus est in scripturis sanctis
sp̄us sanctus sapientia multiplex: eo
q̄ multa in se habeat: sed q̄ habet hec
⁊ est: ⁊ ea omnia unus ē. Neq; eiz ml̄-
te sed una sapientia est: in qua sunt im
mensi quidam atq; infiniti thesauri re
rum intelligibiliū: in quibus sunt om
nes inuisibiles atq; incommutabiles
rōes rerum: etiam uisibilium ⁊ muta-
bilium q̄ per ipsam facte sunt: qm̄ de⁹
non aliquid nesciens fecit: quod nec ō
quolibet homine artifice recte dici po
test. Porro si sciens fecit omnia: ea uti
q; fecit que nouerat: ex quo occurrit a
nimo quiddam miꝝ: sed tamen ueruz
q̄ iste mundus nobis notus esse non
posset nisi esset: deo autem nisi notus
esset esse non possit.

An eius beatitudis quā sācti āgl̄i
ab initio sui semp̄ habuerunt: ēt illos
spiritus qui in ueritate nō steterunt p
ticipes fuisse credendum sit. cap. xi.

q Ue cū ita sint: nullo quidez mō
sm aliquod temporis spacium
prius erant sp̄s illi tenebre quos āge-
los dicimus: sed simul ut facti sūt lux
facti sunt: nō tam̄ ita tm̄ creat ut quo-
quomodo essēt ⁊ quoquomodo uiue
rent: sed etiam illuminati ut sapienter
beateq; uiuerent. Ab hac illumiatiōe
auersi quidam angeli: non solum non
obtinuerunt excellentiam sapiētis bea
teq; uite: que pculdubio ñ nisi eterna
ē eēnitatisq; sue certa atq; secura sz ⁊
rōnalē uitā lz insipientē sic hñt: ut eaz
nō possint amittere nec si uelint. Qua
tenus autem antequam peccassent: il-
lius sapientie fuerint pticipes: definire
quis potest? In eius tamen pticipatio
ne equales fuisse istos illis: qui ppter
uere pleneq; beati sunt: qm̄ nequaq̄ ō
sue beatitudis eternitate fallunt quō
dicturi sumus: quandoquidez si equa
les in ea fuissent: etiam isti in eius eter
nitate mansissent: pariter beati quia
pariter certi? Neq; enim sicut uita q̄-
diucunq; fuerit: ita eterna uita ueraci
ter dici poterit si finem habitura sit: si
quidem uita tantummodo uiuendo:
eterna uero finem non habendo nomi
nata est. Quapropter quanuis non
quicquid eternum continuo beatum
sit: dicitur enim etiam penalis ignis
eternus: tamen si uere perfecteq; bea-
ta uita non nisi eterna est: non erat tal̄
istorum quandoq; desitura: ⁊ propte-
rea non eterna siue id scirent siue nesci
entes aliud putarent: quia scientes ti-
mor: nescientes error beatos esse utiq;
non sinebat. Si autem hoc ita nescie-
bant ut falsis incertisue non fiderent:
sed utruz sempiternum an quandoq;
finem habiturum esset bonum suuz:
in neutram partem firma assensione
ferrentur: ipsa de tanta felicitate cūcta
tio eam beate uite plenitūdinem quaz
in sanctis angelis esse credius non ha
bebat. Neq; eniz beate uite uocabulū
ita contrahimus ad quasdā significa-
tionis angustias: ut solum deum dica
mus beatum: qui tamen ita uere bea-
tus est ut maior beatitudo esse non
possit. In cuius comparatione q̄ an
geli beati sunt: sua quadam summa
beatitudine quanta esse in angelis po
test: quid aut quantum est.

De cōpatiōe beatitudis iustoꝝ nec
dū tenentiū pmissionis diuie p̄miū ⁊
p̄moꝝ in padiso hoiuz añ peccatum.
cap. xij.

n Ec ip̄os eiz huic tāte beatitudi-
ni cōpatos qō attinet ad rōalē

uel itellectualē creaturā beatos nūcupādos putamus. Qui.n.ꝑmos illos hoies ī padiso negare audeat beatos fuisse añ peccatū: q̃uis de sua beatitū die q̃ diuturna uel utq̃ eēna eēt incertos: esset aūt eēna nisi peccassent: cum hodie ñ iprudēt beatos uocēus: quos uidēus iuste ac pie cū spe future imortalitatis hanc uitam ducere sine crie uastante consciam: facile imperantes peccatis huius infirmitatis diuinam misericordiam: qui licet ō sue pseuerātie premio certi sint: de ipsa tamen perseuerātia sua reperiuntur incerti? Quis enim hominuʒ se in actione puectuq̃ iustitie perseueraturum usq̃ in finem sciat: nisi aliqua reuelatione ab illo fiat certus: qui de hac re iusto latentiq̃ iudicio non omnes instruit: sed neiem fallit. Quantuʒ itaq̃ pertinet ad ōlectationem presentis boni: beatior erat ꝑmus homo in paradiso: q̃ quilibet iustus ī hac infirmitate mōtali. Quātum autem ad spem futuri boni bēior q̃lʒ in q̃buslʒ cruciatibus corporis: cui non opione sed certa ueritate manifestum ē: sine fine se habituū omni molestia carentem societatem angelorum in participatione summi dei: q̃ erat ille homo sui casus incertus in magna illa felicitate paradisi. Quocirca cuiuis iam non difficulter occurrit utroq̃ coniuncto effici beatitudinem: quā recto proposito intellectualis natura desiderat: hoc est ut ⁊ bono incommutabili quod deus est sine ulla molestia perfruatur: ⁊ in eo se in eternum esse mansurum: nec ulla dubitatione cunctetur: nec ullo errore fallatur. Hāc hīe angelos lucis pia fide credimus: hāc nec antequam caderent habuisse angelos peccatores: qui sua prauitate illa luce priuati sunt consequēti rōe colligimus. Habuisse tñ aliquam ⁊si non ꝑsciam beatitudinem: si uitā egerūt añ peccatum profecto credendi sunt.

An ita unius felicitatis omnes angeli sint creati: ut neq̃ lapsuros se possent nosse sui elapsi sunt: ⁊ post ruinā labentium perseuerantie sūe presciam acceperint qui steterunt. cap. xiij.

a Ut si duʒ uidēt qñ facti sūt angeli: alios credere ita factos: ut non acciperent ꝑsciam: uel ꝑseuantie uel casus sui: alios aūt ita factos: ut ueritate certissima eternitatem sue beatitudis nossent: sed equalis felicitatis omnes ab initio creati sunt: ⁊ ita fuerunt donec isti qui nunc mali sunt ab illo bonitatis lumine sua uoluntate cecidissent: proculdubio multo est durius nunc putare angelos: sanctos eterne sue beatitudis incertos: ⁊ ipsos de semetipsis ignorare: q̃ nos de illis per scripturas sanctas nosse potuimus. Quis enim catholicus christianus ignorat nullum bonum diabolum ex bonis ā-gelis ulterius futurum: sicut nec istuʒ in societatem bonorum angelorum ulterius rediturum. Ueritas q̃ppe ī euāgelio sāctis fidelibusq̃ ꝑmittit: q̃ erūt equales angelis dei: quib' ēt ꝑmittit q̃ ibunt in uitam eternam. Porro aūt si nos certi sumus: nunquam nos ex illa immōtali felicitate casuros: illi uero certi non sunt: iam potiores non erimus. Sed quia nequaq̃ ueritas fallit: ⁊ equales eis erimus: ꝑfecto etiā ipsi certi sunt sue felicitatis eterne. Cuius illi alīq̃ quia certi nō fuerunt: non enim erat coʒ eterna felicitas cuius certi essent: q̃ finē fuerat habitura: restat ut aut ipares fuerit: aut si pares fuerūt p' istoʒ ruinā ill' certa scia sue sēpiterne felicitatis accesserit. Nisi forte quis dicat id quod dñs ait de diabolo in euangelio. Ille homicida erat ab initio ⁊ ī vitate nō stetit: sic eē accipiendum ut non solum homicida fuerit ab initio: id est itio humani generis ex quo utiq̃ homo factus est:

quem decipiendo posset occidere: uex
ēt ab initio sue conditionis in ueritate
non steterit: ⁊ ideo nunquam beatus
cum sanctis angelis fuerit: suo recusās
esse sūditus creatori: ⁊ superbia sua ue
lut priuata potestate elatus: ac ꝑ hoc
falsus ⁊ fallax: quia neq; unq; pātem
omnipotentis euadit. Et qui per pia3
sūiectionem noluit tenere quod uere
est: affectat per superba3 elationem si
mulare quod non est: ut sic intelligat
etiam quod beatus apostolus ioānes
ait: ab initio diabolus peccat: hoc ē ex
quo factus est iusticiam recusauit: quā
nisi pia deoq; subdita uoluntas habē
non posset. Huic sententie quisquis ac
quiescit: non cum illis hereticis sapit:
id ē manicheis: ⁊ si que alie pestes ita
sentiunt: q̃ suam quandam propriam
tanquam ex aduerso quodam princi-
pio diabolus habeat naturam mali:
qui tāta uanitate desipiunt: ut cū uer-
ba ista euangelica in auctoritate nobis
cum habeant: non attendant non di-
xisse dominum a ueritate alien' fuit:
sed in ueritate non stetit: ubi a vitate
lapsum intelligi uoluit: in qua utiq; si
stetisset: eius particeps factus beatus
cum sanctis angelis permaneret.

Quo genē locutionis dictū sit de
diabolo: q̃ in vitate nō steterit: q̃ ueri
tas non est in eo. cap. xiiij.

f Ubiecit aūt iudiciū: quasi q̃sisse
mus uñ oñdatur q̃ in ueritate
non steterit: atq; ait q̃ ñ ē ueritas in
eo. Esset autem in eo si in illa stetisset.
Locutione autem dictum est minus
usitata. Sic enim uidet' sonare: in vita
te non stetit: quia non est ueritas i eo:
tanquam ea sit cā ut in ueritate non
steterit: q̃ in eo ueritas non sit: cū poti
us ea sit cā ut i eo ueritas non sit: q̃ i
ueritate non stetit. Ista locutio est ⁊ i
psalmo ubi ait. Ego clamaui quonia3
exaudisti me deus: cum dicendū fuisse
uideatur: exaudisti me deus quoniam
clamaui. Sed cum dixisset ego clama
ui: tanquam ab eo quereretur unde se
clamasse monstraret: ab effectu exau-
ditionis dei clamōis sui ostendit affec
tum: tanq̃ dicēt. Hinc oñdo clamasse
me qm̄ exaudisti me.

Quid sciendū sit de eo qd̄ scriptū
ē ab initio diabolus peccat. cap. xv.

i Illud ēt qd̄ ait de diabolo ioan
nes: ab initio diabolus peccat: ñ
intelligūt qui inde uolunt asserere pec
cati naturam: cu3 naturale nullu3 sit
omnino peccatum. S3 q̃d respondet'
pro physicis testionib̄: siue qd̄ ait esai
as sū figurata persona principis baby
lonie diabolu3 notans: quō cecidit lu-
cifer qui mane oriebatur: siue qd̄ eze-
chiel: in delicib̄ paradisi dei fuisti: om
ni lapide precioso ornatus: ubi intelli
gitur fuisse aliquando sine peccato:
Nam expressius ei paulopost dī. Am
bulasti in diebus tuis sine uitio. Que
si alit' conuenientius intelligi neq̃unt:
oportet ēt illud quod dictum ē in ueri
tate non stetit sic accipiamus: q̃ in ue-
ritate fuerit: sed non permanserit. Et
illud qd̄ ab initio diabolus peccat: nō
ab initio ex quo creatus est peccare
pūtādus ē: sed ab initio peccati quod
ab ipsius superbia cepit esse peccatū.
Nec illud quod scriptum est in libro
iob: cum de diabolo sermo esset. Hoc
est initiu3 figmenti domini quod fecit
ad illudendum ab angelis suis. Cui
consonare uidetur ⁊ psalmus ubi legi
tur. Draco hic quem finxisti ad illu
dendum ei sic intelligendum est: ut
existimemus talem ab initio creatu3:
cui ab angelis illuderetur: sed in hac
pena post peccatum ordinatum. Initi
um ergo eius figmentum est domini.
Non enim est ulla natura etiam in

extremis infimisq; bestiolis: quam nō ille constituit a quo est omnis modus: omnis spēs: omnis ordo: sine quibus nihil rerū inueniri uel cogitari potest. Quanto magis angelica creatūra: q̄ oīa cetera q̄ deūs condidit nature dignitate precedit.

De gradibus ⁊ differentijs creaturarum: q̄ alit pendet utilitatis usus: aliter ordo rationis. cap. xvi.

i Nbis enim q̄ quoquomō sunt: ⁊ non sunt quod ōs ē a quo facta sunt: preponunt uiuentia ñ uiuentib⁹: sicut ea que habent uim gignendi uel etiam appetendi: his q̄ isto motu carent. Et in his q̄ uiuunt p̄ponuntur sententia non sentientibus sicut arboribus animalia. Et in his que sentiūt preponuntur intelligentia non intelligētibus: sicut homines pecoribus. Et in his que intelligunt preponuntur ī mortalia mortalibus: sicut angeli hoībus altioris preponuntur nature ōdine. Est autēz alius atq; alius pro suo cuiusq; usu estimationis modus: quo fit ut quedam sensu carentia q̄busdaz sentientibus preponamus: intantum ut si potestas esset ea prorsus de natura rerum auferre uellemus: siue quez in ea locum habent ignorantes: siue etiam sciamus nostris ea commodis postponentes. Quis enim non domi sue panem habere q̄ mures nūmos q̄ pulices malit? Sed quid mirum cū in ipsorum etiam hominum estimatione quorum certe natura tante ē dignitatis: plezq; carius comparet equus q̄ seruus: gemma q̄ familia? Ita i tali libertate iudicandi plurimum distat ratio considerantis a necessitate indigentis: seu uoluptate cupientis: cū ista quid per seipsum in rerum gradibus pēdat. necessitas aūt q̄d propter quid expetat cogitet: ⁊ ista quid uerum lucimentis appareat: voluptas uero quid iocundum corporis sensibus blandiat exquirat. Sed tm̄ ualet in naturis rationalibus quoddam ueluti pondus uoluntatis ⁊ amoris: ut cum ordine nature angeli hoībus: tamē lege iusticie boni homines mal angel preferant.

Uitiū malicie non natūram ē: sed cōtra naturā: cui ad peccandum non conditor cā est: sed voluntas. cap. xvij.

p Ropter naturam igit ñ ppt malliciam diaboli dictū recte intelligitur. Hoc est initiū figmti dñi: qr sine dubio nisi esset uitiuz malicie: natura non uiciata precessit. Uitium aūt ita contra naturam ē: ut nō possit nisi nocere nature. Nō itaq; essz uitiū recedere a deo nisi nature cuius id uitiū est: potius cōpeteret esse cū deo. Quappt etiam uoluntas mala grande testimonium est nature bone. Sed deus sicut naturarum bonaruz optimus creatō est: ita malarum uoluntatum iustissimus ordinator: ut cum male ille utūt naturis bonis: ipse bñ utatur etiam uoluntatib⁹ malis. Itaq; fecit ut diabolus institutione illius bonus: uolūtate sua malus: in inferioribus ordinatus illudēt ab ãgelis eius. i. ut prosint tentationes eius sanctis: quibus eas obesse desiderat. Et qm̄ deus cum euz conderet future malignitatis eius nō erat ūtiq; ignarus: ⁊ preuidebat que bona de malis eius esset ipse facturus: propterea psalmus ait. Draco hic quē finxisti ad illudendum ei: ut in eo ipso q̄ eum finxit: licet per suam bonitatez bonum: iam per suam prescia p̄ppasse intelligatur quomō illo utēt i malo.

De pulchritudine uniuersitatis q̄ per ordinationem dei etiam ex contrario fit oppositione lucentiō. cap. xviij.

n Eq̃ enim deus ullum non dico angelo⁊ sed uel hoiu3 crearet: quem malum futurum esse presciſſet: niſi pariter noſſet quibus eos bono⁊ uſibus commodaret: atq̃ ita ordinem ſeculorum tanquam pulcherrimum carmen etiam ex quibuſdam quaſi antithetis honeſtaret. Antitheta enim q̃ appellantur in ornamentis elocutionis ſunt decẽtiſſima: que latine appellantur oppoſita: uel quod expreſſius dicitur contrapoſita. Non eſt apud nos huius uocabuli conſuetudo: cu3 tamen eiſdem ornamentis locutionis etiam ſermo latinus utat̃: immo lingue omnium gentium his antithetis. ⁊ paulus apoſtolus in ſecunda ad corinthios epiſtola illum locum ſuauit̃ explicat ubi dicit: per arma iuſtitie a dextris ⁊ a ſiniſtris: per gloriã ⁊ ignobilitatem: per infamiam ⁊ bonam famam: ut ſeductores ⁊ ueraces: ut qui ignoramur ⁊ cognoſcimur: quaſi morientes ⁊ ecce uiuimus: ut coerciti ⁊ ñ mortificati: ut triſtes ſemper autem gaudentes: ſicut egeni multos autem ditantes: tanquam nihil habentes ⁊ omnia poſſidentes. Sicut ergo iſta cõtraria contrarijs oppoſita ſermonis pulchritudinem reddunt: ita quadam non uerborum ſed rerum eloquentia contrariorum oppoſitione ſeculi pulchrituo componitur. Apertiſſime hoc poſitum eſt in libro eccleſiaſtico hoc modo. Contra malum bonũ ẽ: ⁊ contra mortem uita: ſic contra piu3 peccator. Et ſic intuere in omnia opa altiſſimi bina contra bina: unum contra unum.

Quid ſentiendũ3 uideatur diuiſit deus inter lucem ⁊ tenebras. capitulũ xix.

q̃ Vanuis itaq̃ diuini ſermonis obſcuritas etia3 ad hoc ſit util̃: q̃ plures ſententias ueritatis parit: ⁊ in lucem noticie producit: dum alius eu3 ſic alius ſic intelligit: ita tamen ut quod in obſcuro loco intelligitur: uel atteſtatione rerum manifeſtarum uel alijs locis minime dubijs aſſeratur: ſi ue cu3 multa tractantur: ad id quoq̃ perueniatur quod ſenſit ille q̃ ſcripſit: ſiue id lateat ſed ex occaſione tractande profunde obſcuritatis alia queda3 uera dicantur: non mihi uidetur ab operibus dei abſurda ſententia: ſi cum lux illa prima eſt facta angeli creati intelliguntur: ⁊ inter ſanctos angelos ⁊ immundos fuiſſe diſcretu3: ubi dictũ eſt ⁊ diuiſit deus inter lucẽ ⁊ tenebras: ⁊ uocauit deus lucẽ diem: ⁊ tenebras uocauit noctẽ. Solus quippe ille iſta diſcernere potuit: qui potuit etiã priuſ q̃ caderent preſcire caſuros: ⁊ lumine priuatos ueritatis in tenebroſa ſuperbia remanſuros. Nam inter iſtum nobis notiſſimum diem ⁊ noctem. i. inter hanc lucem ⁊ has tenebras uulgatiſſimas ſenſibus noſtris: luminaria celi ut diuiderent imperauit. Fiant inquit luminaria in firmamento celi ut luceant ſuper terram: ⁊ diuidant inter diẽ ⁊ noctem: Et paulopoſt. Et fecit inq̃t deus duo luminaria magna lumiare maius in principio diei: ⁊ luminaꝛ minus in principio noctis. Et ſtellas. ⁊ poſuit illas deus in firmamento celi lucere ſuper terrã: ⁊ preeſſe diei ⁊ nocti: ⁊ diuidere inter lucem ⁊ tenebras. Inter uero lucem que ſancta ſocietas angelorum eſt illuſtratione ueritatis intelligibiliter fulgens: ⁊ ei contrarias tenebras. i. malorum angelorum auerſorum a luce iuſtitie teterrimas mentes: ipſe diuidere potuit: cui etiam futurum non nature ſed uoluntatis malum occultum aut incertum eſſe non potuit.

De eo q̃ p' discretionē lucis atq̃ tenebrarū dictū ē ⁊ uidit deus lucem q̃ bona est.cap.xx.

d Enicq̃ nec illud ē pretereundus silētio:q̃ ubi dixit ōs fiat lux ⁊ facta ē lux:cōtinuo sbiūctū ē : ⁊ uidit deus lucē quia bōa ē. Nā posteaq̃ sepauit inter lucē ⁊ tenebras:⁊ uocauit lucem diem ⁊ tenebras noctem: ne sil' cum luce etiā talibus tenebris testimonium placiti sui perhibuisse uideret'. nam ubi tenebre inculpabiles sunt:int' quas ⁊ lucē istā his ocul' cōspicuā luminaria celi diuidunt:nō añ sed post i fertur. Et uidit deus quia bonum est: ⁊ posuit inquit illa in firmamēto celi: lucere sup terram ⁊ preesse diei ⁊ nocti:⁊ separe inter lucem ⁊ tenebras. Et uidit deus quia bonū est. Utrūq̃ placuit:q̃ utq̃ sine peccato est. Ubi autē dixit deus fiat lux ⁊ facta ē lux:⁊ uidit ōs lucē q̃ bona ē:⁊ postmodum i'ferr' ⁊ sepauit ōs inter lucē ⁊ tenebras uocauitq̃ deus lucē diem:⁊ tenebras uocauit noctem:non hoc loco additū ē:⁊ uidit ōs quia bonum ē:ne utrūq̃ appellaret' bonum:cum esset horuz alterum malum uitio ꝓpo:non natura. Et iō sola ibi lux placuit conditori:tenebre aūt angelice ⁊si fuerāt ordinande:non tñ fuerant approbande.

De etna ⁊ incōmutabili scia dei ac uolūtate:q̃ semp illi univsa q̃ fecit sic placuerūt facienda quēadmodū facta. cap.xxi.

q Uid ē.n.aliud itelligēdū i eo q̃ p oia dī:uidit ōs q̃ bonū ē:nisi opis approbatio fm artē facti q̃ sapia dei ē? Deus aūt ñ usq̃adeo cū dicit factum ē:tunc didicit bonū:ut nihil eorū fieret si ei fuisset incognitum. Dū ergo uidit quia bonum ē:qō nisi uidisset ā' teq̃ fieret:non utiq̃ fieret:nocet bōnū eē ñ discit. Et plato quidē plus ausus ē dicē:elatum esse.s.deum gaudio mūdi uniuersitate perfecta. Ubi ⁊ ipse nō usq̃adeo desipiebat:ut putaret deum sui operis nouitatē factum beatiorez: sed sic oñdē uoluit artifici suo placuisse iam factum:quod placuerat in arte faciendum: nō q̃ ullo mō dei scia uariet':ut aliud in eo faciant q̃ nondum sunt:aliud q̃ iam sunt:aliud q̃ fuerūt. Non enim more nostro ille uel quod futurum est prospicit:uel quod pñs ē aspicit:uel quod preterituz ē respicit: sed alio modo quodam a nostrarūm consuetudine cogitationū lōge alteq̃ diuerso. Ille quippe non ex hoc i ill'd cogitatione mutata:sed omnino incōmutabl'iter uidet:ita ut illa quidem q̃ temporaliter fiunt:⁊ futura nondum sint:⁊ presentia iam sint : ⁊ preterita iam non sint. Ipse uero hec oia stabl'i ac sempiterna presentia cōprehēdat: nec alit' oculis:alit' mente: non eim ex aio constat ⁊ corpore. Nec aliter nūc: aliter antea:⁊ aliter postea: qm̄ nō sic nostra:ita quoq̃ eius scientia triuz tēporum:pñtis uidelicet ⁊ preteriti uel futuri uarietate mutatur:apud quem non est immutatio nec momenti obūbratio. Neq̃ enim eius intentio de cogitatione in cogitationem transit : in cuius incorporeo contuitu simul adsunt cuncta que nouit. Qm̄ tempora ita nouit null' suis tpalib' notionib': quenadmodum temporalia mouet nullis suis temporalibus motibus. Ibi ergo uidit bonum esse quod fecit: ubi bonum esse uidit ut faceret . Nec quia factūm uidit scientiam duplicauit:uel ex aliqua parte auxit:tanquaz mioris scientie fuerit priusq̃ faceret qō uideret:q̃ tam pfecte nō oparetur: nisi tā pfecta scia cui nihil ex eius operibus adderet'. Quapropt' si tm̄modo nobis insinuandum esset quis fecerit

lucē:sufficēt dicē fecit de' lucē. Si aūt non solū quis fecerit:uex ēt per quid fecerit:satis esset ita enūcrari. ⁊ dixit deus fiat lux:⁊ facta ē lux: ut ñ tantū deū:sz ēt p uerbū lucē fecisse nosseūs. Qz vo tria quedam maxime scienda de creatura nobis intimari oportuit: ds eam fecerit:p quid fecerit:quare fecerit:deus dixit inquit fiat lux:⁊ facta est lux:⁊ uidit deus lucē qz bōa ē. Si ergo q̄rius quis fecerit:ds ē:si p q̄d fecerit:dixit fiat ⁊ facta ē:si quare fecerit: qz bōa ē. Nec auctor ē excellētior deo: nec ars efficacior dei vbo:nec cā melio q̄ ut bonū crearet a bono deo. Hanc etiā plato cām condendi mūdi iustissimam dicit:ut a bono ds bōa opa fierent:siue ista legerit:siue ab his qui legerant forte cognouerit:siue acerrio ingenio inuisibilia dei p ea q̄ facta sunt iteilecta ꝓspexerit:siue ab his q̄ ista cō spexerant ⁊ ipse didicerit.

De his quibus in uniuersitate rex a bono creatore bene conditarum q̄dā displicent ⁊ putant nullam malam eē naturam.cap.xxij.

b Hanc tñ cām.i.ad bona creanda dicit bonitatē dei.hanc inq̄ cāz tam iustaz atq̄ iooneam:q̄ diligenter considerata ⁊ pie cogitata:oms cōtro uersias querentiū mundi originē tmīnat: Quidam hētici non uiderunt:q̄a egenā carnis huius fragilēq̄ mortalitatem iā de iusto supplicio uenientez: dum ei ñ conueniūt pluria offendunt: sicut ignis aut frigus aut fera bestia:l' quid eiusmodi. Nec attendūt q̄ uel in suis locis naturisq̄ uigeāt:pulchroq̄ ordine disponant:q̄tūcūq̄ universitati rex p suis portionibus decoris tanq̄ i cōmunem rempublicam conferant:l' nobisipsis si eis congruenter atq̄ sciēter utāur cōmoditatis attbuant:ita ut uenena ipsa q̄ per inconuenientiam p niciosa sunt: conuenient adhibita in salubria medicamta uertantur: q̄q̄ a contrario ēt hec quibus delectant:sic cibus ⁊ potus ⁊ ista lux imoderato ⁊ importuno usu noxia sentiant. Unde nos admonet diuina prouidentia nō res insipient uituperare: sz utilitatem rerum diligent inquirē: ⁊ ubi nostruz ingenium uel infirmitas deficit:ita credere occultam sicut erant q̄dā q̄ uix potuimus inuenire:quia ⁊ ipsa utilitatis occultatio:aut hūilitatis exercitatō ē:aut elationis attritio: cū oio natura nulla sit malum:nomēq̄ hoc non sit nisi priuatiōis boni.sed a terrēis usq̄ ad celestia:⁊ a uisiblib' usq̄ ad inuisibilia: sunt alīs alia bōa:alīs alia meliora:ad hoc ineqūalia ut essent oia. Deus aūt ita ē artifex magnus in magnis:ut minor non sit in paruis. Que pua nō sua granditate: nā pene nulla ē:sed artificis sapientia metienda sūt: sicut in specie uisibili bois:si unum radatur supercilium: q̄ propemodū nihil corpori ⁊ q̄ multum detrahit pulchritudini. qm̄ non mole constat sed distat a parilitate ac dimsiōe mbrorz. Nec sane multum mirandum est:q̄ hi qui nōnullam malam putāt eē naturam:suo quodam proprio exortam p pagatāq̄ pncipio:nolunt accipere istā cām creationis rerum:ut bonus deus conderet bona:credentes eum potius ad hec mundana molimina rebellātis aduersum se mali repellendi:extrēa necessitate pductum suāq̄ naturam bonam malo coercēdo supādoq̄ miscuisse:q̄ turpissime pollutā ⁊ crudelissime captiuatā:⁊ oppssā labore magno uix mundet ac libēt: nō totam tamē: sz qd eius non potuerit ab illa inqnatione purgari:tegmen ac uinculum futurum hostis uicti ⁊ inclusi. Sic autē māichei ñ desiperēt uel poti' isanirēt: si dei naturā sicuti ē incommutabilez atq̄ omnino icorruptibilē crdēnt: cui

nocere nulla res possit: aiam vo q̃ uoluntate mutari in deterius ⁊ peccato corrumpi potuit: atq; ita incõmutabil' vitatis luce priuari: ñ dei ptẽ nec eius nate q̃ dei est: ſz ab illo conditam lõge ipatẽ ꝓditori christiana ſãitate ſẽtirẽt.

De errore in quo origenis doctria inculpatur. cap. xxiij.

Sed multo est mirandũ ampliꝰ: q̃ ẽt q̃dam q̃ unũ nobiscũ credũt oium rerꝝ eẽ principiũ: nullãq; naturã q̃ non est quod deus ẽ: nisi ab illo conditore esse ñ posse: noluerũt tñ istã cãz fabricandi mundi tam bonam ac simplicem bñ ac simplr credere: ut ds bonus conderet bona: ⁊ essent post deuz q̃ non essent quod est deus: bona tñ que non faceret nisi bonus deus. Sz aias dñt non quidẽ ptes dei ſz factas a deo: peccasse a deo conditore ĩcedendo. ⁊ diuſis progressibus ꝑ diuſitate peccatorꝝ: a celis uſq; ad terras diuſa corpora quasi uincula meruisse: ⁊ hũc eẽ mundũ eãq; cãm mũdi fuisse faciẽdi: ñ ut conderent bõa: ſz ut mala cohiberent. Hinc origenes iure culpat. In libris. n. quos appellat periarchon id est de principijs hoc sensit: hoc scripsit. Ubi plusq̃ dici põt miror hoiem ĩ ecclesiasticis lĩis tam doctum ⁊ exercitatũ: ñ attendisse primũ q̃ hoc eẽt contrariũ scripture huius tante auctis intentioni: q̃ ꝑ omnia opa dei sbiungẽs: ⁊ uidit ds quia bonũ est: cõpletisq; oĩb' inferens ⁊ uidit ds omnia que fecit: ⁊ erant bona ualde: nullam aliam cãz faciendi mundi intelligi uoluit: nisi ut bona fierent a bono deo. Ubi si nemo peccasset: tñmõ naturis bonis eẽt mũdus ornatus ⁊ plenus. Et qr peccatuz ẽ: non ideo cũcta sunt ipleta peccatis: cũ bonorꝝ longe maior nũmerus in celestib' sue nature ordinẽ seruet. Nec mala ueluntas quia nature ordinem seruare noluit: iõ iusti dei leges oia bñ ordinantis effugit: qm̃ sicut pictura cũ colore nigro loco suo posita: ita uniuſitas rerꝝ siquis possit intueri: ẽt cum peccatorib' pulchra ẽ: q̃uis per seipos cõsideratos sua deformitas turpet. Deinde uidere debuit origenes ⁊ q̃cũq; ista sapiũt: si hec opio uera eẽt: mũdũ iõ factũ ut aie pro meritis peccatorũ suorꝝ tanq̃ ergastula q̃b' penaliter includerẽt corpora accipent: superiõa ⁊ leuiora que minus: inferiora uero ⁊ grauiora q̃ ãplius peccauerũt: dẽonesq; quibus deterius nihil ẽ: terrẽa cõpõa quib' iferi' ⁊ grauiꝰ nihil ẽ: potius q̃ hoies ẽt bonos: potius ẽtq̃ malos habere debuisse. Nunc vo ut itelligẽmus aiarꝝ merita non qualitatib' corporũ esse pẽsanda: aereũ possidet pessimus demon. homo aũt ⁊ nũc licet malus longe minoris mitiorisq; malicie: ⁊ certe ante peccatum tñ luteum corpus accepit. Quid aũt stultiꝰ põt dici: q̃ istũ solem ut in uno mundo ũnus esset: ñ decori pulchritudinum uel etiã saluti rerꝝ corporalium consuluisse artificez deum: sed hoc potius euenisse: qr una aia sic peccauerat: ut tali corpore mereretur includi? Ac ꝑ hoc si contigisset ut non una sed due: immo non due ſz decem uel centum similiter equaliterq; peccassent: centũ soles hĩet hic mũdꝰ. Qd ut nõ fieret non opificis ꝑuisiõe mirabili ad rerꝝ corporalium salutem decoremq; consultum est: ſz cõtigit potius tãta uniuſ aie ꝑgressiõe peccãtis: ut sola corpus tale mereret. Nõ plãe aiarꝝ de quib' nesciunt q̃d loquãt: sed eorꝝ ipsorꝝ qui talia sapiunt multũ lõge a ueritate ⁊ merito ẽ coercẽda progressio. Hec ergo ta q̃ supr' cõmdauiũ i unaquaq; creatura reqrũt: quis eã fecerit: per quid fecerit: quare fecerit: ut respondeat deus ꝑ uerbũ suuz: qr bona ẽ: utrum altitudie mystica nobis ipa trinitas intimet: hoc est pater

⁊ filius ⁊ ſpus ſanctus:an aliq̃d occurrat quod hoc loco ſcripturarum id accipiendũ eſſe perhibeat:multi ſmonis eſt q̃o : nec omnia uno uolumine ut explicemus urgendum eſt.

De trinitate diuia q̃ per oia opera ſua ſignificationis ſue ſparſit indicia. cap.xxiiij.

c Redius ⁊ tenẽus ⁊ fidelr p̃dicamus: ꝙ pater genuerit uerbuz: hoc ē ſapiaz p quã facta ſunt omnia: unigenitũ filiũ:unus unũ:eꝛnus coeꝛnũ:ſũme bonus equalr bonũ:⁊ ꝙ ſp̃s ſanctus ſimul ⁊ p̃ris ⁊ filij ſit ſp̃s:⁊ ip ſe conſb̃ſtantialr ⁊ coeꝛnus ãbobus : atqz hoc totum ⁊ trinitas ſit propter ꝓpetatem pſonarꝫ:⁊ unus deus ꝓpter inſeparabilem diuinitatem:ſicut unuſ omnipotens ꝓpr inſepabilẽ oipotẽtiã: ita tñ ut etiam cum de ſingulis q̃rit: unuſq̃ſqz eorꝫ ⁊ ds ⁊ oipotẽs cẽ reſpõdeat.cum vo de oibus ſimul:non tres dij uel tres omnipotentes:ſed unꝰ ds omnipotens:tanta ibi ē in trib̃ iſepabilis unitas:que ſic ſe uoluit predicari.Utꝫaũt boni patris ⁊ boni filij:ſp̃s ſanctus qꝛ communis ãbobus ē:recte bonitas dici poſſit amborꝫ:nõ audeo temerariam p̃cipitare ſententiam: uerũtñ amborꝫ eum dicere ſanctitatem facilꝰ auſus fuero:ñ ãborꝫ quaſi qualitatem:ſed ipſam quoqz ſb̃am ⁊ ttiaz i trinitate pſonaz.Ad hoc.n.me ꝓbabilꝰ ducit:ꝙ cũ ſit ⁊ p̃r ſp̃s ⁊ filꝰ ſp̃s: ⁊ p̃r ſanctus ⁊ filꝰ ſanctus:ꝓpe tamẽ ipſe uocatur ſpiritus ſanctus:tanquã ſanctitas ſb̃alis ⁊ cõſubſtantialis amborꝫ.Sed ſi nihil ē aliud bõitas diuia q̃ ſanctitas:pfecto ⁊ illa diligẽtia rõis ē non preſumptionis audacia:ut i operib̃ dei ſecreto quodam loquẽdi mõ quo noſtra exerceatur intentio: eadez nobis iſinuata itelligat trinitas: unãquãqz creaturam quis fecerit: per q̃d fecerit:propter quid fecerit.Pat q̃ppe intelligit uerbi q̃ dixit ut fiat: qd aũt illo dicente factũ ē:pculdubio p vbuz factũ ē.In eo uero quod dr uidit deuſ qꝛ bonũ ē:ſatis ſignificat deũ nulla neceſſitate:nulla ſue cuiuſq̃ utilitatis indigentia:ſz ſola bonitate feciſſe quod factum eſt.i.quia equaliter bonum: ⁊ ꝙ ſp̃s ſanctuſ ſimul ⁊ p̃ris ⁊ filij bonũ ē.Qd ideo poſtea q̃ factũ ē dr: ut res q̃ facta eſt congruere bonitati propter quã facta ē indicetur.Que bonitas ſi ſp̃s ſanctus recte intelligit: univſa nobis trinitas in ſuis operibus intimat. Inde eſt ciuitatis ſancte q̃ in ſanctis ãgelis ſurſuz eſt:⁊ origo:⁊ informatio: ⁊ beatitudo.Nã ſi querat unde ſit:ds eam condidit.Si unde ſit ſapiens : a deo illuminatur.Si ũde ſit felix : deo fruit:ſb̃ſiſtens modificat:cõtemplanſ illuſtrat:inherẽs iocundatur:ē:uidet: amat:in eternitate dei uiget: in vitate dei lucet:in bonitate dei gaudet.

De tripartita totius philoſophie diſciplina.cap.xxv.

q Uuantum intelligi datur hinc philoſophi ſapientie diſciplinã tripartitam eſſe uoluerunt: immo vo tripartitam eſſe aiaduertere potuerꝫt. Neqz enim ipſi inſtituerunt ut ita eẽt: ſed ita eſſe potius inuenerunt : cuius una parſ appellaret phyſica:altera logica:tertia ethica. Quaꝫ noia latina iã multorꝫ liis frequentata ſunt:ut naturalis:rõnalis: moraliſqz uocarent: quas ẽt i octauo libro breuit ſtrixius. nõ qõo ſit cõſequẽs ut iſti i his trib̃ aliquid ſm deum de trinitate cogitauerint.Quãuis plato primus iſtã diſtributionem reperiſſe ⁊ cõmendaſſe dicat:cui neqz naturaꝫ omniũ auctor niſi deus uiſus eſt : neqz intelligentie dator:neqz ãoriſ quo bñ beateqz uiuatur iſpiratõ.Sz certe cũ de natura ipꝫ

⁊ de rõe indagande ueritatis: ⁊ ꝺ fine boni ad quem cuncta que agimus re' ferre debẽus: diuersi diuersa sentiant: in his tamẽ tribus magnis ⁊ generali bus q̃onibus oꝰ eorum uersatur intẽ tio. Ita ut cum in unaqũaqꝫ earuꝫ ꝯd quisqꝫ sectetur multiplex sit discrepã' tia opionũm: esse tamen aliquã natuꝫ cãm. scie formã: vite sũmã nemo cũcte tur. Tria enim sunt que in unoquoqꝫ homine artifice spectant ut aliq̃d effi' ciat: natura: doctrina: usus. Natura ingenio: doctrina scientia: usus fructu diiudicandus est. Nec ignoro ꝙ ꝓprie fructus fruentis: usus uero utẽtis sit. atqꝫ hoc interesse uideat': ꝙ ea re frui dicimur: q̃ nos non ad aliud referẽda per seipsam delectat. Uti vo ea re quã ꝓpter aliud querimus: uñ tp̃alib' ma gis utenduꝫ est: q̃ fruendũ ut frui me reamur eternis. Non sicut peruersi q̃ frui uolunt nummo: uti aũt deo: qm̃ nõ nũmũ ꝓpter deũ ipẽdũt: sed deum ꝓpter nummum colunt. Uerũtam̃ eo loquẽdi modo quem plus obtinuit cõ' suetudo: ⁊ fructibus utiur: ⁊ usib' fru imur. Naꝫ ⁊ fructus iã ꝓpe dñr agro' rum: quib' utiqꝫ omnes temporaliter utimur. Hoc itaqꝫ more usũ dixerim: i his tribus que in homine spectanda cõmonui: que sunt natura: doctrina: usus. Ex his propter obtinẽdã beataꝫ uitã tripartita ut dixi a phis inuẽta ẽ di' sciplia: natural' ꝓpter naturã: rõnalis ꝓpter doctrinã: moral' ꝓpter usũ. Si ergo natura nostra esset a nobis: pfec to ⁊ nr̃am nos genuissẽus sapientiaꝫ: nec eam ex doctrina. i. aliunde discen' do percipere curaremus: ⁊ nr̃ amor a nobis profectus ⁊ ad nos relatus ad beate uiuẽdũ sufficeret: nec bono alio quo frueremur ullo indigeret. Nũc ue ro quia natura nostra ut esset deũ hẽt auctorem: proculdubio ut va sapiãus ipsuꝫ debemus habere doctoreꝫ: ipsũ etiaꝫ ut beati simus suauitatis itime largitorem.

De imagine summe trinitatis: q̃ ſ̃ quendam modũ in natura ẽ nec dum beatificati hois. cap. xxvi.

e Tnos quidẽ in nobis tã ⁊ si nõ equalẽ: imo ualde lõgeqꝫ distan tẽ: neqꝫ coeternã: ⁊ quo breuius totuꝫ dr̃ nõ eiusdem sb̃stantie cuius est de': tamen quia deo nihil sit in rebus ab eo factis natura ꝓpiq̃us: imaginẽ dei hoc ẽ sũme illi' trinitatis agnoscius: ad hoc reformatiõe perficiendã: ut sit ẽt similitudine ꝓxia. Nã ⁊ sumus: ⁊ nos eẽ nouimus: ⁊ nostꝫ esse ac nosse diligiũs. In his aũt tribus que dixi: nulla nos falsitas uerisimilis turbat. Non. n. ea sicut illa q̃ foris sunt ullo sensu corporis tangimus: uelut colo' res uidendo: sonos audiendo: odores olfaciendo: sapores gustando: dura ⁊ mollia contrectando sentius: quoꝫ se sibiliũ ẽt imagies eis simillimas: nec iam corporeas cogitatione vsãus: me' moria tenemus: ⁊ per ipsas in istoruꝫ desideria cõcitãur: ſ̃ sine ulla phãta siaꝫ uel phantasmatũ imaginatione ludificatoria me esse me idqꝫ nosse ⁊ amare certissimũ ẽ. Nulla in his uerisi academicoꝫ argũmta formido dicen' tium. Quid si falleris? Si. n. fallõ: sũ. Nã qui non ẽ: utiqꝫ nec falli põt: ac p hoc sũ si fallor. Quia ergo sũ q̃ fallõ: quomõ esse me fallor: qm̃ certũ est me esse si fallor? Quia igitur essem qui fallerer: etiam si fallar proculdubio i eo ꝙ me noui esse nõ fallor. Cõsequẽs ẽ aũt ut etiã in eo ꝙ me noui nosse: nõ fallar. Sicut enim noui me esse: ita no ui ẽt hoc ipsum nosse me. Eaqꝫ duo cum amo: eundeꝫ quoqꝫ amorem q̃d dã ẽtiũ nec imparis estiatiõis eis quas noui rebus adiungo. Neqꝫ enim fallõ amare me: cũ in his q̃ amo nõ fallar. Quanq̃ ⁊ si illa falsa essent: falsa me

amare uerum esset. Nã quo pacto rec te reprehenderer: ⁊ recte ꝓhiberer ab amore falsorꝫ: si me illa amaẽ falsum esset? Cũ vo ⁊ illa uera atq; certa sint: q̃ dubitet ꝙ eorꝫ que amãt ⁊ ipe ãor uerus ⁊ certus est? Tã porro nemo est q̃ eẽ se nolit: q̃ nẽo ẽ q̃ ñ eẽ bt̃us uelit. Quõ.n.pot beatus eẽ si nihil sit.

De essentia ⁊ sciẽtia ⁊ ut̃usq; amore.cap.xxvij.

i Ta vo ui quadã naturali ipsuz eẽ iocũdũ ẽ: ut nõ ob aliud ⁊ hi qui miseri sunt nolint interire. Et cuz se miseros esse sentiant: nõ seipos de rebus: sed miseriã suã poti' auferri uelit. Illis ẽt ⁊ q̃ sibi miserrimi appent: ⁊ plane sunt: ⁊ nõ solũ a sapientibus qm̃ stulti: uerꝫ ẽt ab his qui beatos se putant: miseri iudicant: qr pauperes atq; mendici sunt: siquis imortalitatẽ daret qua nec ipsa miseria moreret: ꝓ posito sibi ꝙ si in eadẽ miseria sẽp esse nollent: nulli ⁊ nusq̃ essent futuri: sed oimodo perituri: pfecto exultarent letitia: ⁊ sic semp eligerent eẽ q̃ oio nõ esse. Huius rei testis est notissimus sẽsus eorꝫ. Unde.n.mori metuũt: ⁊ malunt in illa erũna uiuere: q̃ eã morte finire: nisi qr satis appet q̃ ẽfugiat natura nõ esse? Atq; iõ cũ se nouerint eẽ moritos: pro magno bñficio sibi hãc impendi misericordiam desiderãt: ut aliq̃to pducti' in eadẽ miseria uiuãt: tardiusq; moriant. Proculdubio ẽgo indicãt: imortalitatẽ saltẽ talẽ q̃ ñ habeat finem mendicitatis: quanta gratulatione susciperent. Quid aialia oia ẽt irrationabilia: quib' datũ ñ est ista cogitare: ab iñsis dracõibus usq; ad exiguos uermiculos? Nonne se eẽ uel le atq; ob hoc intitũ fugere: oib' q̃b' pñt motibus indicant? Quid arbusta oñsq; frutices: quib' nullus ẽ sẽsus ad uitandã mãifesta motiõe perniciẽ? Nonne ut in auras tutũ cacumis germẽ emittant: altius terre radices affigunt quo aliñtũ trahãt: atq; ita suuz quodãmõ eẽ ꝓfuẽt? Ipa postrẽo cõporã q̃b' nõ solũ sensus: sz nec ulla saltẽ sciãlis est uita: ita tamen uel exiliunt ĩ supna: uel in ima descendunt: l' libratur in medũ: ut essentiã suã ubi fm naturã pñt esse custodiant. Iã vo nos se q̃tũ amet: q̃q; falli nolit natura humana: uel hic intelligi põt: ꝙ lañtari q̃sq; sana ñte malunt: q̃ letari ĩ amẽtia. Que uis magna ⁊ mirabilis mortalib' preter homini animantibus nl' la ẽ: lz eorꝫ q̃busdã ad istã lucẽ cõtuendã multo q̃ nobis sit acrior sensus oculorꝫ: sz lucẽ illã icorporeã cõtingere neq̃ũt: qua mens nostra quodãmodo radiat: ut de his oibus recte iudicare possimus. Nã inq̃tũ eam capimus: ĩtantũ id possumus. Uerũtñ iest sẽsib' irrationaliũ: ⁊ si scia nullo mõ: at certe q̃dã scie similitudo. Leta aũt rerꝫ corporaliũ non quia sentiunt: sed qr senti untur sensibilia nũcupata sunt. Quorum in arbustis hoc simile est sensib': ꝙ alunt ⁊ gignunt. Uerũtñ ⁊ hec oia corporalia latentes in natura cãs hñt: sz formas suas quib' mundi huius uisibilis structura formosa ẽ: sentiendas sensibus prebent: ut pro eo ꝙ nosse ñ possunt: quasi innotescere uelle uideãtur. Sed nos ea sensu corporis ita capimus: ut de his nõ sensu corporis iudicemus. Habemus.n.aliũ interioris hois sensũ isto onge prestãtiorẽ: quo iusta ⁊ iniusta sentimus: iusta per intelligibilem speciem: iniusta sentimus p eius priuationem. Ad huius sensus officium non acies pupille: nõ foramẽ auricule: non spiramenta nariũ: ñ gustus faucium: non ullus corporeꝰ tactus accedit. Ibi me ⁊ esse: ⁊ hoc nosse certus sum: ⁊ hoc amo: atq; amaẽ me similiter certus sum.

An ēt ipsum amorem quo ⁊ esse ⁊ scire diligimus diligere debeamus: quo magis diuine trinitatis imagini propinquamus.cap.xxviij.

Sed de duobus illis essentia.s.⁊ noticia:q̄tum amentur i nobis: ⁊ quēadmodum ēt in ceteris reb⁹ que infra sūt:eorq̄ repiat̄ ⁊si differens q̄dā tm̄ similitudo:q̄tum suscepti huius operis rō uisa ē postulare:satis dixius. De amore aūt quo amant̄:utq̄ ⁊ ipse amor amet̄:non dictū ē. Amat̄ autez: ⁊ hinc probamus:q̄ in hoibus q̄ rectius amant̄:ipse magis amet̄. Neq̄ ciz uir bonus merito dī q̄ scit qō bonū ē: sz q̄ diligit. Cur ergo ⁊ in nobisipsis nō ⁊ ipsum amorem nos amaī sētius: quo amamus q̄cq̄d bōi amamus? Est enim ⁊ amō quo amat̄:⁊ qō amāduz nō est. Et istum amorem odit in se: q̄ illum diligit quo id amat̄ qō amādū est. Possunt enim ambo esse in uno homine: ⁊ hoc bonum est homini ut illo proficiente quo bn̄ uiuimus: iste deficiat qūo male uiuimus: donec ad pfectum sanet̄:⁊ in bonū cōmutet̄ omne qō uiuimus. Si enim pecora eēm⁹: carnalem uitam ⁊ quod secunduz sensum eiusdem est amaremus:idq̄ esset sufficiens bonum nostr̄: ⁊ ꝗm hoc cū esset nobis bn̄:nihil aliud querēmus. Item si arbores essemus: nihil q̄dem sentiente motu amare posseūs:uerūtm̄ id quasi appetere uideremur quo feracius essemus:uberiusq̄ fructuose. Si essemus lapides:aut fluctus:aut uēt⁹: aut flamma uel quid eiusmodi:sine ullo quidem sensu atq̄ uita: ñ tm̄ nobis deceēt quasi quidā nostrorū locorū atq̄ ordis appetitus. Nam velut amores corporū momenta sunt ponderū: siue deorsū grauitate:siue sursū leuitate nitant̄:ita.n.corpus pondē: sicut animus amore fert̄:quocūq̄ fert̄.. Qm̄ igitur hoies sumus ad nīi creatoris imagiez creati:cuius est uera eternitas: etna ueritas:etna ⁊ uera caritas:ēq̄ ipe etna ⁊ uera trinitas :neq̄ confusa neq̄ separata.in his quidē reb⁹ que ifra nos sunt:qm̄ ⁊ ipsa nec aliquo modo eēnt nec aliqua specie continerentur:nec aliquem ordinem uel appeterent uel tenerent:nisi ab illo facta essent q̄ sūme est:qui summe sapiens est: qui sūme bonus est:tanquam per omnia q̄ fecit mirabili stabilitate currentes:quasi q̄dam eius alibi magis alibi minus impssa uestigia colligamus:in nobis aūt ipsis eius imaginē contuentes: tanq̄ minor ille euangelicus filius ad nosmetipsos reuersi surgamus: ⁊ ad illū redeamus a quo peccando recessera mus. Ibi eē nīz ñ hēbit mōtē:ibi nosse nīm non habebit errorez:ibi amaī nostrum non habebit offensionem. Nūc aūt ista tria nīa q̄uis certa teneamus: nec alīs ea credamus testibus:sz nos ipsi presentia sentiamus:atq̄ interiōe ueracissimo cernamus aspectu: tamē q̄diu futura:uel utrum nunquam defutura:⁊ quo si male: quo aūt si bene agant̄ peruentura sint:qm̄ per nosipsos nosse non possumus:alios hinc testes uel querimus uel habemus:de quorum fide cur nulla debeat esse dubitatio:ñ est iste sz posterior erit diligenti⁹ differendi locus. In hoc aūt libro de ciuitate dei q̄ nō pegrinat̄ in hui⁹ uite mortalitate: sz imortal̄ semp i cel̄ ē.i. de angelis sanctis deo coherentibus: qui nec fuerūt unq̄ nec futuri sunt desertores:int̄ quos ⁊ illos qui eternam lucem deserentes tenebre facti sūt:deum pmitus diuisisse iaz diximus: illo adiuuāte quo ⁊ cepimus ut possum⁹ explicemus.

De sanctorum angelorum scientia: qua trinitatem in ipsa eius deitate nouerunt: qua operum causas prius

in operante arte q̃ in ipsis operibus artificis intuentur.cap.xxix.

i Illi q̃ppe ãgeli sancti ñ per vba sonantia deũ discunt:sz p ipam pñtiam immutabilis ueritatis:hoc est vbum eius unigenitum. Et ipsum uerbum ⁊ patrem ⁊ eorum sp̃m sanctuz: eãqz esse inseparabilem trinitatem:singulasqz in ea personas unã esse sb̃am: ⁊ tamen omnes non tres deos esse: sz unum deũm ita nouerunt: ut eis magis ista sit nota q̃ nosipsi nobis cogniti sumus:ipsam quoqz creaturam melius ibi:hoc est in sapientia dei tanq̃ i arte qua facta ẽ:q̃ in ea ipsa sciũt: ac p hoc ⁊ seipsos ibi melius q̃ in seip̃is: ueruntñ ⁊ in seipsis.facti sunt.n.⁊ aliud sunt q̃ ille qui fecit. Jbi ergo tanq̃ i cognitione diurna:in seipsis aũt tãq̃ in uespria:sicut supra iã dixius. Multum autem differt utrum in ea rõe cognoscatur aliquid secundũ quam factum ẽ:an in seip̃o:sicut aliter scit̃ rectituoo lineaz seu ueritas figuraz cum intellecta conspicit̃:alit̃ cũ i puluẽ scribitur:⁊ aliter iustitia describit̃ i vitate icõmutabili:aliter in aia iusti sic deidecta:sicut firmamẽtum inter aquas superiores ⁊ inferiores:quod celum uocatum est:sicut deorsum aquaz cõgeries terreqz nudatio ⁊ herbarum istitutio atqz lignoz : sicut solis ac lune stellazqz conditio:sicut ex aquis aialium uolucrum.s.atqz piscium beluarũqz natantium:sicut quorũcũqz i terra gradientium atqz repentium: ⁊ ip̃ius hominis qui cunctis in terra rebus excelleret. Omnia hec aliter in uerbo v̄bi cognoscuntur ab angelis:ubi habent cãs rationesqz suas.i.secundum quas facta sunt incommutabiliter permanẽtes:aliter i seipsis:illic clariore:hic obscuriore cognitione:uelut artis atqz operum. Que tamen opera cum ad ipsius creatoris laudem ũenerationẽqz referuntur:tanquam mane lucescit in ñtibus contẽplantiũ.

De senarij numeri perfectione:qui partium suarum quantitate complet̃. cap.xxx.

h Et autez propter senarij numeri perfectionez eodem die sexies repetito sex diebus perfecta narrant̃. non quia deo necessaria fuerit mora temporum:quasi qui non potuerit creare omnia simul:que deinceps cõgruis motibus peragerent tempora : sed quia per senarium numerum est operum signata perfectio. Numerus quippe senarius primus completur suis ptibus.i.sexta sui parte ⁊ tertia ⁊ dimidia:que sunt unum ⁊ duo ⁊ tria : que in summam ducta sex fiunt . Partes autem in hac consideratione numerorum ille intelligende sunt que quote sint dici pōt:sicut dimidia:tria : quarta:⁊ deiceps ab aliquo numero denominate. Neqz enim exempligratia:q̃a in nouenario numero quatuor pars aliqua eius est:ideo dici potest quota eius sit:unum autem potest: nã nona eius est:⁊ tria potest:naz tertia ẽ eius. Coniuncte uero iste due partes eius: nona.s.atqz tertia:id est unũ ⁊ tria:lõge sunt a tota summa eius:quod ẽ nouem. Jtẽqz in denario quaternarius ẽ aliqua pars eius:sed quota sit dici nõ potest.unum autem potest:nam decia pars eius est. Habet ⁊ quintam q̃ sũt duo:habet dimidiam que sunt q̃nqz. Sed he tres partes eius:decima ⁊ q̃nta ⁊ dimidia:id est unum ⁊ duo ⁊ q̃nqz simul ducte non complent decem: sunt enim octo. Duodenarij uero partes numeri in summam ducte:transeunt eum. Habet enim duodecimã qõ est unum:habet sextaz que duo sunt: habet quartam que sunt tria : habet tertiam que sunt quatuor: habet

⁊ dimidiam que sunt sex: unum aũt ⁊ duo ⁊ tria ⁊ quatuõ ⁊ sex non duodecim sed amplius: id est sexdecies fiunt. Hoc breuiter cõmemorandũ putaui: ad commendandam senarij numeri pfectionem: qui primus ut dixi ptibus suis in summas redactis ipse perficit: in quo perfecit deus opera sua. Unde ratio numeri cõtemnenda non ē: que in multis sanctarum scripturarum locis q̃ magni estimãda sit elucet diligẽt intuentibus. Nec frustra in laudibus dei dictus est: omnia in mensura ⁊ numero ⁊ pondere disposuisti.

De die septimo in quo plẽitudo ⁊ requies commẽdatur. cap. xxxi.

i Ꝛ septio aũt die. i. eodẽ die septies repetito: qui numerus etiã ipse alia ratione pfectus ē: dei requies cõmẽdatur: in qua primũ sanctificatio sonat. Ita deus uoluit istum diem in illis suis operibus sanctificare: sed in requie sua que non habet uespam. Neqꝫ eim ulla creatura est: ut etiam ipsa aliter in dei vbo: aliter in se cognita faciat aliã uelut diurnã: aliam velut uespertinas noticiam. De septenarij põro numeri pfectione dici quidẽ plura possunt: ſz liber iste iam plixus est: ⁊ uereor ne occasione comperta scientiolam nostras leuiter magis q̃ utiliter iactare uelle uideãur: hñda est itaqꝫ rõ moderationis atqꝫ grauitatis: ne forte cum ō numero multum loqmur: mſurã ⁊ põo negligẽ iudicemur. Hoc itaqꝫ satis sit admonẽ: q̃ totus ipar pmus nũerus ternarius est: totus par quatnarij: ex quibus duobus septenarius constat. Ideo p uniuerso sepe ponit: sicuti est septies cadet iustus ⁊ resurget. i. quotiẽscunqꝫ ceciderit non peribit. Qõ ñ de iniquitatibus sed de tbulationibus ad humilitatem pducentib' intelligi uoluit. Et septies ī die laudabo te. qõ alibi alio mõ dictũ ē: semp laus eius ī ore meo. Et multa huiusmodi ī diuis auctibus reperiuntur: in quibus septenarius numer' ut dixi pro cuiusqꝫ rei uniuersitate poni solet. Propter hoc eodẽ sepenumero signatur spirit' sãctus de quo dñs ait. Docebit uos omnem ueritatem. Ibi requies dei qua re quiescitur in deo. In toto quippe id ē plena perfectione requies: in pte autẽ labor. Ideo laboramus q̃diu ex parte scimus: sed cum uenerit quod pfectus est: quod ex parte ē euacuabitur. Hic est q̃ etiam scripturas istas cũ labore rimamur. sancti uero angeli quorum societati ⁊ congregationi in hac peregrinatione laboriosissima suspiram': sicut habent permanendi eternitatem: ita cognoscendi facilitatem: ⁊ requescẽdi felicitatẽ. Sic difficultate quippe nos adiuuãt: qm̃ spualibus motib' puris ⁊ liberis non laborant.

De opione eorũ: q̃ ãgl'orũ creationẽ aũriorẽ uolũt eẽ q̃ mundi. cap. xxxii.

n Ꝛ quis aũt cõtẽdat ⁊ dicat: nõ sanctos angelos esse signatos ī eo qõ scriptũ est: fiat lux ⁊ facta ē lux: sed quãlz lucem tunc primũ factã esse corpoream aut opinetur aut doceat. angelos aũt ꝑius esse factos: ñ tantus ante firmamentum quod inter aquas ⁊ aquas factum appellatum est celus: sed ante illud quod dictum est: in principio fecit deus celũ ⁊ terram: atqꝫ illud quod dictum est in principio: non ita dictum tanquam primum hoc factum sit: cum ante fecerit angelos: ſz qꝫ omnia in sapientia fecit: quod est uerbum eius: ⁊ ipsus scriptura principiũ nominauit: sicut ipse in euangelio iudeis querentib' quis esset: respondit se esse principium: non e contrario referam contentionem: maxime quia hoc me delectat plurimum: q̃ etiam ī

ſummo exordio ſancti libri geneſeos trinitas cõmẽdatur: Cum enim ita dr̃ in principio fecit deus celum ⁊ terram atq; pater itelligat̃ feciſſe i filio: ſic̃ at teſtatur pſalm⁹ ubi legit̃: q̃ magnificata ſunt opera tua dñe: oia in ſapientia feciſti: conuenientiſſime paulo p⁹ cõmemorat̃ ẽt ſpiritus ſanctus. Cum enim dẽm eẽt qualem terram deus p̃ mit̃ fecerit: ul̃ quã molem materiam ue future conſtructionis mundi celi ⁊ terre noie nũcupauerit: ſubĩciẽdo et addendo: terra autem erat inuiſibilis ⁊ cõpoſita: ⁊ tenebre erant ſup abyſſũ mox ut trinitatis cõmemoratio cõpleretur: ⁊ ſp̃us inquit dei ſuperferebat̃ ſuper aquas. Proinde ut uolet unuſquiſq; accipiat abhorrentes: quod ita pfundũ ẽ: ut ad exercitationem legẽtium a fidei regula ñ aberrantes: plʒ poſſit generare ſententias: dum tñ angelos ſanctos in ſublimibus celi ſedibus non q̃dẽ deo cõeternos: ſ̃ tñ de ſua ſempiterna ⁊ uera felicitate ſecuros ⁊ certos eſſe nemo ambigat. Ad quorum ſocietatem pertinere paruulos ſuos dñs docens. non ſolum illo ait. erunt equales angelis dei: uerum ipſi quoque angeli qua cõtẽplatione fruentur oñdit ubi ait. uidete ne ꝓtemnatis unum ex his puſillis. Dico eim uobis: q̃ angeli eorũ ĩ celis ſemper uident faciem p̃is mei: qui in celis eſt.

De duabus ãgelorũ ſocietatib⁹ diuerſis atq; diſparibus que non incõgrue intelligũt̃ lucis ⁊ tenebrarũ nomibus nuncupate. c. xxxiij.

p Eccaſſe aũt quoſdã angelos: ⁊ in huius mũdi ima detruſos: qui eis uelut carcer ẽ uſq; ad futuram in die iudicij ultimã dãnationem: apoſtolus petrus apertiſſime oñdit dicẽs q̃ deus angelis peccantibus non pepcit: ſ̃ carceribus caliginis inferni detrudẽs in iudicio puniẽdos tradiderit reſeruari. Inter hos ergo ⁊ illos deũ ul̃ preſciẽtia l̃ ope diuiſiſſe quis dubitet? Illoſq; lucem merito appellari q̃s contradicat? Qñ q̃dem nos adhuc in fide uiuentes: ⁊ eorũ equalitatem adhuc ſperantes utiq; nondum tenẽtes: iã lux dicti ab apoſtolo ſum⁹? Fuiſtis enim inq̃t aliq̃ tenebre: nunc aũt lux in dño. Iſtos uero deſtores tenebras apertiſſime nuncupari: pfecto aduertunt q̃ peiores eẽ eos hoibus infidelibus: ſiue intelligũt ſiue credũt. Qua ppt̃ ⁊ ſi alia lux in iſto hui⁹ libri loco intelligẽda ẽ: ubi legim⁹ dixit deus fiat lux: ⁊ alie tenebre ſignate ſũt in eo q̃ ſcriptũ ẽ: diuiſit de⁹ int̃ lucẽ ⁊ tenebras: nos tñ iſtas duas ãgelicas ſocietates unã fruentẽ deo: alterã tumentẽ ſupbie typo: una cui dr̃ adorate eum ões angeli ei⁹: aliã cui⁹ princeps dicit hec õia t̃ dabo ſi pſtratus adorauerĩs me: unam dei ſancto amore flagrãtẽ: alterã proprie celſitudinis immundo amore fumãtẽ: ⁊ qm̃ ſicut ſcriptum ẽ: deus ſuperbis reſiſtit: humilibus aũt dat gratiam. Illam in celis celorum habitantẽ: iſtã inde deiectam in hoc ĩfimo aereo celo tumultuantem. Illam illuminoſa pietate tranquillam: iſtam tenebroſis cupiditatibus turbulentã: Illã dei nutu clem̃t̃ ſubueniẽtẽ: iuſte ulciſcentẽ: iſtã ſuo faſtu dñandi ⁊ nocẽdi libidine exeſtuãtẽ: Illam ut quã: tũ uult cõſulat dei bõitatis miniſtrã: iſtã ne quãtũ uult noceat dei poteſtate frenatã. Illam huic illudentẽ ut nolẽs proſit pſecutiõib⁹ ſuis: hãc illi iuidentẽ cũ pegrinos colligit ſuos. Nos ergo has duas ſocietates angelicas inter ſe diſpares atq; contrarias: unã et natura bonam et uoluntate rectam: aliam uero natura bonam ſed uoluntate peruerſam alijs manifeſtioribus diuinarum ſcripturarum teſtimonijs declaratas quod etiam in hoc

libro cui nomen est genesis lucis tene
brarũq; uocabulis signatas existima
uimus: et si aliud sensit hoc loco forte
q̃ scripsit: non est inutiliter obscuritas
hui⁹ ptractata sñie: quia ⁊ si uolunta
tem auctoris libri huius idagare neq;
uimus: a regula tñ fidei que per alias
eiusdem auctis sacras litteras satis fi
delibus nota ē: non aberrauimus. Et
si.n. corporalia hec cõmemorata sunt
opera dei: hñt proculdubio nõ nullaz
silitudinem spualium: sm quod dicit
apostolus. Omnes eim uos filij lucis
estis ⁊ filij diei: non sumus noctis ne
q; tenebrarum. Si aũt hoc sensit etiã
ille qui scripsit ad pfectionem dispu
tationis finẽ nostra peruẽit intentio.
ut homo dei tã eximie diuineq; sapiẽ
tie: immo per eũ spus dei in cõmemo
randis operib⁹ dei que oia sexto die
dicit esse perfecta: nullo mõ angelos
pretmisisse credat: siue in principio.
qr primo fecit: siue qõ cõuenienti⁹ in
tellr: in principio qr in verbo unigeni
to fecit: scriptum sit: in principio fecit
de⁹ celum ⁊ terrã. q̃b⁹ nominibus uni
uersalis est signata creatura: ul spual
⁊ corporalis qõ ē credibilius: uel ma
gne due mundi ptes: quib⁹ omnia q̃
creata sunt ptinent: ut pmit⁹ eaz totã
pponeret: ac deinde partes ei⁹ secun
duz mysticũ dierũ numerꝰ exequeret.

De eo q̃ q̃daz putãt in ꝓditione fir
mamenti aquarũ discretarũ nomine
angelos signatos ⁊ q̃ q̃dam aquas
existimant non creatas. c. xxxiiij.

q Uanquaz nonnulli putauerũt
aquarum noie signatos quodã
mõ populos angelorũ: ⁊ hoc esse qõ
dictum ē. Fiat firmamentũ iter aquaz
⁊ aquam: ut supra firmamẽtũ angeli
intelligãt: infra uero l aque iste uisibi
les: uel malorum angelorꝰ multitudo
uel õium hominũ gẽtes. Quod si ita
ē: non illic apparet ubi facti sunt an
geli: sz ubi discreti. Quãuis ⁊ aquas
quod peruersissime atq; impie uani
tatis ē negent q̃dem factas a deo: qm̃
nusq̃ scriptum ē: dixit deus fiant aq̃.
Quod pñt simili uanitate ēt de terra
dicere. Nusquã eniz legit. Dixit deus
fiat terra. Sed inquiunt: scriptuz est:
in principio fecit deus celum ⁊ terraz
illic ergo ⁊ aqua intelligenda ē. Uno
enim noie utrunq; comprehensuz ē.
Nam ipsius est mare sicut in psalmo
legitur: ⁊ ipse fecit illud: ⁊ aridam ma
nus eius finxerũt. Sed hi qui in noie
aquarum que super celos sunt: ange
los intelligi uolunt: ponderibus elem̃
torum mouentur: ⁊ ideo non putant
aquarũ fluidam grauẽq; naturam in
superioribus mundi locis potuisse cõ
stitui. Qui secundum rationes suas
si ipsi hominem facere potuissent: nõ
ei pituitam quod grece phlegma dici
tur: ⁊ tanquam in elementis corporis
nostri aquarum uicem obtinet: in ca
pite ponerent. Ibi enim sedes est phle
gmatis: secundum dei opus utiq; ap
tissime: secundum istorum autem con
iecturam tam absurde: ut si hoc nesci
remus: ⁊ in hoc libro similiter scrip
tum esset: q̃ deus humorem fluidum
⁊ frigidum ac per hoc grauem: in
superiore omnibus ceteris humani
corporis parte posuerit: isti trucinato
res elementorum nequaquam crede
rent. Et si auctoritati eiusdem scriptu
re subditi essent: aliquid aliud ex hoc
intelligenduz esse censerent: Sed quo
niam si diligenter singula scrutemur
atq; tractemus: que in illo diuino li
bro de constitutione mundi scripta
sunt: ⁊ multa dicenda: ⁊ a proposito
instituti operis longe digrediendum
est: ianq; de duabus istis diuersis in
ter se atq; contrarijs societatibus an
gelorum: in quibus sunt quedam ex
ordia duarum etiam i rebus hũanis

ciuitatum:de quibus deinceps dicere institui.quantum satis esse uisum est disputauimus.hunc quoqz librum a liquando claudamus.

Aurelij augustini de ciuitate dei liber duodecim⁹.

De una bonorz ãgelorũqz natura .c.primum.

NTEQUAꝫ de institutione hominis dicaꝫ: ubi duarum ciuitatum quantũ ad ratiõaliũ mõtaliũ que gen⁹ attiet : appebit exõtus:sicut supiore libro apparuisse in angelis iã uidet: pri⁹ mihi q̃dã de ipsis ãgelis uideo esse dicenda:q̃b⁹ demonstretur quantum a nobis potest:quam non inconueniens neqz incongrua dicatur esse hominibus angelisqz societas:ut non quatuor: duescilicet angelorũꝫ totidemqz hominũ sed due potius ciuitates hoc est societates merito esse dicantur: una in bonis altera in malis non soluꝫ angelis uerumetiam ĩ hominibus constitute. Angelorum bonorum ⁊ malorum inter se contrarios appetitus:non naturis principijsqz diuersis:cum deus õium substantiarum bonus auctõ ⁊ cõditor utrosqz creauerit:sed uoluntatibus ⁊ cupiditatibus extitisse dubitaẽdas non est. dum alij constantes in cõmuni omnibus bono quod ipse illis deus est:atqz in eius eternitate:ueritate caritate persistunt. Alij sua postate potius delectati:uelut suum bonum sibiipsi essent:a superiore cõmuni omnium beatifico bono ad propria defluxerunt:⁊ habentes elationis fastuꝫ pro excellentissima eternitate:uanitatis astutiam pro certissima ueritate: studia partium pro indiuidua caritate:superbi fallaces inuidi effecti sunt. Beatitudinis igitur illorum causa est adherere deo. quo circa istorum miserie causa ex cõtrario ẽ itellenda:qõ ẽ ñ adherẽ deo. Quam obrem si cum queritur quare illi beati sint:recte respondetur:quia adherent deo. Et cuꝫ queritur:cur isti sunt miseri:recte respondetur:quia non adherẽt deo. Nõ est creature rationalis uel intellectualis bonuꝫ quo beata sit:nisi deus. Ita quãuis non omnis beata possit esse creatura:neqz enim hoc munus adipiscuntur:aut capiũt fere:ligna: saxa: ⁊ siquid huiusmodi est:ea tamen que potest:non ex seipsa potest:quia ex nihilo creata est:sed ex illo a quo creata est. Hoc enim adepto beata est:quo a misso misera est. Ille uero qui nõ alio sed seipso beatus est:ideo miser non potest esse:quia non se potest amittere. Dicimus itaqz immutabile bonuꝫ non esse:nisi unum uerum deum beatum:ea uero que fecit bona quidem esse ꝙ ab illo: uerũtamen mutabilia: ꝙ non de illo sed de nihilo facta sunt. Quanquam ergo summa non sint quibus est deus maius bonũ: magna sunt tamẽ ea mutabilia bona: que adherere possunt:ut beata sint immutabili bono : quod usqzadeo bonum est eorum:ut sine illo misera necesse esse sit. Nec ideo cetera in hac creatura uniuersitate melioza sunt: quia misera esse non possunt:neqz enim membra cetera corporis nostri ideo dicendum est occulis esse meliora: quia ceca esse non possunt. Sicut autem melior est natura sentiens ⁊ cuꝫ dolet:q̃ lapis qui dolere nullo modo potest: ita rationalis natura prestantior est etiam misera:q̃ illa que rationis uel sensus est expers: ⁊ ideo in eam non

cadit miseria. Quod cum ita sit: huic nature que in tanta excellentia creata est: ut licet sit ipsa mutabilis: inherendo tamen incommutabili bono id est summo deo beatitudinem consequatur: nec expleat indigentiam suam: nisi utiq; beata sit: eiq; explende nō sufficiat nisi deus: profecto non illic adherere uitium est: omne autem uitiuz nature nocet: ac per hoc contra naturam est. Ab illa igitur que adheret deo: non natura differt ista: sed uitio: quo tamen uitio etiam ualde magna multumq; laudabilis ostenditur ipsa natura. Cuius enim recte uituperatū uitium: proculdubio natura laudatū. Nam recta uitij uituperatio est: q̃ illo dehonestatur natura laudabilis. Sicut ergo cum uitium oculorum dicitur cecitas: id ostenditur q̃ ad naturam oculorum pertinet usus: ⁊ cum uitium aurium dicitur surditas: ad earum naturam pertinere demonstratur auditus. Ita cum uitium creature angelice dicitur: q̃ non adheret deo hinc apertissime declaratur eius nature: ut deo adhereat conuenire. Quaz porro magna sit laus adherere deo: ut ei uiuat: inde sapiat: illo gaudeat: tantoq; bono sine morte: sine errore: sine molestia perfruatur: quis cogitare digne possit aut eloqui? Qua propter etiam uitio malorum angelorum quo non adherent deo: quoniam omne uitium nature nocet: satis manifestatur deum tam bonam corum creasse naturam: cui noxium sit non esse cum deo.

Nullam essentiam deo esse contrariam: quia ab eo qui summe est ⁊ semper est: hoc totum uidetur diuersum esse quod non est. c. ij.

h Ec dicta sunt ne quisquam cū de angelis apostaticis loq̃mur: existiet eos aliam l' ex alio principio habere potuisse naturam: nec eorum nature auctorem deuz. Cuius erroris impietate tanto quisq; carebit expeditius ⁊ facilius: quanto perspicatius intelligere potuerit: quod per angeluz dixit deus quando moysem mittebat ad filios israel: ego sum qui sum. Cuz .n. deus sūma essentia sit: hoc est summe sit: ⁊ ideo immutabilis sit: rebus quas ex nihilo creauit: esse dedit: sed non summe esse: sicut ipse est: ⁊ alijs dedit esse amplius alijs minus: atq; ita naturas essentiarum ordinauit. Sicut enim ab eo q̃ est sapere uocatur: sapientia: sic ab eo q̃ est esse uocatur: essentia. nouo quidem nomine quo usi ueteres non sunt latini sermōis auctores: sed iam nostris temporibus usitato: ne deesset etiam lingue nostre quod greci appellant usiam. Hoc enim uerbum e uerbo expressum est ut diceretur essentia. Ac per hoc ei nature que summe est: qua faciente sunt quecunq; sunt: contraria natura non est: nisi que non est. Ei quippe quod ē non esse contrarium est. Et propterea deo: id est summe essentie ⁊ auctori ōium qualiuncunq; essentiarum: essentia nulla contraria est.

De inimicis dei non per naturam sed per contrariam uoluntatem: que cum ipsis nocet bone utiq; nature nocet: quia uitiū si non nocet non ē. c. ij.

d Icuntur autem in scripturis inimici dei: qui non natura sed uitijs aduersantur eius imperio: nihil ei ualentes nocere sed sibi. Inimici eiz sunt resistendi uoluntate: non potestate ledendi. Deus nanq; mutabilis est ⁊ omni modo incorruptibilis. Idcirco uitium quo resistunt deo: qui eius appellantur inimici: non est deo sed ipsis malum: neq; hoc ob aliud nisi

quia corrumpit in eis nature bonum Natura igitur contraria non est deo sed uitium: quia quod malum est: cõtrarium est bono. Quis autem neget deum summe bonum? Uitium ergo contrarium est deo: tanq̃ malum bono. Porro autem bonum est: ⁊ natura quam uitiat: vnde ⁊ huic bono utiq̃ contrariũm est. Sed deo tantum modo tanq̃ bono malum: nature uero quam uitiat non tantum malum: sed etiam noxium. Nulla quippe mala noxia: sed mutabilibus corruptibilibusq̃ naturis: bonis tamen ipsorũ quoq̃ testimonio uitiorum. Si enim bone non essent: eis uitia nocere non possent. Nam quid eis nocendo faciunt nisi adimũt integritatem: pulchritudinem: salutem: virtutem: ⁊ quicq̃d boni nature per uitium detrahi siue minui consueuit? Quod si omnio desit nihil boni adimendo nõ nocet. Ac per hoc nec uitium est. Nam esse uitium: ⁊ non nocere non potest: vnde colligitur quamuis non possit uitiũ nocere incommutabili bono: non tamen posse nocere nisi bono: quia non inẽ nisi ubi nocet. Hoc etiam isto modo dici potest: uitium esse nec in summo posse bono: nec nisi in aliquo bono. Sola ergo bona alicubi esse possunt: sola mala nusq̃: quoniam nature etiã ille que ex male voluntatis uitio uitiate sunt: inquantum vitiate sunt: male sunt: inquantum autem nature sũt bone sunt. Et cum in penis est natura vitiosa. excepto eo q̃ natura est: etiam hoc ibi bonum est: q̃ impunita non ẽ Hoc enim est iustum: ⁊ omne iustum proculdubio bonum. Non enim quisq̃ de vitijs naturalibus: sed de uoluntarijs penas luit. Nam etiam q̃ vitiũ consuetudine nimio ue progressu roboratum velut naturaliter inoleuit a uoluntate sumpsit exordium: De vitiis quippe nunc loquimur: eius natuã cui mens inest capax intelligibilis lucis qua discernitur iustum ab iiusto.

De natura irrãcionaliũ: aut uita carentiũ: que in suo genere atq̃ ordine ab vniuersitatis decore non discrepat. c. iiij.

c Eterum uitia pecorum ⁊ arborum: aliarunq̃ rerum mutabilium atq̃ mortalium: vel intellectu vel sensu vel vita omnino carentium: quibus eorum dissolubilis natura corrũpitur: damnabilia putare ridiculũ ẽ: cum iste creature eum modum nutu creatoris acceperint: ut cedẽdo ac succedendo peragant: infimam pulchritudinem temporum ingenere suo istũ mundi partibus congruentem. Neq̃ enim celestibus fuerant terrena coequanda: aut ideo vniuersitati deesse ista debuerunt: quoniam sunt illa meliora. Cum ergo in his locis vbi esse talia competebat: alijs alia defficientibus oriuntur: ⁊ succumbunt minora maioribus: ⁊ in qualitates superantium superata vertuntur: rerum est ordo transeuntium. Cuius ordinis decõnos propterea non delectat: quoniam parti eius pro conditione nostre mortalitatis intexti vniuersum cui particuleque nos offendunt satis apte decenteq̃ conueniunt: sentire non possumus. Unde nobis in quibus eam ⁊ templari: minus idonei sumus: rectissime credenda precipitur prouidentia conditoris: ne tanti artificis opus in aliquo reprehendere uanitate humane temeritatis audeamus. Quanquã ⁊ vitia rerum terrenarum non uoluntaria neq̃ penalia: naturas ipsas quarum nulla omnino est cuius non sit auctor ⁊ conditor deus: si prudenter attendamus: eadem ratione comendant: quia ⁊ in eis hoc nobis per uitium tolli displicet: quod in natura pla

cet:nisi quia hominibus etiaꝫ ipse natu re plerunqꝫ displicet:cum eis fiunt noxie.non eas considerantibus sed u tilitatem suaꝫ sicut illa animalia quo rum abundantia egyptiorum superbi a uapulauit. Sed isto modo possunt ipsi ⁊ solem uituperare:quoniam qui dam peccantes vel debita non reddē tes poni a iudicibus iubētur ad solē: Non itaqꝫ ex commodo ꝑ incōmodo nostro:sed per seipsa cōsiderata natu ra:dat artifici suo gloriam. Sic est ⁊ natura ignis eterni sine ulla dubi tatione laudabil:q̄uis dānatis ipīs futura penalis. Quid .n. est igne flā mante uigēte atqꝫ lucente pulchrius? Quid calefaciente:curante:coquēte u tilius:quāuis eo nihil sit urēte mole stius? Idē igī ipse penal: appositus p nitiosus est:q̄ cōuenienter adhibitus commodissimus iuenitur. Nam eius in vniuerso mundo vtilitates verbis explicare quis possit? Nec audiendi sunt qui laudant in igne lucē:ardoreꝫ autem vituperant videlicet non ex sui natura:sꝫ ex suo cōmodo ꝑ incōmodo. Uidere enim uolūt:ardere nolūt. Sꝫ parum attendūt:eā ipsam lucem que certe ⁊ illis placet:oculis infirmis per inconuenientiam nocere: ⁊ in illo ar dore qui eis displicet:nonnulla aīalia per inconuenientiam salubriter uiuē.

Q̄ in ōni natura specie ac modo laudabilis sit creator.c.v.

n Ature igitur omnes quoniam sunt:⁊ ideo habent modum su um:speciē suā:⁊ quandam secū pacē suā:pfecto bone sunt: Et cū ibi sunt vbi esse per nature ordinem debent: quātum acceperūt suum esse custodi unt:⁊ q̄ semper esse non acceperunt: p vsu casu motuqꝫ rex quibus crea toris legi sōdūtur:in melius deriusue mutantur:in eum diuina puidentia tendentes exitum:quē ratio gubernā de vniuersitatis includit:ita vt hec tā ta corruptio quanta vsqꝫ ad interitū naturas mutabiles mortalesqꝫ perdu cit:sic faciat non esse quod erat:vt nō inde fiat consequenter quod esse debe bat. Que cum ita sint :deus qui sum me est:atqꝫ ob hoc ab illo facta est omnis essentia: que non summe est: quia neqꝫ illi equalis esse deberet que de nihilo facta esset:neqꝫ ullo modo esse posset:si ab illo facta nō esset:nec vllorum vitiorum offensione vitupe randus:sed omnium naturarum cōsi deratione laudandus est.

Que causa sit beatitudinis angelo rum bonorum:⁊ que causa sit miserie angelorum malorum.c.vi.

p Roinde causa beatitudinis an gelorꝫ bonorꝫ ea verissima repi tur:q̄ ei adherent qui sūme ē. Cum vero causa miserie malorꝫ angelorum queritur:ea merito occurrit:q̄ ab illo qui sūme est auersi ad seipsos conuersi sunt:qui non summe sunt:⁊ hoc viti um quid aliud q̄ superbia nūcupat? Initiū quippe omnis peccati supbia. Noluerunt ergo ad illum custodire for titudinem suam:⁊ qui magis essent: si ei qui summe est adhererent: se illi preferendo id quod minus est pretule rūt. Hic primus defectus ⁊ prima in opia:primūqꝫ vitium eius nature q̄ ita creata est:vt nec summe esset:⁊ ta men ad beatitudinem habendam eo qui summe est frui posset:a quo auer sa. non quidem nulla sed tamen mi nus esset:atqꝫ ob hoc misera fieret. Huius porro male uoluntatis causa efficiens si queratur nihil iuēit. Quid est enim quod facit voluntatem malā cū ipsa faciat op malū? Ac per hoc mala uoluntas efficiēs est operis ma li: male autem voluntatis efficiens

nihil est. Quoniam si res aliqua est: aut hz aut non habet aliquam volũtatẽ. Si hz: aut bonã profecto hz aut malam. Si bonam: quis ita desipiat: vt dicat: q̃ bona voluntas faciat volũtatem malam? Erit enim si ita est bõa volũtas cã peccati: quo absurdius putari nihil potest. Si autez res ista que putatur facẽ voluntatem malaz: ipsa quoqz habet voluntatem malam: etiã eam que fecerit: res consequenter inq̃rogo: Atqz vt sit aliquis iq̃rẽdi modꝰ causam prime voluntatis male inquiro. Non est enim prima voluntas mala: quam nulla facit voluntas ẽt mala: sed illa prima est quam nulla facit Nam si precessit a qua fieret: illa priõ est que alteram fecit. Si respondeatũ q̃ eam nulla res fecerit: ⁊ ideo semper fuerit: quero utrum in aliqua natura fuerit. Si enim ĩ nulla fuit: omnino ñ fuit. Si autem in aliqua: vitiabat eaz ⁊ corrumpebat: eratqz illi noxia: ac p hoc bono priuabat. Et ideo in mala natura voluntas mala esse non poterat: sz in bono mutabili tamen cui vitium hoc posset nocere. Si.n. non nocuit: nõ vtiqz vitium fuit: ac p hoc nec voluntas mala fuisse dicenda ẽ. Dõro si nocuit: bonum auferẽdo l̃ minuendo: vtiqz nocuit. Non igitur esse potuit sẽpiẽna voluntas mala in ea re: ĩ qua bonum naturale ꝯcesserat: quod mala voluntas nocendo possit adimere. Si ergo non erat sẽpiterna: quis ẽ az fecerit quero. Restat vt dicat: q̃ ea res fecerit malã volũtatez: in qua nulla voluntas fuit. Hec vtrum superior sit requiro: an inferior: an equalis. Sz si superior vtiqz melior. Quomodo ergo nullius: ac non potius bone voluntatis? Hoc idem pfecto ⁊ equalis si fuerit: dici potest. Duo quippe q̃diu sũt pariter voluntatis bone: non facit alter in altero uoluntatem malam. Relinquitur vt inferior res cui nulla voluntas est: fecerit angelice nature pria peccauit voluntatem malam: Sed etiam res ipsa quecunqz est inferiõ usqz ad infimam terram: quoniam natura ⁊ essentia est: procul dubio bona est: habens modum et speciem suam in genere atqz ordine suo. Quomodo ergo res bona efficiens est voluntatis. male. Quomodo inquã bonuz est cã mali? Cum enim se voluntas relicto superiore ad inferiora conuertit: efficitur mala. Non quia maluz est quo se cõuertit: sed quia peuersa est ipsa peuersio: Idcirco nõ res inferior uolũtatez malam fecit: sed quia rẽ inferiorẽ praue atqz inordinate ipsa que facta est appetiuit. Si enim aliqui duo equalit̃ affecti in animo ⁊ corpore: uideant unius corporis pulchritudinez: qua uisa vnus eorum ad illicite fruendum moueatur: alter in voluntate pudica stabilis perseueret: quid putamus esse cause vt in illo fiat: in illo non fiat voluntas mala: quam illa res fecit ĩ qua facta est? Neqz enim pulchritudo illa corporis eam non fecit in ambobus: quando quidem amborum non dispiliter occurrit aspectibus. An caro ituẽtis ĩ cã est? Cur non ⁊ illius? An vero ⁊ animus? Cur non vtriusqz? Ambos enim ⁊ animo ⁊ corpore equaliter affectos fuisse predixim̃. An dicenduz est alterum eorum occulta maligni spiritus suggestione temptatum: quasi non eidem suggestioni ⁊ qualicunqz suasioni propria voluntate ꝯsenserit? Hanc igitur consensionem: hanc malam quaz male suadenti adhibuit voluntatem: que in eo res fecerit queri m.ꝰ. Nã vt hoc quoqz ipedimentum ab ista questione tollatur: si eadem tẽtatione ambo tententur: ⁊ unus ei cedat atqz consentiat: alter vero idem q̃ fuerit perseueret: quid aliud apparet: nisi vnum voluisse alterum noluisse a castitate deficere? Unde nisi propria

voluntate: vbi eadem fuerat i vtroq; corporis ⁊ animi affectio? Amborum oculis pariter visa est eadem pulchritudo: ābobus pariter istitit occulta tentatio ꝓpriā igī in vno eorum voluntatem malā que res fecerit scire volēti b⁹ si bene itueātur: nihil occurrit. Si .n. dixerimus: ꝙ ipe eā fecerit: q̄d erat ipse ante voluntatem malā nisi natura bona: cuius auctor bonus deus q̄ est incommutabile bonum? Qui ergo dicit eum qui consensit: tentanti atq; suadenti: cui non consensit alius ad illicite vtendum pulchro corpore quod videndus ambobus pariter affuit: cū ante illam uisionem ac tentationem similes ambo animo ⁊ cōpore fuerit: ipsum sibi fecisse voluntatem malam: qui vtiq; bonus ante voluntatem malam fuerit: querat cur eam fecerit: vtrū quia natura est: an q: ex nihilo fēa ē: ⁊ inueniet voluntatem malam non ex eo esse incipere quia natura est: sed ex eo ꝙ de nihilo facta natura est. Nam si natura causa est voluntatis male: q̄d aliud cogimur dicē: nisi a bono fieri malum: ⁊ bonū esse causam mali: si quidem a natura bona fiat voluntas mala? Q̄d vñ fieri potest: vt natura bona q̄uis mutabilis anteq̄ habeat voluntatem malam faciat aliquid mali: hoc est ipsam voluntatem malam?

Causam efficientem male voluntatis non esse querendam. c. vij.

n Emo igit querat efficientem cām male voluntatis. Non enim est efficiens. sed deficiens: quia nec illa effectio sed defectio. Deficere nanq; ab eo quod summe est ad id quod min⁹ est: hoc est incipere habere volūtatem malam. Causas porro defectionum ita cū efficientes nō sint: vt dixi: sed deficientes velle inuenire tale est: ac si quisq̄ uellet videre tenebras vel audire silentium. Quod tamen vtrunq; nobis notum est: neq; illud nisi per oculos: neq; hoc nisi per aures: non sane in specie sed in speciei priuatione. Nemo ergo ex me scire querat: quod me nescire scio: nisi forte vt nescire discat: quod scirī non posse sciendum ē. Ea quippe que non in specie sed in eius priuatione sciuntur: si dici aut intelligi potest: quodammō nesciendo sciuntur at sciendo nesciantur. Cū .n. acies etiam oculi corporalis currit p species corporales: nusq̄ tenebras videt: nisi vbi ceperit non videre. Ita etiam non ad alium aliquem sensum: ꝗ ad solas aures pertinet sentire silentium: quod tamen nullo modo nisi nō audiendo sentitur. Sic species intelligibiles mens quidem nostra intelligēdo conspicit: sed vbi deficiunt uescendo condiscit. Delicta enim quis intelligit? Hoc scio: naturam dei nunq̄ nusq̄ nulla ex parte deficere: ⁊ ea posse ōficere que ex nihilo facta sunt. Que tamen quanto magis sunt: ⁊ bona faciunt: tunc enim aliquid faciunt cum causas habent efficientes. in quantuꝗ autem deficiūt: ⁊ ex hoc mala faciūt. quid enim tunc faciūt nisi uana: Causas habent deficientes.

De amore puerso quo volūtas ab īmutabili bono ad bonū mutabile deficit. c. vij.

i Teꝗ scio in quo fit mala volūtas id in eo fieri q̄ si nollet nō fieret: ⁊ iō non necessarios sed volūtarios defectus iusta pena ꝓsequit. Deficitur enim non ad mala ſ ꝗ male. i. nō ad malas naturas: ſ ꝗ ideo male quia contra ordinem naturarum ab eo q̄ summe est ad id quod min⁹ est. Neq; enim auri vitium est auaritia vel cupiditas: sed hominis peruerse amātis auꝝ iustitia derelicta: que incōperabi

lit̃ auro debuit apponi. Nec luxuria ē vitium pl̃chrorꝫ suauiũq; corporum sed aīe peruerse amantis cōporeas voluptates: neglecta tēperātia qua reb' sp̃ualiter pulchrioribus ⁊ incorrupti biliter suauioribus coaptamur. Nec iactantia vitium est laudis humāe: ſ; aīe perv̄se amātis laudari ab hoībus spreto testimonio conscientie. Nec superbia vitium est dantis potestatem: vel etiam ipsius potestatis: sed anime peruerse amantis potestatem suam: potentioris iustitia contenta. Ac per qui peruerse amat cuiuslibet nature bonum: etiam si adipiscatur: ipse fit ī bono malus: ⁊ miser meliore priuat'.

An sancti angeli quem habent creatorem nature: eundē habeant bone voluntatis autorem per spiritum sanctum in eis caritate diffusa semper fuisse existimant. c. ix.

c Ut; ergo male volūtatis efficiēs naturalis: l' si dici potest essētial' nulla sit cā: ab ipsa quippe incipit spirituum mutabilium malu; quo minuitur atq; deprauat' nature bonū: nec talē voluntatē facit: nisi defectio qua deseritur deus: cuius defectionis ēt cā vtiq; deficit: si dixerimus nullam esse efficientem causa; etiā voluntatis bone: cauendu; est ne voluntas bōa bonorum angelorum non facta sed deo coeterna esse credatur. Cum enim ipi facti sunt quomodo illa nō esse facta dicetur? Porro quia facta est: vtrum cum ipsis facta est: an sine illa fuerunt prius? Sed si cum ipsis: non dubium ꝙ ab illo facta sit a quo ⁊ ipsi: simlq; ut facti sunt ei a quo facti sunt amore cum quo facti sūt adheserunt. Eoq; sunt isti ab illorum societate discreti: ꝙ illi in eadem bona volūtate manserunt: isti ab ea deficiendo mutati sūt mala scilicet volūtate: hoc ipso ꝙ a bono defecerunt: a quo non defecissent: si vtiq; noluissent. Si autem boni angeli fuerūt prius sine bona volūtate: eanq; in seipsis deo non operante fecerunt: ergo meliores a seipsis q̃ ab illo facti sunt. Absit. Quid. n. erant sine bona volūtate nisi mali? Aut si propt̃ ea nō mali: q: nec mala voluntas eis inerat: neq; enim ab ea quam nondū ceperant habere defecerant: certe nondum tales: nondū tam boni q̃ esse cū bona voluntate ceperunt. Aut si non potuerunt seipsos facere meliores q̃ eos ille fecerat: quo nemo melius quic q̃ facit: profecto ⁊ bonam voluntatē qua meliores essēt: nisi operante adiutorio creatoris habere non possēt. Et cum id egit eorum voluntas bona: vt non ad seipsos qui minus erāt: sed ad illum qui summe est conuerterēt' eiq; adherentes magis essent: eiusq; participatione sapienter beateq; uiuerent: quid aliud ostenditur nisi voluntatem quanlibet bonam inopem fuisse in solo desiderio remānsurā: nisi ille qui bonam naturam ex nihilo sui capacem fecerat: ex seipso faceret ipsendo meliorē pus faciēs excitando auidorē? Nā ⁊ hoc discutiendū est: si boni angeli ipsi in se fecerunt uoluntatem bona; utrum aliqua eam an nulla uoluntate fecerunt: si nulla: utiq; nec fecerunt si aliqua: utru; mala an bōa. Si mala: quomodo potuit esse mala uoluntas bone uolūtatis effectrix? Si bōa: iam ergo habebant: Et istā q̃s fecerat nisi ille qui eos cum bona uoluntate .i. cum amore casto quo illi adhererēt creauit: simul in eis ⁊ condens naturā ⁊ largiens gratiam? Unde sine bona uoluntate hoc est dei amore: nunq̃ sanctos angelos fuisse credendum est. Isti aūt qui cum boni creati essēt: tamen mali sunt: mala propria uolūtate quam bona natura ñ fecit: nisi cū a bono sponte defecit: ut mali causa ñ

ſit bonum:ſed defectus a bono: aut
miorē acceperunt amoris diuini gīaz
q̄ illi q̄ i eadē perſtiterūt:aut ſi vtriq;
boni equaliter creati ſunt: iſtis mala
voluntate cadentibus:illi ap̄li⁹ adiuti
ad eā beatitudinis plenitudinez vñ ſe
nunq̄ caſuros certiſſimi fierent pue
nerunt:ſicut iam ēt in libro quē ſeqūt:
iſte tractauim⁹. Confitendū ē igī cū ō
ibita laude creatoris:non ad ſolos ſā
ctos hōies pertinere:verum ēt de ſāc
tis angelis poſſe dici:q̄ caritas dei dif
fuſa ſit in eis per ſpiritum ſāctū qui
datus ē eis:nec tantū hoīnuz ſz p̄mit⁹
precipueq; angelorū bonum eē quod
ſcriptū eſt:mihi aūt adherē deo bonū
eſt. Hoc bonum quibus cōe eſt: hñt ⁊
cū illo cui adherent ⁊ int̄ ſe ſocietatez
ſanctā:⁊ ſūt una ciuitas dei:eadēq; vi
uum ſacrificium eius viuunq; tēpluz
eius. Cui⁹ pars que coniūgenda im
mortalibus angelis ex mōtalibus ho
minibus congregat̄:⁊ nunc mortalit̄
peregrinat̄ in terris:vel i eis q̄ morte
obierūt ſecretis animarū receptacul̄
ſedibuſq; requieſcit:eodē deo creante
quenadmodū exorta ſit:ſicut de ange
lis dēm eſt iam video eſſe dicendum.
Ex vno quippe hoīe quem deus p̄mū
condidit: genus humanū ſumpſit ex
ordiū:ſm ſancte ſcripture fidem: que
mirabilem auct̄em non imerito habz
in orbe terrarū atq; in omnib⁹ genti
bus:quas ſibi eſſe credituras inter ce
tera vera que dixit vera diuinitate p̄
dixit. Omittamus igī coniecturas ho
minū neſcientium quid loquāt̄ de na
tura vel inſtitutione generis humāi.
Alq̄ nanq; ſicut de ipſo mundo credi
derūt:ſemper fuiſſe homines opinan
tur. Unde ait ⁊ apuleius cuz hoc ani
mantium genus deſcriberet ſigillatiz
inquit mortales cuncti:tamen vniuer
ſo genere perpetui. Et cum illis dictū
fuerit:ſi ſemper fuit humanum gen⁹
quo nam modo verum eorum loqua
tur hiſtoria:narrans qui fuerint qua
rūcūq; rex inuentores:qui primi libe
ralium diſciplinarum aliarūq; artiuz
inſtitutores:vel a quibus: primum il
la vel illa regio parſq; terrarum: illa
atq; illa inſula incoli ceperit. Reſpon
dent:diluuijs ⁊ conflagrationibus p
certa interualla temporum ñ quidem
omnia:ſed plurima terrarum ita va
ſtari:vt redigantur homies ad exigu
am paucitatem:ex quorum progenie
rurſus multitudo priſtina reparetur:
ac ſi identidē reparari ⁊ inſtitui quaſi
prima reſtituantur:potius que fuerāt
illis nimijs vaſtationibus interrupta
⁊ extincta. Ceterum hominez niſi ex
homine exiſtere omnino nō poſſe. Di
cunt autem:quod putant: ñ qd̄ ſciūt.

De falſitate eius hiſtorie que mul
ta milia annorum preteritis tempori
bus aſcribit.c.x.

f Allunt etiam eos quedam mē
daciſſime litere:quas phibēt i
hiſtoria tp̄orum mlta annorum milia
cōtiez cū ex litteris ſacris ab iſtitutio
ne hōis nondū completa annoruz ſex
milia computemus. Unde ne multa
diſputem:quenadmodum illarum lit
terarum in quibus longe plura āno
rum milia referuntur vāitas refellat̄:
⁊ nlla in illis rei huius idonea repia
tur auctoritas:illa epiſtola alexandri
magni ad olympiadē matrē ſuaz quā
ſcripſit:narrationem cuiuſdaz egiptij
ſacerdotis inſinuans:quam protulit
ex litteris que ſacre apud illos haben
tur:continet etiaz regna que greca q̄z
nouit hiſtoria. In quibus regnum aſ
ſyriorum in eadem epiſtola alexandri
quinq; milia excedit annorum:in gre
ca vero hiſtōia mille ferme ⁊ trecētos
habet ab ipſius belli principatu:quez
regem ⁊ ille egiptius in eiuſdē regni
ponit exordio. perſarum autem ⁊ ma

cedonum imperium vsq; ad ipsuz alexandrum cui loquebatur : plusquã octo annorum milia ille constituit: cũ apud grecos macedonum u.q; ad mortẽ alexandri quadrigẽti octogita q̃nq; repiantur. persarũ vero donec ipsius alexandri uictoria finiret:ducẽti 7 trigintatres cõputentur. Lõge ita q; hi numeri annorum illis egyptij̃s sunt minores:nec eis etiam si ter tantum coputarentur equarẽtur. Perhibẽt.n.egyptij̃ quõdã tã breues ãnos habuisse:vt quaternis mensibus finirentur.Unde annus plenior 7 verior qualis nunc 7 nobis 7 illis est:tres eorum annos cõplectebatur ãtiquos. Sz nec sic quidem vt dixi:greca egyptie numero temporum concordat historia.Et ideo grece potius fides hñda est:quia veritatem non excedit annorum:qui litteris nostris que vere sacre sunt continetur. Porro si hec epistola alexandri que maxime innotuit:multum abhorret in spacij̃s temporum a probabili fide reruz:q̃to min⁹ credendum est illis litteris quas plenas fabulosis uelut antiquitatibus p̃ ferre voluerunt:contra auctoritatem notissimorum diuinorũq; librorum que totum orbem sibi credituruz esse preoixit:cui totus orbis sicut ab ea p̃ dictum est credidit:que vera se narrasse preterita ex his que futura prenunciauit cum tanta veritate implentur ostendit?

De his qui hunc quidem munduz non sempiternum putant:sed aut innumerabiles aut eundem unuz certa conclusione seculorum semper nasci 7 resolui opinantur.c.xi.

a Lij̃ vero qui mundum istum ñ existimant sempiternum:siue ñ eum solum sed innumerabiles opinẽtur siue solum quidem esse: sed certis seculorum interuallis innumerabilit oriri 7 occidere: necesse est fateantur hominum genus prius sine hominibus gignentibus extitisse. Neq; enim vt alluuionibus incendij̃sq; terrarum quas vbi non putant:toto prorsus orbe contingere:7 ideo paucos homies ex quibus reparetur multitudo pristina semper ĩmanere contendunt: ita 7 hi possunt putare: q̃ aliquid hominũ pereunte mundo relinquatur in mundo:sed sicut ipsum mundum ex materia sua renasci existimant:ita in illo ex elementis eius genus humanum: ac deide a parentibus pullulare mortalium sicut aliorum animalium.

Quid rñdendũ his q̃ p̃mã conditionẽ hominis tardã eẽ causãt.c.xij.

q Uod autem respondimus cuz de mundi origine questio uerteretur.eis qui nolunt credere non cuz semper fuisse sed esse cepisse:sicut etiã plato apertissime confitetur:q̃ uis a ñ nullis contra q̃ loquitur: sensisse credatur:hoc etiam de prima hominis conditione responderim:ppt̃ eos qui similiter mouentur:cur homo per innumerabilia atq; ifinita retro tp̃a creatus non sit:tanq; sero sit conditus: vt min⁹ q̃ sex milia sint annoz̃ ex q̃ esse cepisse in sacris litteris inuenituz. Si enim breuitas eos offendit temporis:q̃ tam pauci eis videntur anni ex quo institutus homo i nostris auctoritatibus legit̃:cõsiderẽt nihil esse diuturnum in quo est aliquid extremum 7 oia seculoz̃ spacia definita:ac si eternitati interminate comparẽt̃:ñ exigua existimanda esse sz nulla. Ac p hoc si ñ quiq; vl̃ sex:verũ etiã sexagita milia siue sexcenta:aut sexagesies aut sexcẽties milia dicerent̃ annozum : aut itidem per totidez tociens multiplicaretur hec summa : vbi iam nullum

numeri nomen haberemus ex quo de us hominem fecit:similiter queri pos set cur ante nō fecerit. Dei quippe ab hominis creatione cessatio retrorsus etna sine initio tāta ē:ut si ei conferat quālibet magna ⁊ ineffabilis numero sitas temporū:que tamen fine cōclusa certis spaciis terminat:nec saltez tāta uideri debeat:quanta si humoris bre uissimam guttam uniuerso mari etiā quantum oceanus circunfluit cōpare mus:quoniam istorum duorū unum quidem perexiguum est alterum incō parabiliter magnum:sed utrunq; fini tum. Illud uero temporis spaciuz qō ab initio aliquo progreditur:⁊ aliquo termino coercetur:magnitudine quā tacunq; tendatur comparatum illi quod initium non habet:nescio utrū pro minimo an potius pro nullo de putandum est. Huic enim si a fine uel breuissima sigillatim momenta de trahantur:decrescēte numero licet tā ingenti ut uocabulum non inueniat retrorsum redeundo:tanq̄ si hominis dies ab illo in quo nunc uiuit usq; ad illum in quo natus est detrahas:quā doq; ad initium illa detractatio pdu cetur. Si autē detrahant retrorsus in spacio quod a nullo cepit exordio:nō dico sigillati minuta momēta uel ho rarum:aut dierū aut mensiū aut āno rum ēt quātitates:sed taz magna spa cia:quanta illa summa comprehēdit annorū:que iam dici a quibuslibet cō putatoribus: non potest:que tamen momentorū minutarum detractione cōsumit:⁊ detrahantur hec tanta spa cia nō semel atq; iterū sepiusq; sz sēp: quid fit:quid agitur: quando nunq̄ ad initium quod omnino nullum per uenitur? Quapropter quod nos mō querimus post quinq; milia ⁊ qō am plius excurrit annorum:possent ⁊ po steri etiam post annorum sexcēties mi lies eadem curiositate requirere si in tantum hec mortalitas hominum ex oriendo ⁊ occumbendo ⁊ imperita p seueraret infirmitas. Potuerūt ⁊ qui fuerunt ante nos ipsis recentibus ho minis creati temporibus istam mouē questionem. Ipse deniq; primus ho mo uel postridie uel eodem die postea q̄ factus est:potuit inquirere cur non ante sit factus. Et quandocunq; ātea factus esset:non uires tunc alias ⁊ ali as nunc uel etiaz postea istā de initio rerū tpaliū ꝓtrouersiā reperiret.

De reuolutione seculorū quib' cer to fine cōclusis uniuersa semper in eū dem ordinem eādēq; speciem ēditura qdā philosophi crediderunt. c. xiij.

h Hanc autem se philosophi mū di huius nō aliter putauerunt posse l' debē dissoluē:nisi ut circuitus tporuz inducerēt:qbus eadem semp fuissent renouata atq; repetita i rerū natura:atq; ita deiceps fore sine cessa tiōe asseuerarent volumina venientiū pretereuntiunq; seculorum: siue in mundo permanente isti circuitus fie rent:siue certis iteruallis oriens ⁊ oc cidens mundus eadem semper quasi noua que transacta ⁊ uenturza sunt ex hiberet. A quo ludibrio prorsus im mortalem animam etiam cū sapiētiā perceperit liberare non possunt:euntē sine cessatione ad falsā beatitudinem ⁊ ad verā miseriam sine cessatione re deuntē. Quomodo enim vera beatitu do est:de cuius nunq̄ eternitate confi ditur: duz anima uenturam miseriaz aut imperitissima veritate nescit:aut īfelicissima ībeatitudine pertimescit? At si ad miserias nunq̄ ulterius redi tura ex his ad beatitudinem pergit: fit ergo aliquid noui in tempore qō fi nem non habet temporis: cur non er go ⁊ mundus:cur non ⁊ homo fac tus in mundo:vt illi nescio qui falsi

circuit' a falsis sapiētibus fallacibus q̃ comperti insana doctrina: tramite recti itineris euitentur: Nam quidam ⁊ illud quod legitur in libro salomonis: q̃ vocatur ecclesiastes: quid ē qd̃ fuit ipsum: quod erit: ⁊ quid est quod factum est: ipsum quod fiet: ⁊ non ē ō ne recens sub sole: nec quisq̃ loquitur ⁊ dicit hoc nouum est: iam fuit in secul' que fuerunt ante nos: propter hos circuitus in eadem redeuntes: ⁊ in eadē cuncta reuocantes: dictum itelligi uolunt: q̃ ille aut de his rebus dixit de quibus superius loquebatur: hoc est de generationibus alīs euntibus: alis venientibus de solis anfractibus ō torrentum lapsibus: aut certe de omnium rerum generibus que oriunt' atq̃ occidunt. Fuerunt enim homines ā te nos: sunt ⁊ nobiscum: erunt ⁊ post nos ita quoq̃ animantia vel arbusta. Monstra quoq̃ ipsa que inusitata nascuntur: q̃uis iter se diuersa sint ⁊ quedam eorum semel facta narrēt': tamen secundum id q̃ generaliter miracula ⁊ monstra sunt: vtiq̃ ⁊ fuerūt erunt: nec recens ⁊ nouum est vt monstrum sub sole nascatur. Quāuis hec vba q̃dam sic intellexerint: tanquam i predestinatione dei iam facta fuisse ō nia sapiens ille voluisset intelligi: ⁊ iō nihil recens sub sole. Absit autem a recta fide: ut his salomonis verbis illos circuitus significatos esse credamus quibus illi putant sic eadem tē rum temporaliunq̃ rerum volumina repeti: vt verbi gratia sicut in isto seculo plato philosophus in vrbe athenienſi ⁊ in ea schola que academia dicta est discipulos docuit: ita per innumerabilia retro secula multum prolixis quidē interuallis sed tamen certis ⁊ idem plato ⁊ eadem ciuitas: eadem q̃ schola iidemq̃ discipuli repetiti: ⁊ per innumerabilia deinde secula repetendi sint. Absit ā inqu vt nos ista credamus. Semel enim christus mortu' est pro peccatis nīis: surgens autem a mortuis iam ñ morit'. ⁊ mors ei vltra non dñabitur: ⁊ nos post resurrectionē sēp cum dño erimus: cui modo dicimus quod sacer admonet psalm': Tu domine seruabis nos ⁊ custodies nos a generatione hac in eternum. Satis autem istis existio ꝓuenire quod sequitur. In circuitu ipm̃ ambulāt. Nō quia per circulos quos opinantur eorum vita est recursura: sed quia mō tal' est erroris eorum uia id est falsa doctrina.

De temporali conditione generis humani q̃ deus nec nouo consilio cō stituerit nec mutabili volūtate. c. xiiij.

q Uid autem mirū est: si i his circuitibus errantes nec aditū nec exitū inueniunt: q̃ gen' humanū atq̃ ista nīa mortalitas nec quo initio cepta sit sciunt: nec quo fine claudat': quādo quidē altitudinem dei penetrare ñ possunt: qr cum ipse sit eternus ⁊ sine initio: ab aliquo tamen initio exorsus est tempora: ⁊ hominem quem nunq̃ ante fecerat: fecit in tempore non tam nouo ⁊ ꝛpentino: sed immutabili eterno q̃ consilio. Quis hanc valeat altitudinem inuestigabilem inuestigare: ⁊ inscrutabilem perscrutari: secundum quam deus hominem temporalem ante quam nemo unq̃ hominum fuit: non mutabili voluntate in tempore condidit: ⁊ genus humanum ex vno multiplicauit: quandoquidem psalmus iste cū premisisset atq̃ dixisset: tu domine seruabis nos atq̃ custodies nos a generatione hac i eternū: ac deiñ repcussisset eos in quorum stulta impiaq̃ doctrina nulla liberatiōis ⁊ beatitudinis anime seruatur eternitas: continuo subꝗciens i circuitu ipm̃

ambulant? Tanq̃ ei diceretur. Quid ergo tu credis: sentis: intellis? Nunqd nam existimandũ est subito deo placuisse hominẽ facere: quem nunq̃ antea infinita retro etnitate fecisset: cui nihil noui accidere potest. in quo mutabile aliquid non est? Et ne nos hec audiẽtes aliqua forte turbaret ambiguitas ꝓtinuo respondit ad ipsum deum loquens: secundum altitudinẽ tuam mltiplicasti filios hominũ. Sentiant inquit homies qõ putãt: ⁊ quod eis placet opinentur ⁊ disputent: secũdum altitudinem tuam quam nullus potest nosse hominum: multiplicasti filios hominum. Ualde quippe altuz est: ⁊ semper deum fuisse: ⁊ hominem quem nunq̃ fecerat ex aliquo tempoꝛ primum facere voluisse: nec consiliuz voluntatẽq̃ mutasse.

An vt deus sẽper ẽt dñs fuisse semper intelligatur: credendum sit creaturaz q̃z nunq̃ defuisse cui dñaretur: ⁊ quomodo dicatur semp creatũ qõ dici non potest coeternum. c. xv.

e Go quidem sicũt dominuz deũm aliqñ dñm non fuisse diceꝛ non audeo: ita hominem nunq̃ antea fuisse: ⁊ ex quodam tempoꝛe primuz hoiez creatũ esse dubitare nõ debeo. Sz cum cogito cuius rei dominus sẽper fuerit: si semper creatura nõ fuit. affirmaꝛ aliquid pertiesco: quia ⁊ me ipsum intueoꝛ: ⁊ scriptũ esse recolo. Quis hominũ potest scire consiliũ dei? Aut quis poterit cogitaꝛ: quid uelit dominus? Cogitationes enim moꝛtalium timide: ⁊ incerte adinuentões nostre. Coꝛruptibile enim coꝛpus aggrauat aiam ⁊ deprimit terrena ĩbitatio sensum multa cogitantez. Ex his igitur q̃ in hac terrena ĩbitatione multa cogito: deprimũt me iõ vtiq̃z multa: qꝛ unum quod ex illis vl̃ preter illa quod forte non cogito: verum est iuenire non possum. Si dixero sẽp fuisse creaturã: cui dominus esset: qui dñs semper est: nec dominus unq̃ nõ fuit: sed nunc illam nunc aliam per alia atq̃z alia tempoꝛum spacia: nec aliquaz creatori coeternaz esse dicam: quod fides ratioq̃z sana condamnat: cauendum est: ne sit absurdum ⁊ a luce ueritatis alienum: moꝛtalẽ quidem aliam per vices tempoꝛum cedentez: aliam succedentem: imoꝛtalem vero ñ esse cepisse: nisi cum ad nostrum seculum ventum est: quando ⁊ angeli creati sunt: si eos recte lux illa primuz facta significat aut illud potius celum de quo dictum est: in pricipio creauit deus celum ⁊ terram: cum tamen nõ fuerint anteq̃ fierent: ne immoꝛtales si semper fuisse dicantur: deo coeterni esse credantur. Si autem dixero non in tempoꝛe creatos esse ãgelos: sed ante omnia tẽpoꝛa ⁊ ipsos fuisse: quoꝛ deus dominus esset: qui nũq̃ nisi dominus fuit: queritur a me etiam si ante omnia tempoꝛa facti sunt: vtrum sẽper potuerunt esse qui facti sunt. Hic respondendum forte videatur: q̃ quodammodo non inconuenienter semp esse dicatur. Usqꝫadeo autem isti omni tempoꝛe fuerunt: vt etiam ante omnia tempoꝛa facti sunt: si tamen a celo cepta sunt tempora: ⁊ illi iam erant ãte celuz. At si tempus non a celo uex ⁊ ante celum fuit: non quidem in horis ⁊ diebus ⁊ mensibus ⁊ ãnis. nam iste dimensiones tempoꝛalium spaciorum: que vsitate ac proprie dicuntur tempoꝛa: manifestuz est: q̃ a motu sydꝛum ceperint: vnde ⁊ deus cum hec institueret dixit: ⁊ sint insigna ⁊ in tẽpoꝛa ⁊ in dies ⁊ in annos: sed in aliquo mutabili motu: cuius aliud anteꝛius preterierit: aliud posteꝛius suc

cesserit:eo q̃ simul esse non possunt. Si ergo ante celum i ãgelicis motib⁹ tale aliquid fuit:⁊ ideo tempus iã fuit atq̃ angeli ex quo facti sunt tp̃aliter mouebantur:etiaꝫ sic omni tẽpore fuerunt:quando quidẽ cum illis facta sunt tempora. Quis autem dicat nõ semper fuit:quod omni tempore fuit? Sed si hoc respondero dicetur mihi. Quomõ ergo non sunt coeterni creatori:si sẽper ille:sẽper illi fuerũt. Quõ etiam creati dicendi sunt:si semper fuisse intelliguntur? Ad hoc quid respõdebitur? An dicendum ⁊ semp eos fuisse quoniam omni tẽpore fuerũt: qui cũ tẽpore facti sunt: facti sunt autem cum quibus facta sunt tempora:⁊ tamen creatos? Neq̃ enim ⁊ ipsa tẽpora creata esse negabimus:quamuis õni tp̃e tempus fuisse nemo ambigat. Nam ⁊ si non omni tempore fuit tempus:erat ergo tempus quando nullũ erat temp⁹. Quis hoc stultissimus dixerit? Possumus enim recte dicẽ:erat tempus quãdo non erat roma:erat tẽpus quando non erat hierusalez:erat tempus quando non erat abraham: erat tempus quando nõ erat homo:⁊ si quid huiusmodi. Postremo si non cum initio tẽporis sz post aliquod tẽpus fact⁹ est mũd⁹:possumus dicere erat tempus:quando non erat mund⁹ At uero erat tempus quando nullus erat tp̃us:tam incõuenienter dicim⁹: ac si quisq̃ dicat:erat homo quando nullus erat homo:aut erat iste mũd⁹ quando iste non erat mundus. Si.n. de alio atq̃ alio intelligatur:potest dici aliquo modo:hoc est:erat alius homo:quando non erat iste homo. Sic ergo erat aliud tempus:quãdo non erat hoc tẽpus recte possum⁹ dicẽ. At vero erat tempus qñ nullum erat tẽpus:quis vel insipientissim⁹ dixerit? Sicut ergo dicimus creatum temp⁹: cum ideo semper fuisse dicatur qz õni tempore tempus fuit:ita nõ est consequens:vt si semper fuerũt ãgeli:ideo non sint creati:vt propterea sẽper fuisse dicantur:quia omni tẽpore fuerũt: ⁊ propterea omni tẽpore fuerũt: quia nullo modo sine his tempora esse potuerunt. Ubi enim nulla creatura est: cui⁹ mutabilibus motibus tempora peragantur: tempora omnino esse nõ possunt. Ac per hoc ⁊ si sẽper fuerũt: creati sunt. Nec si semper fuerũt:ideo creatori coeterni sunt. Ille enim semp fuit eternitate immutabili isti autem facti sunt. Sz ideo semp fuisse dicũt: quia omni tempore fuerunt: sine q̃b⁹ tempora nullo modo esse potuerunt. Tempus aũt quoniam mutabilitate trãscurrit eternitati imutabili non potest esse coeternum. Ac per hoc etiam si immortalitas angelorum nõ trãsit: in tempore nec preterita est quasi iam nõ sit:nec futura quasi nondum sit: tamen eorum motus quibus tempora peraguntur: ex futuro in preteritũ transeunt:⁊ ideo creatori in cuius motu dicendũ nõ est vel fuisse quod iam non sit vel futurum esse quod nondũ sit coeterni esse nõ pñt. Quapropter si deus semper dominus fuit:semper habuit creaturam suo dñatui seruiẽtẽ ueruntamen non de ipso genitam:sz ab ipso de nihilo factam:nec ei coeternã. Erat quippe ante illam quamuis nullo tp̃e sine illa.non eam spacio trãscurrente:sed manente perpetuitate p̃cedens. Sed hoc si respondeo eis qui requirunt quomodo semper creator semper fuit dominus:si creatura fuiens nõ semp fuit:aut quomodo creatura creata: ⁊ non potius creatori coetna ẽ si sẽper fuit? Uereor ne facili⁹ iudicer affirmare quod nescio q̃ docẽ qõ scio. Redeo igitur ad id qõ creatõ noster scire nos voluit: illa vero que vel sapientioribus in hac vita scire p̃misit:vl domino perfectis in alia vita

ſcienda ſeruauit:ultra uires meas eē profiteor. Sed ideo putaui ſine affirmatione tractāda:vt q̄ hec legunt: uideant a quibus queſtionū piculis de beāt temperare nec ad oia ſe idoneos arbitrētur: potiuſq̄ intelligant q̄ ſit apoſtolo obtemperandum precipienti ſalubriter vbi ait. Dico autem per gratiā dei que data eſt mihi omnib' q̄ ſūt in uobis:non plus ſapere q̄ oz ſapere:ſed ſapere ad temperantiam:unicuiq̄ ſicut deus partitus eſt mēſurā fidei. Si enim pro uiribus ſuis alat' ī fans:fiet ut creſcendo plus capiat. Si aūt uires ſue capacitatis excedat: deficiet anteq̄ creſcat.

Quō intelligēdū ſit pmiſſa hōi a deo vita eēna aut tp̄a eēna.c.xvi.

q Ue ſecula preterierint ātēq̄ genus inſtitueret' humanū me fateor ignorare. Nō tñ dubito nihil omnino creature creatori eſſe coeternuz. Dicit etiam apoſtolus:tp̄a eterna:nec ea futura:ſed quod magis eſt mirādū preterita:ſic enim ait: In ſpem uite et' ne quam pmiſit:non mendax deus ante tempora eterna. Mānifeſtauit autem temporibus ſuis verbū ſuū Ecce dixit retro:q̄ fuerint tempora eterna q̄ tamen non fuerūt deo coeterna. Si quidem ille ante tempora eterna non ſolum erat:uerumetiam promiſit uitā eternā:quaz manifeſtauit temporibus ſuis.i.congruis. Quid aliud q̄ verbum ſuum? Hoc ē enim vita eterna. Quomodo autem promiſit cum hominibus vtiq̄ pmiſerit: qui nōdū erant ante tempora eterna:niſi quia ī ipſius eternitate:atq̄ in ipſo eius verbo eidez coeterno iam predeſtinatione fixū erat:quod ſuo tp̄e futux erat.

Q̄ de immutabili cōſilio aut uoluntate fides ſana deſcēdat ꝓtra rōnationes eorum qui opera ex eternitate repetita p eoſdē ſemp volunt ſeculoꝝ redire circuitus.c.xvij.

i Illud quoq̄ non dubito: ante q̄ primus homo creat' eēt nū q̄ quēq̄ hominem fuiſſe:nec eundem ipſū neſcio:quibus circuitibus:neſcio quotiens reuolutum:nec aliū aliquez natura ſimilem: neq̄ ab hac fide me philoſophorum argumenta deterrēt: quorum acutiſſimum illud putatur: quod dicunt nulla infinita ulla ſcientia poſſe comprehēdi. Ac per hoc deus inquiunt rerum.quas fecit omnium finitarum omnes finitas apud ſe rationes habet:bonitas autem eius nunq̄ vacua fuiſſe credenda eſt:ne ſit temporalis eius operatio:cuius retro fuerit:eterna ceſſatio:quaſi pēituerit eum prioris ſine initio vacationis: ac propterea ſit operis aggreſſus initium. Et ideo neceſſe ē inquiunt eadē ſemper repeti:eadenq̄ ſemper repetēda tranſcurrere:vel manente mundo mutabil':qui licet nunq̄ non fuerit: ⁊ ſine initio temporis tamen factus ē: vel eius quoq̄ ortu ⁊ occaſu ſemper illis circuitibus repetito ſemperq̄ repetendo:ne uidelicet ſi aliquando primum dei opera cepta dicunt' p̄orez ſuam ſine initio uacationem tanq̄ iertē ac deſidioſā:⁊ ideo ſibi diſplicentem dānaſſe quodammodo atq̄ ob hoc mutaſſe credatur. Si autem ſemper q̄dem temporalia ſed alia atq̄ alia phibetur operatus:ac ſi aliquando etiaz ad hominem faciendum quem nunq̄ ātea fecerat peruenſſe:non ſcienti a qua putant non poſſe quecunq̄ infinita comprehendi:ſed quaſi ad horam ſicut ueniebat in mentem fortuita quadam inconſtantia uideatur fecſſe q̄ fecit. Porro ſi illi circuit' admittāt' inq̄unt:quibus uel manēte mūdo uel ipſo quoq̄ ꝛuolubiles ortus ſuos

⁊ occasus eisdem circuitibus iserẽte: eadẽ tpalia repetuntur: nec ignauum ocium preserti taz longe sine initio diuturnitatis deo tribuitur: nec iprouida temeritas operum suoꝝ. Quoniã si non eadem repetant: non possunt infinita diuersitate uariata ulla eius scientia l' prescientia cõprehendi. Has argumentationes quibus impij nizaz simplicem pietatem: ut cum illis in circuitu ambulemus de uia recta conãt auertere: si ratio refutare non posset: fides irridere deberet. Huc accedit q̃ in adiutorio domini dei nostri hos circulos volubiles quos opinio cõfingit: ratio manifesta cõfringit. Hic eim maxime isti errant: ut in circuitu falso ambulaẽ q̃ vero ⁊ recto itinẽ malint: q̃ mentem diuinam omnino immutabilem cuiuslibet infinitatis capacem ⁊ innumera omnia sine cogitationis alternatione numerantem de sua humana mutabili angustaq̃ metiuntũ. Et fit ill': quod ait apostolus. Comparantes enim semetipsos sibimetipsis ñ intelligunt. Nã qz illis quicquid noui faciendũ uenit in mentem: nouo cõsilio faciunt: mutabiles q̃ppe mentes gerunt: profecto non deum quez cogitare non possunt: sed semetipsos ꝓ illo cogitantes: non illũ sed seipsos nec illi sed sibi comparant. Nobis autez fas non est credere alit' affici deũ cum uacat: alit' cum opatur: qz nec affici dicendus est: tanq̃ in eius natura fiat aliquid quod ante non fuerit. Patitur quippe qui afficitur: ⁊ mutabile est õe quod aliquid patitur. Non itaq̃ in eius uacatione cogitetur ignauia: desidia: inertia: sicut nec in eius opere laborz conatus: industria. Nouit quiescens agẽ: ⁊ agẽs quiescere. Potest ad opus nouum non nouum sed sẽpiternũ adhibẽ cõsiliũ: nec penitẽdo qz pri⁹ ⁊ si pri⁹ cessauit ⁊ posterius opat⁹ est: cessauerat: cepit facẽ qd ñ fecerat. Sz quod nescio quenadmodum ab homine possit intelligi: hoc proculdubio quod dicit' pri⁹ ⁊ posteri⁹: in rebus prius non existentibus: ⁊ posterius existentibus fuit. In illo autez non alteram precedentem altera subsequẽs mutauit aut abstulit voluntatem: sed una eadẽq̃z sempiterna ⁊ immutabili uoluntate: res quas condidit: ⁊ ut prius non essent egit q̃diu non fuerũt: ⁊ ut posterius essent quando esse ceperunt: hinc eis qui talia uidere possũt: mirabiliter fortassis ostendens: q̃ nõ eis indiguerit: sed eas gratuita bõitate condiderit: cũ sine ill' ex eternitate initio carente in non minore beatitudie permansit.

Contra eos qui dicunt: ea que infinita sunt nec dei possunt scientia cõprehendi. c. xviij.

i Illud autez aliud quod dicũt: nec dei scientia que infinita sũt posse comprehendi: restat eis: ut dicere audeant: atq̃ huic se voraginī pfũde impietatis imergãt: q̃ non omnes numeros deus nouerit. Eos quippe infinitos esse certissimum ẽ: quoniam in quocunq̃z numero finem faciendũ putaueris: idem ipse non dico uno addito augeri: sed quamlibet sit magu⁹ ⁊ quamlibet ingentem multitudinez continens in ipsa ratione atq̃z scientia numerorum: non solum duplicari verumetiam multiplicari potest. Ita vo suis quisq̃z numerus proprietatibus terminatur: ut nullus eorum par esse cuiquam alteri possit. Ergo ⁊ dispares inter se atq̃z diuersi sunt: ⁊ singuli quiq̃z finiti sunt: ⁊ omnes infiniti sũt. Ita nec numeros propter infinitatem nescit omnipotens deus: ⁊ si usq̃z ad quandam summam numerorum sciẽtia dei puẽit: ⁊ ceteros ignorat: q̃s hoc l' dementissimus dixerit? Nec audebũt

isti contendere: ⁊ numeros eos dicere ad dei scientiam non pertinere: apud quos plato deū magna auctōitate cōmendat mundū numeris fabricantē. ⁊ apud nos deo dictum legitur: omnia in mensura ⁊ numero ⁊ pondere dispōsuisti. De quo ⁊ propheta dic̄ qui profert numero seculum. Et saluator in euangelio. Capili inquit uestri omnes numerati sunt. Absit itaq; ut dubitemus: q̄ ei notus non sit omnis numerus cuius intelligentie sicut in psalmo canitur: non est numerus. Infinitas itaq; numeri: q̄uis infinitorum numerorum nullus sit numerus: non est tamen incomprehēsibilis ei cuius intelligentie non est numerus. Qua propter si quicquid scia comprehēdit̄ scientis comprehensione finitur: profecto ⁊ omnis ifinitas quodā ieffabili modo deo finita est: quia scientia eius ipsi incomprehensibilis non est. Quare si infinitas numerorum scientie dei qua cōprehenditur esse nō potest ifinita: qui tandē nos sumus homūculi: q̄ eius scientie limitē figere presumam⁹: dicentes q̄ nisi eisdem circuitibus tēporum eadē temporalia repetantur: non potest deus cuncta que fecit l' prescire ut faciat: uel scire cum fecerit: cuius sapientia simpliciter multiplex: ⁊ uniformiter multiformis: tam incomprehensibili comprehensione omnia incomprehensibilia comprehendit: ut quecunque noua ⁊ dissimilia consequentia precedentibus: si semper facē uellet: inordinata ⁊ improuisa habere non posset: nec ea preuideret ex primo tempore: sed eterna prescientia ꝯtineret.

De seculis seculorum. c. xix.

h Inc est q̃ philosophi qui veritati propius accesserũt:irã atq; libidinem vitiosas aĩ ptes eẽ cõfessi st̃ eo q̃ turbide atq; inordinate mouerẽtur ad ea etiã q̃ sapiẽtia ppetrari uetat ac per hoc opus hẽc moderatrice ñte atq; rõne. Quã partẽ aĩ tertiam velut in arce quadã ad istas regendas phibent collocatã:vt illa imperãte istis ꝑuientibus possit ĩ hoie iustitia ex õi aĩ parte confuari? De igĩ partes quas ⁊ in hoie sapiente ac tẽperãte fatent̃ eẽ vitiosas:ut eas ab his rebus ad quas iiuste mouentur:mens cõpescendo ⁊ cohibendo refrenet ac reuocet:atẽ ad ea permittat que sapientie lege ꝓcessa sunt:sicut iram ad exercendam iustam coertionem:sicut libidinem ad ꝓpagã de prolis officium:he iquã partes in paradiso ante peccatum uitiose non erãt. Nõ.n.ꝓ̃ rectam volũtatẽ ad aliq̃d mouebant̃:vñ necesse eẽt eas rõnes tã q̃ frenis regentibus abstinere. Nam q̃ nunc ita mouent̃:⁊ ab eis qui tẽperãt̃ ⁊ iuste ⁊ pie uiuunt alias facilius als difficilius: tñ cohibendo refrenando modificantur:nõ ẽ vtiq; sanitas ex natura sed languor ex culpa. Quod aũt ire opera aliarũq; affectionum in quibusq; dictis aut factis non sic abscondit verecũdia ut opera libidinis que fiunt genitalibus mẽbris quid cause ẽ nisi quia in ceteris mẽbra corporis ñ ipse affectiones:sed cũ eis cõsenfit voluntas emouet:que i usu eorum omnino dominatur. Nam quisquis verbũ emittit iratus:vel ẽt quẽq̃ percutit:ñ posset hoc facere nisi lingua ⁊ manus iubente quodãmõ volũtate mouent̃: que membra etiam cum ira nulla est mouentur eadem voluntate. At vero genitales corporis partes ita libido suo iuri quodammõ mancipauit:ut

moueri ñ valeãt si ipsa defuerit: ⁊ nisi ipsa vl' iltro ul' excitata surrexerit. Hoc ē quod pudet: hoc est qò intuēti um oculos erubescendo deuitat. Magisq; fert homo spectantium multitudinem quando iniuste irascitur homini: quam uel vnius aspectum quando iuste miscetur uxori.

De vāissia ꝓpitudie cynicorꝫ. c. xx.

h Oc illi canini philosophi hoc ē cynici nō viderūt ꝓferentes ꝑ humanā verecūdiā q̄d aliud q̄ cāinā hoc ē imūdaꝫ ipudētēq; sententiaꝫ: vt scilicet quoniaꝫ iustuꝫ est quod fit cuꝫ uxore palam non pudeat id agere nec in uico nec platea qualibet coniugalē concubituꝫ deuitare. Vicit tamen pudor naturalis opinionem eius erroris. Nā ⁊ si perhibēt hoc aliqñ gloriabundum fecisse diogenem: ita putantē sectā suam nobiliorem futurā: si ī hōinuꝫ memoriā insigniō eius ipudentia figeretur: postea tñ a cynicis fieri cessatuꝫ est: plusq; valuit pudō ut erubescerēt hoies hōib': q̄ error ut hoies canib' eē silēs affectarent. Vñ ⁊ illū vel illos qui hoc fecisse referūtur potī' arbitrō cōcūbentiuꝫ mor' dedisse ocul' hōinū nesciētiū q̄d sub pallio gereret: q̄ hūano premēte cōspecta potuisse illaꝫ pagi voluptatē. Ibi.n. philosophi ñ erubescant videri se uelle cōcūbē. vbi libido ipsa erubesceret surgere. Et nūc videm' adhuc eē philosophos cynicos. Hi.n. st q̄ ñ solū amiciunt pallio: verē et clauaꝫ ferūt: nēo tñ eorū audet hoc facē: qò si aliqui ausi eēnt: vt non dicā ictib' lapidantium: certe cōspuentiuꝫ saliuis obrucrēt. Pudet igī hui' libidinis humanam sine vlla dubitatiōe naturā ⁊ merito pudet. In eius quippe inobedientia q̄ genitalia corporis membra sol' suis motibus subdidit: ⁊ potestate volūtatis eripuit: satis ostenditur quid sit hominis illi prime inobedientie retributū: qò i ea parte maxime oportuit apparere qua generat' ipsa natura: que illo primo ⁊ magno ī deterius est mutata peccato a cuius nexu nullus eruitur: nisi id quod cuꝫ omnes in vno essent in cōunem pernicie perpetratum ē: ⁊ dei iustitia vidicatum: dei gratia in singulis expietur.

De bñdictione mltiplicande fecunditatis hūane añ peccatuꝫ: quā ꝓuaricatio nō adimeret: ⁊ cui libidinis morbus accesserit c. xxi.

a Bsit itaq; vt credamus illos ꝓ iuges in paradiso ꝓstitutos per hanc libidinē de qua erubescēdo eadē membra texerūt: ipleturos fuisse qò ī sua benedictiōe dē' dixit crescite ⁊ mltiplicamini ⁊ iplete terrā. Post peccm q̄ppe orta ē hec libido: p' peccuꝫ eam natura ñ ipudēs amissa potestate cui corpus ex ōi parte seruiebat: sensit: attendit: erubuit: operuit. Illa vero benedictio nuptiarum: vt cōiugati crescēnt ⁊ multiplicarent ⁊ implerent terraꝫ: q̄uis ⁊ in delinquētibus manserit: tñ anteq̄ delinquerēt data est: ut cognoscētur ꝓcreationem filiorꝫ ad glriaꝫ cōnubū non ad penaꝫ pertinere peccati. Sed nunc hoies profecto illius que ī paradiso fuit felicitatis ignari: nisi p hoc quod experte sunt. i. per libidinē de qua videm' ipsā ēt honestateꝫ erubescere nuptiarꝫ: non potuisse gigni filios opinantur: alū scripturas diuias vbi legitū post peccatū puduisse nuditatis ⁊ pudenda eē contecta: prsus nō accipiētes: sꝫ infideliter irridentes: alū vero q̄uis eas accipiāt ⁊ honorēt: illud tñ qò dictum ē crescite ⁊ mltiplicamini non secundum carnalē fecūditatem volunt itelligi: qr ⁊ secundum aiam legitur tale aliquid dictuꝫ. Mltiplicabis in aia virtutē: vt id qò in ge

nesi sequitur ⁊ iplete terrā ⁊ dñamini eius: terram itelligant carnem quam pñtia sua iplet aia eius: q̄ maxīe dñat cum in virtute mltiplicatur: carnales aūt fet̄ sine libidine q̄ post peccatū exorta: inspecta: confusa: velata est: nec tūc nasci potuisse sic̄ neq̄ nūc possūt: nec in paradiso futuros fuisse: sz foris sicut ⁊ factū ē. Nā posteaq̄ inō dimissi sunt: ad gignēdos filios coierūt eosq̄ genuerunt.

De copula coniugali a deo prius instituta atq̄ benedicta. c. xiij.

b Os aūt nullo mō dubitamus fm benedictionem dei crescere ⁊ multiplicari ⁊ iplere terraz: donum esse nuptiarū: quas dē̄ añ peccatū hominis ab initio constituit creādo masculū ⁊ feminam: q̄ sex̄ euidēs vtiq̄ in carne est. Huic q̄ppe operi dei ⁊ bñdictio ipsa subiūcta est. Naz cum scriptura dixisset masculum ⁊ feminā fecit eos continuo subdidit ⁊ benedixit eos deus dicens: crescite ⁊ multiplicamini ⁊ implete terram: ⁊ dominamini eius ⁊ cetera. Que omnia quāq̄ ñ incōuēienter possint ēt ad intellectum spualē referri: masculus tñ ⁊ femina non sic̄ simile aliquid etiam in homine vno ĩtelligi pōt: qz videlz in eo aliud est qō regit aliud quod regitur: sed sicut euidentissime apparet in diuersi sexus cōporibus masculum ⁊ feminam ita creatos: vt plem generando crescerent ⁊ multiplicarentur ⁊ implerent terraz. cui sententie tam euidenti magne absurditatis est reluctari. Neq̄ enim de spu q̄ imparat ⁊ carne q̄ obtemperat: aut de aio rōnali qui regit: ⁊ irrōnali cupiditate que regitur: aut de virtute contemplatiua que excellit: et de actiua que subditur: aut de intellectu mētis ⁊ sensu corporis: sed aperte de vinculo coniugali quo inuicē sibi vterq̄ sexūs obstringitur: dominus interrogatus vtruz liceret quacūq̄ cā dimittere vxorem: quoniam propter duritiam cordis israelitarum moyses dare libellū repudij permisit: respondit atz ait. Non legistis qz qui fecit hoiem ab initio masculum ⁊ feminam fecit eos ⁊ dixit propter hoc dimittet hō patrem ⁊ matrem ⁊ adherebit vxori sue ⁊ erunt duo in carne vna? Itaq̄ iam non sunt duo sed vna caro. Quod ergo deus coniunxit homo nō seperet. Certum est igitur masculuz ⁊ feminā ita primitus institutos: vt nunc hoies duos diuersi sexus videm̄ ⁊ nouim̄ vnum autem dici vel propter coniunctionem vel propter origiem femine q̄ de masculi latere creata est. Nā ⁊ apostolus per hoc primū quod deo istituēte precessit exēplū: singl'os quosq̄ admonet ut viri vxores suas diligant.

An etiam in paradiso generanduz fuisset si nemo peccasset ul' vtrū p̄ actū libidinis pugnatura illic fuissz traditio castitatis. c. xiij.

q Uisquis aūt dicit nō fuisse coituros nec generaturos nisi peccassent: quid dicit nisi propter numerositatē sanctorū necessariū hōis fuisse peccatū. Si. n. non peccando soli remanerēt: qz sicut putant nisi peccassēt generare ñ possent: profecto vt ñ soli duo iusti homines possent eē sed multi: necessariū pecēz fuit. Quod si credere absurdum est: illud potius est credendum: q̄ sanctorū nūer̄ quāt̄ complēde illi sufficit beatissime ciuitati: tātus existeret ⁊ si nemo peccasset: quantus nunc per dei gīam de multitudie colligitur peccatorū: quousq̄ filij hui̇ seculi generant ⁊ generant̄. Et ideo ille nuptie digne felicitate paradisi si peccatum non fuisset: ⁊ diligedaz plez

gignerent: ⁊ pudendam libidinem nõ
haberent. Sed quomodo id fieri pos
set: nunc ñ ē quo demonstretur exem
plo: nec ideo tñ incredibile debꝫ uideri
ēt illud vnum sine ista libidie volunta
ti potuisse fuire: cui tot mēbra nunc ſ
uiunt. At vero manus ⁊ pedes moue
mus cũ volumus ad ea que his mem
bris agenda sunt sine ullo renisu tãta
facilitate quãta ⁊ in nobis ⁊ i alīs ví
dem' maxie i artificib' quoruīq; oprũ
corporaliũ: vbi ad exercendam ifirmi
orē tardiorēq; naturã agilio: accessit
industria: ⁊ non credim' ad opus ge
nerationis filiorꝫ: si libido non fuisset
que peccato inobediētie retributa est:
obedienter hõibus ad volũtatis nutũ
similiter vt cetera potuisse illa mēbra
seruire? Nonne cicero i libris de rep.
cum de ipiorꝫ differentia disputaret ⁊
huius rei siltudinem ex natura hõnis
assũeret: vt filīs dixit ipari corporis
mēbris ꝓpter obediēdi facilitatē: viti
osas vo ai ptes vt ſuos aspiore ipio
coerceri. Et vtiq; ordine naturali ani
mus añponit corpori: ⁊ tamē ipse ani
mus ipat cõpori facilius q̃ sibi. Uerũ
tamen hec libido de qua nunc disseri
m' eo magis erubescēda existit q̃ ani
mus i ea nec sibi efficaciter iperat vt
oio non libeat: nec oimõ cõpori: ut pu
denda membra volũtas potius q̃ libi
do cõmoueat. Quod si ita eēt: puden
da ñ eēnt. Nunc vero pudet animũ re
sisti sibi a cõpore: qõ ei natura infario
re sbiectum ē. In alīs q̃ppe affectioni
bus cũ sibi resistit: iõ minus pudet qr
cum a seipso vincit: ipse se vincit: ⁊ si
inordinate atq; vitiose. qr ex his par
tibus que rõni subīci debēt: tamē a p
tibus suis ac per hoc ut dictũ ē a seip
so vincit. Nam cum õdinate se anim'
vincit: ut irrõnales motus eius menti
rõniq; subdantur: si tamen ⁊ illa deo
subdita est laudis atq; virtutis ē. Mi
nus tamen pudet: cũ sibi anim' ex vi
tiosis suis partibus ñ obtēperat: q̃ cũ
ei cõp' qõ altexꝫ ab illo atq; infra illũ
est: ⁊ cuius sine illo vlla natura nõ ví
uit: volenti iubentiq; non cedit. Sed
cũ alia mēbra ītinent volũtatis ipio:
sine quibus illa que contra voluntatē
libidine concitantur id quod appetũt
implere non possunt: pudicitia custo
ditur: non amissa sed non pmissa de
lectatione peccati. Hunc renisum: hãc
repugnantiam: hãc volũtatis ⁊ libidi
nis rixam: vel certe ad voluntatis suf
ficientiam libidinis indulgētiã procul
dubio nisi culpabilis inobedientia pe
nali inobediētia plecteret: in paradiso
nuptie ñ haberēt: sed voluntati mbra
illa vt cetera cuncta seruirent. Ita gēi
tale aruum vas in hoc opus creatũ se
miaret vt nunc terzã manus ⁊ qõ mõ
de hac re nobis volentibus diligētius
disputare verecũdia resistit: ⁊ cõpellit
veniã honore pfato a pudicis aurib'
poscere: cur id fieret nulla causa esset:
sed in oia que de huiusmõi membris
sensum cogitantis attigerēt: sine ullo
timore obscenitatis liber ſmo ferret:
nec ipsa verba essent que vocarentur
obscena: sed quicq̃d iñ diceret tã hõe
stũ esset: q̃ de alīs cum loquimur cor
poris partibus. Quisq; ergo ad has
lias impudicus accedit: culpaꝫ refugi
at non naturã: fca denotet sue turpitu
dinis ñ vba nīe necessitatis. In q̃bus
mihi facillime pudicus ⁊ ēligiosus lec
tor vel auditor ignoscit: donec infide
litatem refellam: non de fide rerum in
expertarũ: sꝫ de sensu expertorꝫ argu
mentantem. Legit. n. hec sine offensio
ne qui non exhorret aplm horrenda
feminarum flagitia reprehēdētē: que
imutauerũt naturalē vsũ in eum vsuꝫ
q̃ ē p̄ naturam: precipue quia nos nõ
dãnabilē obscenitatē nunc sic ille com
memoramus atq; reprehendimus sꝫ
in explicandis quantum possum' hu
mane generationis effectibus uerba

tamen ſicut ille obſcena deuitamus.

Quod inſontes hoies ⁊ merito o bedientie in paradiſo pmanentes: ita genitalibus m̃bris fuiſſet uſuri ad generationem prol'. ſicut ceteris ad arbitrium voluntatis. c. xxiiij.

Emiaret igr prolē vir: ſuſcipet femina genitalibus mēbris: qn̄ id opus eēt ⁊ quantuz opus eēt volūtate motis non libidie cōcitatis. Neqz enim ea ſola mēbra mouemus ad nutum que cōpactis articulata ſt̄ oſſib⁹ ſicut pedes ⁊ manus ⁊ digitos: veruz ēt illa que mollibus rēiſſa ſunt neruis cuz volumus mouemus agitando et porrigendo pducim⁹: ⁊ torquēdo flectimus: conſtrigendo duram⁹: ſicut ea ſunt que in ore ac facie quantum pōt mouet voluntas. Pulmōes deniqz ipſi ōium medullarum molliſſimi ac uiſcerum: ⁊ ab hoc antro pectoris cōuiti ad ſp̄um ducendū ac remittēdū vocē qz emittendaz ſeu modificandā: ſicut folles fabroꝝ uel organoꝝ flantis: reſpirātis: loquētis: clamantis: cantātis ſeruiunt voluntati. Omitto q̄ aialib⁹ quibuſdā naturalr insitū eſt: vt tegmē quo corpus ōe ueſtitur: ſi quid in quo cunqz loco eius ſenſint abigendum: ibi tm̄ moueant vbi ſentiūt nec ſolum inſidentes muſcas: verum ēt herētes ariſtas cutis tremore diſcutiāt. Nūqd qr id non pōt hō: iō creator quib⁹ uoluit animantibus donare non potuit? Sic ergo ⁊ ipſe homo potuit obedientiam etiam inferiorum hīe mēbroꝝ: quā ſua iobediētia pdidit. Neqz. n. ōo difficile non fuit ſic illū ꝓdē: ut in eius carne ēt illō niſi eis volūtate mouēt: quod nunc niſi libidine nō mouetur. Nam ⁊ hōinum quorūdam naturas nouimus multum ceteris diſpares: et ipſa raritate mirabiles: nōnulla vt uolunt de cōpore ſuo faciētium que alq̄ nullo modo pñt: ⁊ audita vix credūt. Sunt. n. qui ⁊ aures moueant vel ſingulas vel ambas ſil'. Sunt qui totam ceſariem capite immoto quantum capilli occupant deponūt ad frōtē: reuocantqz cū volūt. Sunt qui eoꝝ q̄ voraueruūt incredibilr pluria ⁊ uaria paululum precordijs cotrectatis tanq̄ de ſacculo qō placuerit integerrimū pferūt. Quidā voces auiū pecorūqz ⁊ alioꝝ quorūlibet hōinū ſic imitant' atz exprimunt vt niſi videant' diſcerni oio non poſſint. Nonnulli ab imo ſine pudore vllo ita numeroſos pro arbitrio ſonitus edunt: ut ex illa etiaz parte cātare videantur. Ipſe ſum expertus ſudare hoiem ſolere cū vellet. Notum ē quoſdam flere cū volūt atqz vberti lachrymas fundere. Jam illud multo ē incredibilius: quod pleriqz fratres memoria recentiſſima experti ſunt. Preſbyter fuit quidam noie reſtitutus i parocia calamenſis eccl'ie: quando ei placebat: rogabat' aūt vt hoc faceret ab eis qui rem mirabilē corā ſcire cupiebāt: ad imittēdas quaſi lamētātis cuiuſlibet hōis uoces ita ſe auferebat a ſenſibus ⁊ iacebat ſimillimus mortuo: ut ñ ſolū uellicātes atqz pungentes minie ſentiret: ſed aliqn̄ etiam ſi igne ureretur admoto: ſine ullo doloris ſenſu niſi poſt modum exuulnere: non aūt obnittendo ſed non ſentiēdo non mouē corpus eo pbabatur q̄ tā q̄ in defuncto nullus inueniebatur anhelitus: hōinuz tam̄ uoces ſi clari loquerentur tāq̄ de lōginquo ſe audiſſe poſtea referebat. Cum itaqz corpus etiaz nūnc: quibuſdaz licet in carne cōruptibili hanc erūnoſam ducentibus vitaz ita in pleriſqz motiōibus ⁊ affectionibus extra vſitatū nature moduz mirabiliter ſeruiat: quid cē eſt ut non credamus ante inobedientie peccatuz ⁊ corrruptionis ſupplicium: ad propagandam prolem ſine ulla libidie fuiſ

uoluntati hũane humana mẽbra po tuisse? Dõatus est itaq; homo sibi q; deseruit deum placendo sibi ⁊ non obediens deo: non potuit obedire nec sibi. Hic euidentior miſia est qua hõ non viuit ut uult. Nã si ut vellet uiue ret beatum se putaret: sed nec sic tam eẽt si turpiter viueret.

De vera beatitudine quã temporal' vita non obtinet. c. xxv.

q Uanq; si dilgentius attendam⁹ nisi beatus non viuit ut vult: ⁊ null⁹ beat⁹ nisi iust⁹. Sz etiã ipse iust⁹ uiuit vt vult: nisi eo puenerit vbi mo ri: falli: offẽdi ñ possit: eiq; sit certũ ita semper futurum. Hoc enim natura ex petit: nec plene atq; perfecte beata erit nisi adepta quod expetit. Nunc vero quis hõinum põt vt vult uiuere: quã do ipsũ uiuere nõ ẽ i pr̃ate? Uiuere. n. uult: mori cogitur. Quomodo ergo uiuit vt uult: q̃ non viuit q̃diu uult? Quod si mori uoluerit: quõ potest ut vult viuere qui ñ uult viuẽ: ⁊ si iõ mo ri uelit non quo nolit uiuẽ: sz vt post mortẽ melius possit uiuere. Nondum ergo ut vult viuit: sz cũ ad id q̃ vult moriẽdo peruenerit. Uerum ẽt viuit ut vult qm̃ se extorsit sibi: qui impera uit sibi non velle quod non põt: atq; hoc velle q̃ põt: sicut ait terẽti⁹. Qm̃ non potest id fieri quod vis: id vel' q̃ possit. Non tamen ideo beatus est: q; patienter miser est. Beata quippe uita si non amatur: non habetur. Porro si amatur ⁊ habetur ceteris omnibus re bus excellentius necesse est amet': qm̃ propter hanc amandum est quicquid aliud amatur. Porro si tm̃ amatur q̃ tum amari digna est: non enim beat⁹ ẽ a quo ipsa beata uita nõ amatur ut digna est: fieri non potest: vt eaz q̃ sic amat non eternam velit. Tunc igitur beata erit quando erit eterna.

Quod felicitas in paradiso uiuẽti ũ sine erubescẽdo appetitu generandi officiũ credẽda sit iplẽ potuisse. c. xxvi.

u Juebat itaq; hõ in paradiso sic volebat: q̃diu hoc volebat q̃ deus iusserat. Uiuebat fruẽs deo ex quo bono erat bonus: viuebat sine vl la egestate ita sẽp uiuere hñs in pr̃ate. Cibus aderat ne esuriret: pot⁹ ne siti ret: lignũ vite ne illuz senecta dissoluẽt nihil corruptionis in cõpore vel ex cõ pore vllas molestias vll' eius sensibus igẽbat. Nullus intrinsec⁹ morb⁹ null⁹ ictus metuebatur extrinsecus. Sũma in carne sanitas: in aio tanta tranquil litas sicut in paradiso nullus est⁹ aut frigus: sic in eius habitatore nulla ex cupiditate vel timore accedebat bone volũtatis offensio. Nihil oio triste ni hil erat inaniter letum. Gaudiũ verũ ppetuebat' ex deo: i quẽ flagrabat cari tas ex corde puro ⁊ conscientia bona ⁊ fide ñ ficta: atq; inter se ꝓiugũ fida ex honesto amore societas ꝓcors men tis corporisq; uigilia: ⁊ mandati sine labore custodia. Non lassitudo fatiga bat ociosum: ñ sõnus p̃mebat iuitũ. In tanta facilitate rer̃ ⁊ felicitate hõi nũ: absit ut suspicemur nõ potuisse ꝓ lem seri sine libidinis morbo: sz eo vo luntatis nutu mouẽnt' illa mẽbra q̃ cetera: ⁊ sine ardõis illecebroso stimu lo: cũ tranquillitate ai ⁊ corporis: nul la corruptiõe integritatis ifundẽt' gre mio maritus vxoris. Neq; n. q; expiẽ tia probari non potest iõ credẽdũ nõ est: quando illas corporis partes non ageret turbidus calor: sed spõtãea po testas sicut opus esset adhiberet: ita tẽ potuisse vtero cõiugis salua itegritate feminei genitalis uirile semen imitti: sicut nunc potest eadem itegritate sal ua ex vtero uirginis fluxus menstrui cruoris emitti. Eadẽ q̃ppe uia posset illud inꝗci. qua hoc põt eꝗci. Ut enim

ad pariendū nō doloris gemitus sed maturitatis impulsus fēinea uiscera relaxaret: sic ad fetandū ⁊ concipiēdū non libidinis appetit⁹: sed uoluntari⁹ usus naturam vtrāq; ꝓiūgēt. De reb⁹ loquimur nūc pudēdis: ⁊ ideo q̄uis ā teq̄ earū puderet quales eē potuissēt coniūciam⁹ vt possum⁹: tamen necesse est ut nīa disputatio magis frenet: ea que nos ꝛuocat verecundia: q̄ eloquē tia q̄ nobis paꝛ suppetit adiuuet. Nā cum id quod dico nec ipsi experti fuerit q̄ experiri potuerūt: quōiā preoccupante peccato exilium de paradiso añ meruerūt: quā sibi in ope serende propaginis trāqllo arbitrio ꝓuēirent: quō nunc cū ista cōmemoꝛāt sensibus occurrit hūanis nisi expientia libidinis turbide: non ꝓiectura placide volūtatis? Hinc ē q̄ īpedit loquētē pudoꝛ ⁊si non deficiat ratio cogitātē. Ueruntā omnipotenti deo summo ac sūme bono: creatoꝛi omnium naturaꝝ: voluntatū aūt bonaꝝ adiutoꝛi ⁊ remūeꝛatoꝛi: malaꝝ aūt relictoꝛi ⁊ dānatōi: utꝛarūq; oꝛdinatoꝛi: non defuit vtiq; cōsilium: quo certū nūerū ciuiū in sua sapiētia predestiatū: etiam ex dānato genere hūano sue ciuitatis ipleret: non eos iā meritis quando quidē vniuersa massa tanq̄ vitiata radice dānata ē: sz gꝛa discernēs: ⁊ liberatis non solum ō seipsis: verum ēt de non liberatis q̄d eis largiatuꝛ ostendens. Non.n. debita sed gratuita bōitate tē se quisq; agnoscit erutū malis: cū ab eoꝝ hōinū consortio fit īmunis: cū q̄b⁹ illi iusta essz pena cōuis. Cur ergo non crearet de⁹ quos peccatores eē p̄sciuit: qñ quidē ī eis ⁊ ex eis ⁊ quid eoꝛum culpa meꝛeꝛetur: ⁊ quid sua gratia dōaꝛetur posset oñdere: nec sub illo creatoꝛe ac dispositoꝛe peruersa īordinatio delinquētiū rectū peruerteꝛet oꝛdinē reꝝ.

De peccatoꝛibus ⁊ angel⁹ ⁊ hōib⁹:

quoꝝ peruersitas nō peꝛtuꝛbat puidētiam dei. c. xxvij.

p Roinde peccatoꝛes ⁊ angeli et hoies nihil agūt quo īpediant magna opa dei exquisita ī omnes voluntates eius. Qm̄ qui prouident atz omnipotenter sua cuiq; distribuit: nō solum bōis verum ēt malis bene vti nouit. Ac per hoc propter meritum p̄me male volūtatis īta dānato atz obdurato angelo malo vt iā bonā volūtatē ulterius non habēt bene vtēs de⁹ cur non permittēt vt ab illo prim⁹ hō qui rectus hoc est bone voluntatis cꝛeatus fuerat tentaretur: quando quidē sic erat istitutus: ut si ō adiutorio dei fideret: bonus homo malum angelū vinceret: si aūt creatoꝛē atq; adiutoꝛē deum supbe sibi placēdo ōsereꝛet uinceretur: meritum bonum habens ī adiuta diuinit⁹ voluntate ꝛecta: malū vo īn deseꝛēte deū voluntate peruersa: qꝛ ⁊ ipsum fidere de adiutoꝛio dei non q̄dē posset sine adiutorio dei: nec tñ iō ab his diuine gꝛatie beneficiis sibi placendo recedere non habebat īn pt̄ate. Nam sicut in hac caꝛne viuere sine adiumentis alimentorum īn potestate ñ est: non autem in ea uiuere in potestate est: qō faciunt qui seipsos necāt: ita bene in ea viuere sine adiutorio dei ēt in paradiso non erat in potestate: erat aūt in pt̄ate male viuere: sed beatitudine non permansura ⁊ pena iustissima secutura. Cum igitur huius futuri casus hūani deus non eēt ignarus: cur eū ñ sineret iuidi angeli malignitate tentari: nullo mō q̄dē q̄ uinceretur incertus: sed nihilōinus prescius q̄ ab eius semine adiuto sua gratia idez īpe diabolus fuerat sanctoꝝ gloꝛia maioꝛe vincendus? Ita factum ē ut nec deū aliquid futuroꝛū lateꝛet: nec prescienꝛo quēq̄ peccare cōpelleꝛet: ⁊ quid esset inter propriam cuiusq; presumpti

onē ⁊ ſuam tuitionem angelice ⁊ humane rōnali creature conſequēti experientia demonſtraret. Quis.n.audeat credere aut dicere: vt neq; angel' neq; homo caderet in dei poteſtate nō fuiſſe: Sed hoc eorum poteſtate maluit non auferre: atq; ita ⁊ quantum mali eorꝝ ſuperbia: ⁊ quātū boni ſua gratia valeret oſtendere.

De qualitate duaꝝ ciuitatū terrene atq; celeſtis.c.xxviij.

f Fecerunt itaq; ciuitates duas amores duo: terrenam.ſ. amor ſui uſq; ad cōtemptū dei: celeſtē vero amor dei uſq; ad cōtemptū ſui. Dēiq; illa in ſeipſa: hec i dño gloriatur. Illa .n. querit ab hōibus gl'am: huic autez deus ꝓſcie teſtis maxia eſt gl'ia. Illa in gl'ia ſua exaltat caput ſuū: hec dic̄ ōo ſuo gl'ia mea ⁊ exaltans caput meū. Illi in pricipib' eis vl' i eis quas ſub iugat nationib' dñandi libido dñat': i hac ſeruiūt inuicē i caritate ⁊ prepoſiti cōſulēdo: ⁊ ſubditi obtēperando. Illa i ſuis potētibus diligit virtutē ſuā: hec dicit deo ſuo: diligam te dñe virt' mea. Iōq; i illa ſapientes ei' ſ; hōiez viuētes: aut corporis aut aī ſui bona aut vtriuſq; ſecuti ſunt: aut q̄ potuerunt cognoſcere deū non ut deū honorauerunt aut gr̄as egerūt: ſed euanuerūt in cogitationib' ſuis: ⁊ obſcuratū eſt inſipiēs cor eorꝝ. Dicētes eniz ſe eē ſapiētes. i. dñante ſibi ſuperbia in ſua ſapientia ſeſe extollētes ſtulti facti ſt': ⁊ imutauerūt gl'iam icorruptibilis dei in ſil'itudinem imaginis corrūptibilis hōis. ⁊ volucrū ⁊ quadrupedū ⁊ ſpētium. Ad huiuſcemodi eniz ſimul'cra adorando: vel duces popl'orꝝ l'ſectatores fuerunt: ⁊ coluerunt atz ſeruierūt creature potiꝰ q̄ creatori qui ē benedictus i ſecula. In hac aūtē nulla ē hōis ſapientia: niſi pietas qua recte colit' verus deꝰ: id expectans premiū i ſocietate ſcōrum: ñ ſolū hōinū verꝝ ēt ⁊ angelorum: vt ſit deꝰ oia i oibus amen.

Aurelij augustini de ciuitate dei liber q̄ntuſdēcimꝰ.

De duobus ordinibus generatōis hūane i diuerſos fines ab initio ꝓcurrentis.c.primum.

EFELICITate paradiſi vel de ipo paradiſo ⁊ de vita ibi primorum hōinuz eorūq; peccato atz ſupplicio ml'ti ml'ta ſenſerūt: multa dixerūt: multa l'ēis mādauerūt Nos q̄z ſum ſcripturas ſacras: vl' qd̄ in eis legimus: vel qd̄ ex eis intelligēr potuimꝰ earū cōgruētes auct'i de his rebꝰ in ſuperiorib' libris diximꝰ. Enucleatius aūt ſi iſta querāt': multiplices atz multimodas pariūt diſputatiōes: que pl'ibꝰ inſerēde ſunt voluminibus q̄ hoc opus tpuſq; depoſcit. Quod non ita largū hēmꝰ: vt in oibs q̄ pnt ī quirere ocioſi ⁊ ſcrupuloſi parratiores ad interrogādū q̄ capaciores ad intelligēdū: nos oporteat imorari. Arbitrō aūt ſatis nos iā feciſſe magnis ⁊ difficillimis queſtionibꝰ: de initio vel mūdi vel anime: vel ipſius generis hūani quod in duo genera diſtribuimus vnum eorꝝ qui ſecundū hominē: alterū eorum qūi ſecundum deum viuunt: quas etiam myſtice appellamus ciuitates duas hoc eſt duas ſocietates hominum: quarum eſt vna que predeſtinata eſt in eternum regnare cum deo:

altera eternum ſupplicium ſubire cuꝫ diabolo. Sed iſte finis ē earum: de q̃ poſt loquendū eſt. Nunc autē quoniā de exortu earum: ſiue in angelis quorum numerus ignoratur a nobis: ſiue in duobus primis hōibus ſatis dictū ē: iam mihi videtur earū aggrediend⁹ excurſus: ex quo illi duo generare ceperūt donec hoies generare ceſſabūt. Hoc enim vniuerſum tempus ſiue ſeculum: in quo cedūt morientes ſuccedunt q̃ naſcentes: iſtarum duarum ciuitatum de quibus diſputamus excūſus eſt.

De filijs carnis ⁊ filijs promiſſionis. c. ij.

n Atus eſt igitur prior cain ex ill⁹ duob⁹ generis humani parenti b⁹: pertinēs ad hōinū ciuitatem: posterior abel ad ciuitatem dei. Sicut. n. in vno hoīe q̃ dixit apoſtol⁹ expimur: quia non primum quod ſpuale eſt ſꝫ quod aīale: poſtea ſpirituale: vnde vnuſquiſq̃ quoniam ex damnata propagine exoritur: primo fit neceſſe ē ex adam malus atq̃ carnalis: q̃ ſi i chriſtum renaſcendo profecerit: poſt bon⁹ ⁊ ſpualis: ſic in vniuerſo genere hūano cum primum due iſte ceperunt naſcendo atq̃ morienoo procurrere ciuitates: prior eſt natus ciuis huius ſeculi: poſterius autem iſto peregrinus in ſeculo: ⁊ pertinēs ad ciuitatem dei gīa predeſtinat⁹: gratia electus: gratia peregrinus deorſuꝫ: gīa ciuis ſurſum. Nam quantum ad ipſuꝫ attinet: ex eadem maſſa oritur que originalit ē tota dānata: ſed tanq̃ figulus deus. hāc enim ſimilitudinem non iprudēt ſed prudēter introducit apoſtol⁹: ex eadē maſſa fecit aliud vas i honorē: aliud i contumeliā. Prius autem factum eſt vas in cōtumeliam: p⁹ vero alterꝫ i honorem. q̃ ⁊ in ipſo vno ſicut iam dixi hoīe prius ē reprobū: vñ neceſſe eſt incipiamus ⁊ vbi non eſt neceſſe vt rēaneam⁹: poſterius vero probū quo pficientes ueniamus: ⁊ quo perueniētes maneamus. Proiñ nō quidē ōnis hō malus erit bonus: nemo tamē erit bonus qui ñ erat mal⁹. Sꝫ q̃to quiſq̃ citius mutatur in melius hoc i ſe facit noiari quod apprehēdit ſcelerius: et poſteriore cooperit vocabulū prius. Scriptum eſt itaq̃ ō cain q̃ cōdidit ciuitatem. Abel autem tāq̃ peregrinus non condidit: ſuperna enim ſanctorū ciuitas q̃uis hic pariat ciues: i q̃bus peregriat⁹ donec regni eius tēp⁹ aduēiat: cuꝫ congregatura eſt ōes in ſuis cōporibus reſurgentes: q̃ñ eis promiſſū dabitur regnum: vbi cum ſuo principe rege ſeculorum ſine vllo tp̄is ſine ī gnabunt. Umbra ſane quedam ciuitatis huius ⁊ imago prophetica: ei ſignificande potius q̃ preſentande ſeruiuit in terris: quo eaꝫ tempore demōſtrari oportebat ⁊ dicta eſt etiam ipſa ciuitas ſancta merito ſignificātis imaginis: nō exp̄ſſe ſicut futura ē vitatis. De hac imagine ſeruiēte: ⁊ de illa quā ſiginificat libera ciuitate: ſic apoſtol⁹ ad galathas loquitur. Dicite mihi inquit ſub lege volentes eſſe legem ñ audiſtis? Scriptū ē. n. q̃ abraā duos filios hūit: vnū de ancilla: ⁊ vnuꝫ de libera. Sed ille quidē q̃ de ancilla ſecūdū carnem natus eſt: qui autē de libera p repromiſſionem: que ſunt p allegoriā dicta. Hec. n. ſunt duo teſtamenta. Unum quidē a monte ſina i ſeruitutem generans q̃ eſt agar. Sina enim mōs ē i arabia: q̃ cōiunctus ē huic q̃ nunc ē hierusalem. ſeruit. n. cum filijs ſuis. Que aūt ſurſum ē hierusalem libera eſt: que eſt mater ōniū nostrū. Scriptū eſt. n. Letare ſterilis que non paris erumpe ⁊ exclama q̃ non parturis: q̃ multi filij deſerte magis q̃ eius que hꝫ

uirum. Nos aũt fratres ſm iſaac pro
miſſionis filij ſumus. Sz ſicut tunc q̃
ſm carnem natus fuerat: perſequebat
eum qui ſm ſpiritum: ita ⁊ nunc. Sz
quid dicit ſcriptura? Eijce ancillam et
filiuz eius. Non.n. heres erit filius an
cille: cum filio libere. Nos autem ſies
ñ ſumus ancille filij: ſed libere: qua li
bertate chriſtus nos liberauit. Hec fõ
ma intelligendi de apoſtolica auctori
tate deſcendens locuz nobis apit quẽ
admoduz ſcripturas diuiozꝫ teſtamẽ
tozꝫ veteris ⁊ noui accipere debeam⁹.
Pars.n. q̃dã terrene ciuitatis: imago
celeſtis ciuitatis effecta eſt: nõ ſe ſigni
ficando ſed alteram: ⁊ iõ fuiẽs. Neqꝫ
.n. propter ſeipſã: ſed propter aliaz ſi
gnificandam ẽ iſtituta ⁊ precedẽte ali
a ſignificatiõe ⁊ ipſam prefigurans p̃
figurata eſt. Nanqꝫ agar ancilla ſare:
ciuſqꝫ filius: imago quedam hui⁹ ima
ginis fuit. Et qm̃ tranſiture erant um
bre luce ueniente: ideo dicit libera. Sa
ra ſignificabat liberã ciuitatẽ: cui rur
ſus alio mõ ſignificande etiã illa vm
bra ſeruiebat. Eijce ãcillã ⁊ filiuz ei⁹.
Non.n. heres erit filius ancille cuz fi
lio meo iſaac: quod ait apoſtolus cũ
filio libere. Inuenimus ergo in terrẽa
ciuitate duas formas: vnam ſuam p̃
ſentiã demonſtrantem: alteram celeſti
ciuitati ſignificande ſua preſentia ſer
uientem. Parit autem ciues terrene ci
uitatis peccato vitiata natura: celeſtis
vo ciuitatis ciues parit a peccato na
turã liberãs gratia: vnde illa vocant̃ ua
ſa ire: iſta uaſa miſericordie: ſignifica
tum eſt hoc etiam in duobus filijs a
brae: q̃ vnus de ancilla que dicebat̃
agar ſm carnem natus eſt iſmael: alt̃
autem eſt de ſara libera ſecundum re
promiſſionem natus iſaac. Uterqꝫ q̃
dem de ſemine abrae: ſed illum gẽuit
demõſtrãs cõſuetudo naturam: iſtum
vero dedit promiſſio ſignificans gratiaz
ibi human⁹ uſus oñditur: hic diuinuz
beneficium commendatur.

De ſterilitate ſare quã dei gratia fecũ
dauit. c. iij.

S Ara quippe ſterilis erat: ⁊ deſ
patione plis ſaltẽ de ãcilla ſua
concupiſcẽs hie: qõ de ipſa ñ ſe poſſe
cernebat: dedit eam fetandã viro: ô q̃
parere voluerat nec potuerat. Exegit
itaqꝫ etiam ſic debituz de marito vtẽs
iure ſuo i vtero alieno. Natus ẽ ergo
iſmael ſicut naſcũt̃ homes: permixtiõe
ſexus vtriuſqꝫ vſitata lege nature. Iõ
dictum ẽ ſecundum carnem non q̃ iſ
ta beneficia dei non ſint: aut non illa
optur deus cuius opifex ſapientia at
tigit ſic̃ ſcriptũ eſt a fine vſqꝫ ad finem
fortiter ⁊ diſponit oia ſuauiter: ſz vbi
ſignificandum fuerat dei donum qõ
indebitum hominibus gratis gratia
largiretur: ſic oportuit dari filiuz quẽ
admõm nature ñ debebat̃ excurſib⁹.
Negat.n. natura iã filios tali cõmixti
oni maris ⁊ femine: qualis eẽ poterat
abrae ⁊ ſare in illa iam etate: ẽt mulie
ris accedente ſterilitate que nec tũc pa
tere potuit: quando non etas fecũdi
tati: ſz etati fecũditas defuit. Quod er
go nature ſic affecte fruct⁹ poſterita
tis nõ debebatur: ſignificat q̃ natura
generis humani peccato vitiata: ac p̃
hoc iure dãnata nihil vere felicitatis
impoſterꝫ mẽbatur. Recte igitur ſigni
ficat iſaac per repromiſſionẽ nat⁹: fili
os gratie ciues ciuitatis libere: ſocios
pacis eterne: vbi ſit non amor prope
ac priuate quodãmodo volũtatis: ſed
cõmuni eodemqꝫ immutabili bono
gaudens atqꝫ ex multis unum cor fa
ciens: id eſt perfecte facta concoz obe
dientia caritatis.

De terrene ciuitatis concertatiõe l'

pace.c.iiij.

t Errena porro ciuitas que sēpit̃ na ñ erit:neq; enim cū i extremo supplicio dānata fuerit iā ciuitas erit: hic hꝫ bonū suuꝫ cuius societate letatur:qual̃ esse de talibus rebus leticia pōt. Et quoniam non est tale bonum vt nullas angustias faciat amatorib̄ suis: ideo ciuitas ista aduersus seipsā plerūq; diuidit̃:litigando: bellādo:atq; pugnando:⁊ aut mōtiferas aut certe mortales victorias requirēdo. Naꝫ ex quacūq; sui pte adv̄sus alterā sui partē bellando surrexit:querit esse victrix gentium:cum sit captiua vitiorū. Et si quidem cum vicerit superbi̇ extollitur:etiā sic mortifera. Si v̄o ꝓditionem cogitās casusq; cōes: magis q̄ accidere possūt aduersus angit̃:q̄ eis q̄ prouenerūt ꝓis reb̄ iflat̃:tm̄mō mōtalis est ista victoria. Neq; enim semp dominari poterit pmanēdo:eis quos potuerit subiugare uincendo. Non autem recte dicuntur ea bona non eē que concupiscit hec ciuitas:quando ē ⁊ ipsa in suo genere humano melior. Concupiscit enim terrenam quandaꝫ pro rebus infimis pacem:ad eam nāq; desiderat peruenire bellando. Qm̄ si uicerit ⁊ qui resistat non fuerit:pax erit quam non habebant partes inuicem aduersantes:⁊ pro his reb̄ quas simul habere non poterant infelici egestate certantes. Hanc pacem requirunt laboriosa bella:hanc adipiscitur que putatur gloriosa victoria. Quando autem vincunt qui cā iustiore pugnabant quis dubitet gratulandam esse victoriam:⁊ proueīsse optabilem pacem? Hec bona sunt: ⁊ sine dubio dei dona sunt. Sed si neglectis meliorib̄ que ad supernam pertinent ciuitatem: vbi erit victoria in eterna ⁊ sūma pace secura:bona ista sic concupiscantur:vt vel sola esse credantur:l̃ his que meliora creduntur amplius diligantur:necesse est miseria consequat̃: ⁊ que inerat augeatur.

De primo terrene ciuitatis auctor fratricida cuius impietati romane vrbis cōditor germani cede rñderit.c.v.

p Rimus itaq; fuit trene ciuitatis cōditor fratricida:nā suū fratrē ciuem ciuitatis etne i hac tra peregrinantem inuidentia vict̄ occidit. Unde mirandum non ē:q̄ tanto postea i ea ciuitate condenda que fuerat huius trene ciuitatis de qua loquimur caput futura:⁊ tā multis gentibus regnat̃a huic prio exēplo ⁊ vt greci appellant archeotypo:quedam sui generis imago respondit. Nam ⁊ illic sicut ipsum facinus quidam poeta cōmemorauit illoꝝ: Fraterni p̄mi maduerūt saguine muri. Sic enim condita est roma: qñ occisum remum a fratre romulo rōana testatur historia nisi q̄ isti terrene ciuitatis ambo ciues erant. ⁊ ambo gloriam de romane reipub. institutione querebant: sed ambo eam tantaꝫ quantā si vnus esset hīe non poterāt. Qui enim volebat dominando glorari:minus vtiq; dñaret̃:si eius p̄tas viuo cōsorte minueretur. Ut ergo totam domiationē haberet vnus:ablat̄ est socius:⁊ scelere creuit in peius:qō innocentia minus esset in melius. Hi autem fratres cai ⁊ abel non hēbāt ābo inter se sil̃em rex terrenaꝝ cupiditatem:nec in hoc alter alteri inuidit: q̄ eius dominat̄ fieret angustior qui alterū occidit:si ambo dñarentur. Abel quippe non querebat dñationem in ea ciuitate que condebatur a fratre:sꝫ inuidētia illa diabolica qua inuident bōis mali nulla alia cā ē nisi q̄ illi boni sunt:illi mali. Nullo enim modo fit minor accedente seu pmanēte cōsorte possessio bōitatis:imo possessio bōita

tis tanto fit latior:quanto cōcordior e
az indiuidua sociorꝫ possidet caritas.
Nō hēbit deniqꝫ istā possessionē:q̄ eā
noluerit hīe cōmunem. Et tanto eam
īperiet ampliorē:q̄to amplius ibi po
tuerit amare cōsortem. Illud igī quod
inter remum ⁊ romulū exortū ē: quē
admodum aduersus seipsam terrena
ciuitas diuidatur ostendit:quod aūt i
ter cain ⁊ abel inter duas ipsas ciuita
tes dei ⁊ hōinum inimicitias demon
strauit. Pugnāt ergo it̄ se mali ⁊ ma
li. Itē pugnāt int̄ se boni ⁊ mali: boni
vero ⁊ boni:si perfecti sunt iter se pu
gnare non possunt. Proficiētes aūt ñ
dūꝫ pfecti ita possunt:vt bonus quis
qꝫ ex ea parte pugnet contra alterꝫ:q̄
ēt cōtra semetipsum. Et in vno q̄ppe
hoie caro concupiscit aduersus spūz:
⁊ spiritus aduersus carnem. Cōcupis
centia ergo spūalis cōtra alterius pōt
pugnare carnalem:uel concupiscentia
carnal'q̄ alterius spiritualem:sicut in
ter se pugnant boni ⁊ mali:vl' certe ip
se concupiscentie carnales inter se du
orꝫ bonorꝫ nōduz vtiqꝫ perfectorꝫ: sic
int̄ se pugnant mali ⁊ mali:dōec eorꝫ
q̄ curāt' ad vltiaz victoriā sanitas per
ducatur.

De lāguorib' quos ex pena pecci
ēt ciues ciuitatis dei i hui' vite pegri
tiōe patiūt':⁊ a quibus deo mediante
sanantur.c.vi.

l Anguor ē q̄ppe iste.i.illa iobe
diētia ō qua in libro decioquar
to disseruim':prie inobediētie supplī
cium:⁊ ideo ñ natura sed vitiū. Prop
ter qō dī proficientib' bōis:⁊ ex fide i
hac pegrinatiōe uiuentib' iuicē onera
uīa portate:⁊ sic adiplebitis legē chri
sti. Itē alibi dī. Corripite inquietos: ꝓ
solamū pūsillanies:suscipite ifirmos:
patientes estote ad ōes:videte ne q̄s
malū ꝓ malo alicui reddat. Item alio
loco si preoccupat' fuerit homo in ali
quo delicto: vos qui spūales estis in
struite huiusmōi in spū mansuetudi
nis: intēdēs teipūm ne ⁊ tu tenteris.
Et alibi. Sol non occidat sup iracūdi
am vīam. Et in euāgelio. Si peccaue
rit i te frat̄ tu' cōripe eū iter te ⁊ ipsū.
Item de peccatis in quibus multorū
cauetur offensio sic apostolus dicit.
Peccantes coram ōibus argue vt ⁊ ce
teri metum habeant. Propter hoc et
de venia inuicem dāda multa precipi
untur:⁊ magna cura propt̄ tenēdā pa
cē sine qua nemo poterit uidere deū:
vbi ille terror qñ iubetur seruus. x. mi
lium talentorum reddere debita que
illi fuerant relaxata:quoniam debitū
denariorū centum conseruo suo nō re
laxauit. Qua silitudie proposita dñs
iesus adiecit atqꝫ ait. Sic ⁊ vobis faci
et pī uester celestis:si nō dimiseritis v
nusquisqꝫ fratri suo ō cordibus vīis.
Hoc mō curantur ciues ciuitatis dei
in hac terra peregrinantes:⁊ paci sup
ne patrie suspirantes. Spūs autem sāc
tus operatur intrinsecus:ut valeat a
liquid medicina que adhibetur extrin
secus. Alioqui etiam si deus ipse vtēs
creatura sibi subdita:in aliqua specie
humana sensus alloquatur humāos:
siue istos cōporis:siue illos quos istis
sillimos habemus insōnis: nec iterior
gia mētē regat atz agat:nihil prodest
hōi omnis predicatio veritatis. Facit
autem hoc deus:a uasis misericordie
ire vasa discernens dispensatione qua
ipsa nouit multum occulta sed tñ iu
sta. Ipso q̄ppe adiuuante mirabilib'
⁊ latentibus modis:cū peccatū quod
habitat in membris nostris: quod sic
peccatū ē vt sit ēt pena peccati sic apo
stolus precipit non regnat in nīo mor
tali corpore peccatū ad obediēdū desi
derijs eius:nec ei mēbra nīa velut iniq̄
tatis arma exhibem': pvtitur ad ñtē
non sibi ad mala deo regēte cōsētientē

7 eam regens tranquillius nūc: hēbit postea sanitatem perfectā: atq; imortalitate percepta homo sīñ vllo peccato in eterna pace regnabit.

De cā 7 pertiacia sceleris cain: quē a facinore cōcepto nec dei ꝓmo ꝛuocauit. c. vij.

S Ed hoc ipm qd sic potuim' exposuim': cū deus locut' eēt ad cai eo mō quo ꝓmis hōib' p creaturā sbiectā velut eorū soci' forma cōgrua loq̄batur: quid ei ꝓfuit? Nonne ꝓceptū scelus i necando fre: ēt post verbuz diuīe admōitionis ipleuit? Nā cuz sacrificia discreuisset āborz: in illi' respiciēs: huius despiciēs: quod non dubitandum est potuisse cognosci signo aliquo attestante visibili: 7 hoc ideo fecisset deus: qr mala erāt opera eius: frīs eius vero bona: contristatus ē cain valde: 7 cōcidit facies eius. Sic eim scriptū ē. Et dixit dominus ad cain. Quare tristis factus es. 7 quare cōcidit facies tua? Nonne si recte aferas recte aūt diuidas: stati in forib' peccatū aderit. Peccasti: quiesce. ad te enim cōversio eius: 7 tu dominaberis illius. In hac admonitiōe quaz deus ꝓtulit ad cain: illud quod dictū est ñne si recte offeras recte aūt non diuidas peccasti: qr non elucet cur l' vnde sit dictuz: multos sēsus peperit eius obscuritas: cum diuinaz scripturaz quisq; tractator ꝓum fidei regulam id conat' exponere. Recte quippe offertur sacrificiū: cū offert' deo vero: cui vni tantūmō sacrificandum ē. Non aūt recte diuiditur: dum ñ discernūt' recte vel loca vel tempora: vel res ipse que offerunt': uel qui offert uel cui offertur: vl' hi quib' ad vescendū distribuitur qd oblatū ē: vt diuisionem intelligam' hic discretionē: siue cū offertur vbi nō oz: aut qd non ibi sed alibi oportet. Siue cum offertur quādo non opōtet: aut quod non tunc sed alias oportet. Siue cum id offertur quod nusq; 7 nunq; penit' debuit: siue cum electiora sibi eiusdez generis rez tz homo: q; sūt ea que offert deo: siue cum eius rei que oblata est fit particeps prophanus. aut quilibet quē fas non est fieri. In quo autez horum deo displicuerit cain facile nō potest inueniri. Sed quoniam ioānes apostolus cum de his frībus loquētū non sicut cain inquit: qui ex maligno erat 7 occidit fratrē suū: 7 cui' rei gīa occidit eum: qr opera illius maligna fuerunt: fratris autē illius iusta: datur intelligi propterea ñ respexisse deum i munus eius: qr hoc ipsum male diuidebat: dās deo aliqd suuz: sibi aūt se ipsū. Qd ōes faciunt qui non dei sed suā sectantes volūtatē. i. non recto sed perūso corde viuentes: offerunt deo tamen munus quo putant eum redimi vt eorū non opituletur sanandis prauis cupiditatibus sz explēdis. Et hoc ē propriū terrene ciuitatis: deū vel deos colere: q̄bus adiuuantibus regnet in victoriis 7 pace terrena: nō caritate consulēdi sed dñandi cupiditate. Bōi quippe ad hoc vtūt' mundo: ut fruantur deo: mali autem contra ut fruant' mundo: vti uolūt deo: qui tamen cū l' eē uel res humanas curare iā credūt. sunt eiz multo deteriores qui nec hoc quidem credunt. Cognito itaq; cain: q; super eius germani sacrificium nec super suum respexerat deus: utiq; fratrem bonum mutatus imitari: nō elatus debuit emulari. Sed quia contristatus est 7 concidit uultus eius: hoc peccatū maxime arguit deus tristitiaz de alteri' bonitate: 7 hoc frīs. Hoc q̄ppe arguēdo interrogauit dicēs. Quare contristatus es: 7 quare cōcidit facies tua? Quia enim frī īuidebat deus uiōbat 7 hoc arguebat. Naz hōibus quibus abscōditū ē cor alterius: eē posset

ambiguum ⁊ prorsus icertũ vtrũ illa tristitia malignitatẽ suaz in qua se ꝺo displicuisse didicerat:an fratris doluerit bonitatẽ que deo placuit:cum ĩ sacrificiũ eius aspexit.Sed rõnẽ reddẽs deus cur eius oblationẽ accipẽ noluerit:vt sibiipe potius merito ꝙ imerito frater displiceret:cum eẽt iniust' non recte diuidẽdo:hoc ẽ non recte uiuendo:⁊ idignus cuius approbaret' oblatio ꝙ esset iniustior ꝙ fiem iustuz gratis odisset oñdit. Non tam euz dimittens sine mãdato sãcto iusto ⁊ bono. Quiesce inquit. ad te eniz ꝓuersio ei' ⁊ tu dñaberis illi'. Nũqd fiis? Absit. Cuius igĩ nisi peccati? Dixit enim peccasti:tñ deinde addidit:quiesce. ad te .n. conuersio eius:⁊ tu dñaberis illi'. Põt quidem ita intelligi:ad ipsũ hõinem conuersionem eẽ debere peccati: vt nulli alij ꝙ sibi sciat tribuere debeĩ ꝙ peccat. Hec est enim salubris pẽitentie medicina:⁊ venie petitio non incõgrua. vt vbi ait ad te enim conuersio eius non subaudiatur erit:sz sit precipiẽtis videlz non predicẽtis mõ. Tũc enim dñabit' quisqz peccato: si id sibi non defendendo ꝓposuerit: sed pẽitẽdo subiecerit. Alioquin ⁊ illi fuiet dominãti:si patrocinium adhibuerit accidẽti. Sed vt peccatũ itelligat' ꝓcupiscentia ipsa carnalis ꝺ qua dicit apl's: caro concupiscit aduersus sp̃um:i cuius carnis fructibus ⁊ inuidiam commemorat:qua vtiqz cain stimulabat' ⁊ accendebatur in fratris exitum: bñ subauditur erit.i.ad te enim conuersio eius erit:⁊ tu dominaberis illi' põt quidez ita intelligi. Cuz enim cõmota fuerit ꝑs ipa carnal':quam peccm appellat apl's ubi dicit:ñ ego operõ illꝺ sed quod hirat ĩ me peccatũ:quã partez ai ẽt philosophi dicunt eẽ vitiosã: non q̃ mentem debeat trahere:sed cui mẽs debeat imperare:eãqz ab illicitis operibus rõne cohibere:cũ ergo commota fuerit ad aliquid ꝓperã cõmittẽdum:si acquiescatur ⁊ obtẽperetur dicẽti apl'o ne exhibueritis membra uĩa arma iniquitatis peccato. ad mentem domita ⁊ victa conuertit': ut sꝺdita rõ dñetur:hoc precepit deus huic qui facibus inuidie inflãmabat' in fratrẽ: ⁊ quem debuerat imitari cupiebat auferre. Quiesce inquit:manus ab scelẽ contine. Non regnet peccatum in tuo corpore mortali ad obediendum desiderijs eius:nec exhibeas mẽbra tua iniquitatis arma peccato. Ad te enim conuersio eius:dum non adiuuatur relaxãdo sed quiescẽdo frenatur. Et tu dominaberis illius:ut cuz forinsecus non permittitur operari:sub pt'ate mẽtis regentis ⁊ bene volentis assuescat etiam intrinsecus ñ moueri. Dictuz ẽ tale aliquid in eodem diuino libro et de muliere:qñ post peccatum deo interrogante atqz iudicante:dãnationis sẽtẽtias acceperunt in serpẽte diabolus: ⁊ in se ipsis illa ⁊ maritus. Cum enim dixisset eis multiplicans m'tiplicabo tristitias tuas ⁊ gemitum tuum:⁊ in tristitijs paries filios:deiñ addidit:⁊ ad uirũ tuũ conuersio tua:⁊ ipse dñabitur tui. Quod dictum ẽ ad cain de peccato vel de vitiosa carnis concupiscentia. hoc isto in loco de peccatrice femina:vbi intelligendum ẽ uirum ad ĩgendam vxorem:aio carnẽ regenti similem eẽ oportere. Propt' qꝺ dicit apostolus. Qui diligit uxorem suã: se ipsum diligit. Nemo enim vnq̃ carnẽ suam odio hũit. Sanãda sunt hec sic nostra:non sicut aliena damnanda. Sed illud dei preceptum cain sicut p̃uaricator accepit. Inualescente quippe inuidentie vitio fratrem insidiatus occidit. Talis erat terrene conditor ciuitatis. Quomodo autem significauerit etiam cain iudeos a quibus christ' occisus est: christum vero magnũ pastorem ouium peccorum custos p̃figu

rabat abel:qz in allegoria prophetica res est parco nunc dicere. Et quedam hinc aduersus faustum manicheum dixisse me recolo.

Que rō fuerit vt cain inter principia generis hūani ꝓdēt ciuitatē.c.viij.

n Unc aūt defendenda videt mihi historia:ne sit scriptura icredibil q̄ dicit edificata3 ab vno hoie ciuitatem:eo tēpore quo ñ plus q̄ viri quatuor vel potius tres postea q̄ frat fratrem occidit fuisse videntur i terra id est primus homo pater omnium: ⁊ ipse cain ⁊ eius filius enoch ex cui⁹ noie ipsa ciuitas nuncupata est. Sed hoc quos mouet: parū considerant ñ ōes hoies qui tunc ē potuerunt:scriptorem sacre huius historie necesse habuisse noiare:sed eos solos quos operis suscepti ratio postulabat. Propositū ꝗppe scriptoris illius fuit per quē sp̄us sanctus id agebat: p successiōes certarū generationum ex vno hoie ꝓpagatarum puenire ad abraam:ac ō iñ ex eius semine ad populū dei:i quo distinctio a ceteris gentib⁹ p̄figurarēt ⁊ prenunciarentur oia q̄ ō ciuitate cuius eternum erit regnū:⁊ de rege eius eodēq̄ conditore christo in sp̄u preuidebantur esse futura:ita vt nec ō alta societate hominum tacēt q̄ terrenā dicimus ciuitatē:quātū ei commemorā de satis esset:vt ciuitas dei etiā sue aduersarie comparatione clarescat. Cuz igit scriptura diuina vbi ⁊ numerum annorum quos illi hoies vixerunt cōmemorat ita includat:vt dicat de illo de quo loquebatur ⁊ genuit filios ⁊ filias:⁊ fuerūt ōes dies illius vel illius quos vixit anni tot ⁊ mortuus est:nūquid qz eosdē filios ⁊ filias non noiat ideo intelligē non debemus per tā multos annos quibus tunc in seculi hui⁹ prima etate viuebat:nasci potuisse plures homines:quorum cetib⁹ condi possent ēt plurie ciuitates? Sed pertinet ad deum quo ista inspirante cōscripta sunt:has duas societates suis diuersis generationibus primitus dirigere atq̄ distinguere:vt seorsum hominuz hoc est secundum hominem viuentiū seorsum autem filiorum dei id est hōinum secundum deum viuentiuz generationes contexent vsq̄ ad diluuiuz: vbi ambarum societatum discretio ꝓcretioq̄ narrāt:discretio q̄idē q̄ ābarū seperati generationes cōmemorāt vnius fratricide cain:alterius aūt qui vocabatur seth. Natus quippe fuerat et ipse de adaz:pro illo quē frat occidit. Concretio autem:quia bonis i deteius declinantibus tales vniuersi facti fuerant vt diluuio delerent:excepto vno iusto cui nomen erat noe:⁊ eius coniuge ⁊ trib⁹ filij̄s totidēq̄ nurib⁹. Qui hoies octo ex illa omnium uastatione mortalium per arcam euadere meruerunt. Quod igitur scriptum est ⁊ cognouit cain uxorem suā ⁊ concipiens peperit enoch:⁊ erat edificans ciuitatem in noie filij sui enoch:non est quidem consequens vt istū p̄mum filiuz genuisse credatur. Neq̄.n. hoc ex eo putandum ē:qz dictus est cognouisse vxorem suā:quasi tūc se illi primitus cōcumbēdo miscuisset. Nam ⁊ de ipo patre ōium adā:ñ tūc solum hoc dcm est quādo conceptus est cain quez primo genitum videt hūisse:verum etiā posterius eadem scriptura cognouit i quit adam vxorem suam:⁊ concepit ⁊ peperit filium:⁊ nominauit nomen illius sech. Unde intelligitur ita solere illam scripturam loqui quamuis non semper:cum in ea legitur factos hōinum fuisse conceptus:non tamē solū cum primuz sibi sexus vterq̄ miscēt. Nec illud necessario est argumento: vt primogenitum patri existimem⁹ enoch:q̄ ei⁹ noie illa ciuitas nūcupata

est. Non.n.ab re est:ut propter aliquã causam cum ⁊ alios haberet:diligeret eum pater ceteris amplius. Neq; eim ⁊ iudas primogẽitus fuit:a quo ⁊ iudea cognominata est ⁊ iudei. Sed etiam si ꝓditori ciuitatis illius iste filius primus est natus:non ideo putandũ est tunc a patre condite ciuitati nomẽ eius impositum quando natus est:q; nec constitui tunc ab vno poterat ciuitas:que nihil est aliud q̃ hominum multitudo aliquo societatis vinculo colligata:sed cum illius hõis familia tãta numerositate crescceret:vt habẽt iam populi quantitatem: tunc potuit vtiq; fieri vt ⁊ constitueret: ⁊ nomen primogeniti sui constitute imponẽt ciuitati. Taz longa quippe vita illoꝝ hõinũ fuit:ut illic mẽoratoꝝ quoꝝ ⁊ ãni taciti nõ sunt:qui minimũ vixit ã te diluuiuz:ad septingentos ꝗnquagĩtatres pueniret. Nam plẽs nongẽtos annos ẽt trãsierunt: quãuis nemo ad mille puenerit. Quis itaq; dubitauerit ꝑ vnius hominis etatem tm̃ multiplicari potuisse gen̊ humanũ: ut eẽt vñ constitueretur non vna sed plurẽ ciuitates. Quod ex hoc conijci facillime põt:q; ex vno abraam ñ multo ãplius quadringẽtis ãnis numerositas hebraice gentis tanta procreata ẽ:ut ĩ exitu eiusdem populi ex egypto:sexcẽta milia hõinũ fuisse referant̃ bellice iuuẽtutis:vt omittam̊ gentẽ idumeorum ñ pertinentẽ ad populum israel: quẽ genuit frater ei̊ esau nepos abrae:⁊ alĩs gentes natas ex semine ipsius abrae:ñ per sarã coniugem ꝓcreatas.

De longa vita hominum que fuit ante diluuium:⁊ de ampliore hũano rum corporuz forma.c.ix.

q Uãobrem nullus prudens rex existimator dubitauerit cain ñ solũ aliquã:verũ ẽt magnam potuisse condere ciuitatẽ:quando in tãlonguz tẽpus protendebatur vita mõtalium: nisi forte infidelium quispiã ex ipa numerositate annorum nobis ingerat questiõem:qua vixisse tũc hoies scriptum est in auctoritatibus nostris: et hoc neget eẽ credendum. Ita quippe non credunt etiam magnitudines corporum longe ampliores tũc fuisse q̃ nunc sunt. Unde ⁊ nobilissimus coꝝ virgilius de ingenti lapide quem in agrorum limite infixum vir fortis illorum temporum pugnans ⁊ rapuit:⁊ cucurrit ⁊ intorsit ⁊ immisit. Uix illũ inq̃t lecti bis sex ceruice sbirent. Qualia nunc hominum producit corpora tellus:significans maiora tunc corpora producere solere tellurem. Quanto magis igitur temporibus recentioribus mundi:ante illud nobile diffamatũq; diluuiũ? Sed de corporũ magnitudine plerũq; incredulos nudata ꝑ vetustatẽ siue per viz fluminũ varioscq; casus sepulcra conuicũt:vbi apparuerũt vel vnde ceciderũt incredibilis magnitudinis ossa mortuorũ. Uidi ipse ñ sol̊ sed aliqui mecum ĩ vticẽ si littore molarez hõis dentez tam ingentem:vt si ĩ nostrorum dentiũ modulos minutati concideretur:centum nobis videretur facere potuisse. Sed illum gigantis alicuius fuisse credidimus. Naz preter quod erant omnium mlto maiora q̃ nĩa tunc corpora gigantes ante longe ceteris anteibãt. Sicut alijs deiñ nĩisq; temporibus rari quidem:sz nunq̃ ferme defuerũt q̃ modũ aliorum plurimum excederẽt. Plinius ꝗs doctissimus homo q̃to magis magisq; preterit secli excursus minora cõpora naturã ferre testatur. Quod etiam homerum cõmemorat sepe carmine fuisse conquestum: non hec uelut poetica figmẽta deridẽs: sz ita historicam fidem tanq̃ miraculo

rũ naturaliũ scriptor assumẽs. Ueruz vt dixi antiquorũ magnitudines corporum: inuenta plerunqz ossa quoniam diuturna sunt etiã multo posteriorib⁹ seculis produnt: annorꝫ aũt numerositas cuiusqz hõinis qui tp̃ibus ill' fuit: null' nunc talibus docuñtis vẽire ĩ expimẽtũ põt. Nec tñ iõ fides sacre huic historie derogãda est cui⁹ tanto imputẽti⁹ narrata ñ credim⁹: quãto iplezi certius prenũciata conspicimus. Dicit tñ etiaz idez plini⁹ eẽ adhuc gentẽ vbi ducentos ãnos viuitur. Sic ergo hũanarũ vitarũ diuturnitates quas exp ti non sum⁹: hodie hẑc credũtur incognita nobis loca: cur nõ hũisse credãt⁹ ⁊ tp̃a: An vo est credibile alicubi esse quod hic non est: ⁊ icredibile aliqñ fuisse quod nunc non est?

De differentia q̃ int' hebreos ⁊ nostros codices vident' annorũ numeri dissonare. c. x.

q Uo circa ⁊si it' hebreos ⁊ nr̃os codices de ipso nũero annoruz nonnulla videt' eẽ distãtia: qõ ignoro qua rõne sit fẽum: non tamen tãta ẽ: ut illos hoies tã longeuos fuisse dissẽtiant. Nam ipse hõ prim⁹ adam añ q̃ gigneret filium q̃ ẽ appellatus seth ducentos triginta vixisse annos repit' in codicibus nr̃is: in hebreis aũt cẽtũ triginta perhibet'. Sz posteaq̃ eũ gẽuit septingentos vixisse legit' in nr̃is: octingentis vero in ill'. Atqz ita in vtrisqz vniuersitatis summa concordat: ac deinde per consequẽtes generatiõs ãteq̃ gignat' qui gigni cõmemoratur: minus vixisse apud hebreos pater ei⁹ inuenitur centum ãnos: sed posteaq̃ ẽ genitus: idẽ ipse centum min⁹ q̃ ĩ hebreis inueniuntur ĩ nr̃is. Atqz ita hic ⁊ inde numeri vtriusqz vniuersitas cõsonat. In sexta autez generatione nusq̃ vtriqz codices discrepant. In septima vero vbi ille qui natus est enoch: ñ moriu⁹ sed q̃ deo placuerit trãslat⁹ eẽ narratur: eadẽ dissonãtia ẽ que in superioribus quinqz de centum annis añq̃ gigneret eum qui ibi cõmemoratus est filium atqz ita in sũma similis consonantia. Uixit enim ãnos anteq̃ transferretur fz vtrosqz codices trecẽtos sexagintaquinqz. Octaua generatio habet quidem nõnullã diuersitatẽ sed miorem ac dissimilez ceteris. Matusalem quippe quẽ genuit enoch: añq̃ gigneret eum qui in ipso ordine q̃ rursus in nostris posteaq̃ eũ genuit ĩperiuntur additi: ⁊ in vtrisqz sibi summa vniuersi numeri occurrit. In sola nona generatione. i. in annis lamech filij matusalẽ patris aũt noe: summa vniuersitatis discrepat: sed non plurimum. Uiginti enim ⁊ quatuõ annos plus vixisse in hebreis q̃ in nostris codicibus inuenitur. Nã anteq̃ gigneret filium qui vocatus est noe: sex minus hz in hebreis q̃ in nr̃is: postea vero q̃ eum genuerit: triginta ãplius in eisdẽ q̃ in nr̃is. Unde sex illis detractis restant viginti quatuor vt dictum est.

De annis matusalem: cuius etas. x liij. annis uidet' diluuiũ excedẽ. c. xi.

p Per hanc aũt discrepãtiã hebreorũ codicũ atqz nr̃oꝫ exoritur illa fãosissima q̃o: vbi matusalez quatuordecim annos vixisse post diluuiũ computat': cũ scriptura ex õibus qui ĩ terra tunc fuerãt solos octo hoies in arca exitum commemoret euasisse diluuij: in quibus matusalem non fuit. Secundum codices enim nr̃os matusalem enim priusq̃ gigneret illum quẽ vocauit lamech: vixit annos cẽtũ sexagita septẽ: deiñ ipse lamech ãteq̃ ex illo natus esset noe vixit annos centuz octogitaocto: q̃ sil' fiunt tercẽtiquiquagiutaq̃nqz. His addũtur sexcenti noe

quoto eius anno diluuiũ factum ē: q̃ fiunt nongenti quinquagintaquinq̃: ex quo matusalem nat' est usq̃ ad annum diluuij. Omnes aũt ãni vite matusalem nongenti sexagintanouē computantur. Quia cũ vixisset annos centum sexagintaseptē ⁊ genuisset filium qui est appellatus lamech: post eum genitum uixit ãnos octigētos duos. Qui omnes vt dixim' nongenti sexagintanouē fiunt. Unde detractis nongentis quinquagitaq̃nq̃ ab ortu matusalem vsq̃ ad diluuiũ remanēt quatuordeci quib' vixisse credit' p' diluuium. Propter qõ ñnulli ⁊ si eũ in tra vbi õem carnem: quã uiuē i aquis natura non finit: cõstat fuisse deletaz cũ pie suo qui translatus fuerat aliquantum fuisse: atq̃ ibi donec diluuiũ ptez iret vixisse arbitrantur. Nolentes derogare fidem codicibus quos in auctoritatem celebriorem suscepit eccl'ia: ⁊ credentes iudeoꝝ potius q̃ istos ñ hie qõ verũ ē. Non.n. admittũt q̃ magis hic esse potuerit error interp̃tuz: quã in ea lingua esse falsuz vñ in nĩaz per grecam scriptura ipsa translata ē. Sed inquiunt nõ esse credibile septuaginta iterpretes qui vno sil' tempore vnoq̃ sensu int̃pretati sunt errare potuisse: aut ubi nihil eoꝝ iterat uoluisse mentiri: iudeos vero dum nobis inuident q̃ lex ⁊ prophete ad nos int̃p tando transierunt: mutasse quedã i codicibus suis vt in nĩis minuēretur auctoritas. Hanc opinionē vel suspicionem accipiat quisq̃ vt putauerit certum est tñ ñ vixisse matusalē post diluuium: sed eodem anno fuisse defũctuz si verum est qõ de numero annoꝝ in hebreis codicibus inuēitur. De ill' aũt .lxx. interpretibus quid mihi videat': suo loco diligentius inserendũ est: cuz ad ipsa tempora q̃tum necessitas huius operis postulat cõmemoranda adiuuante dño venerimus. Pñti enim sufficit questioni: secunduz vtrosq̃ codices tam longas hũisse vitas illius eui homines: vt posset etate vnius qui de duobus quos solos terra tunc parentibus primus est natus: ad cõstituendam etiam ciuitatem multiplicari genus humanum.

De opinione eoꝝ qui primoꝝ tp̃z hoies tã lõgeuos q̃ scribitur fuisse ñ credunt. c. xij.

n Eq̃z.n. ullo modo st' audiendi: q̃ putant alit' annos ill' tp̃ibus computatos. i. tante breuitatis vt unus ann' noster decez illos hũisse credatur. Quapropter inquiunt cũ audierit quisq̃ uel legerit nongētos ãnos quenq̃ vixisse: debet intelligere nonagita. Decē quippe illi anni unus ann' est nĩ ⁊ decē ãni nĩi centuz illi fuerũt. Ac per hoc ut putant vigintitrium annorum fuit adaz qñ genuit seth. Et ipse seth viginti habebat ⁊ sex mēses qñ ex illo natus est enos: quos appellat scriptura ducentos ⁊ quiq̃ ãnos. Quoniã sic isti suspicantur quoruz exponimus opinionem: vnũz annũ qualem nunc habemus in decem partes illi diuidebant: ⁊ easdem partes ãnos vocabant. Quarum partium hz vna quadratum senarium: eo q̃ deus sex diebus perfecerit opera sua ut in septimo requiesceret. De qua re i libro vndecimo sicut potui disputaui. Sexties aũt seni qui numer' quadratũ senariũ fac': triginta sex dies fiũt: qui multiplicati decies ad trecentos sexagita puēi unt. i. duodeciz mēses lunares. Propē quiq̃ dies. n. reliquos quibus solaris annus impleť: ⁊ diei quadrantem ꝓpē quem quater ductum eo anno quo bisextũ uocãt vnus dies adq̃citur: addebantur a veteribus postea dies vt occurreret numerus annorũ: quos dies rõani intercalares vocabant. Proide

etiã enos quẽ genuit seth:decẽ et nouẽ agebat annos quando ex illo natus ẽ filius eius cainã: quos ãnos dic̃ scriptura centum nonaginta. Et deinceps per omnes generationes in quib⁹ hominuz anni cõmemorantur ante diluuium:nullus fere in nostris codicib⁹ ĩuenitur:qui cm esset centum annoꝝ vel infra:vel etiam centuz viginti aut non multo amplius genuerit filium: sed qui minia etate genuerũt annorũ centum sexaginta ⁊ quod excrescit fuisse referuntur:quia nemo inquiunt ȯcem annorum homo potest gignere filios:qui numerus centuz appellabantur anni ab illis hominibus:sed in annis sexdecim est matura pubertas et poli iam idonea procreande:quos cẽtum ⁊ sexaginta annos illa tempora nuncupabant. Ut aũt aliter annum tunc fuisse cõputatũ ñ sit icredibile:a dñciũt q̃ apȯ plerosq̃ scriptões historie repit̃ egyptios habuisse annũ quatuor mẽsiũ:acarnanas sex mensiũ: laiunios tredeci mensiuz. Plinius ꝓcũ cõmemorasset relatũ fuisse in lĩas quendã vixisse centum q̃nquagita duos annos:alium decẽ amplius: alios ducentorum annoꝝ hũisse uitam:alios trecentorum:quosdam ad quingẽtos:alios ad sexcentos:nonnullos ad octingentos etiam peruenisse:hec oia propter initia temporuz accidisse arbitratus est. Alq̃ q̃ppe inquit estate det̃minabant annũ:⁊ alt̃i hieme:alq̃ quadriptitis tẽporibus sicut arcades ĩd̃t quorum anni trimẽses fuerunt. Adiecit etiam aliquando egyptios quorũ paruos annos quaternoꝝ mensiũ fuisse supra diximus:luneq̃ fine eorum limitasse annũ. Itaq̃ apȯ eos inquit ⁊ singula milia annoꝝ uixisse ꝓdunt̃. Hís uelut probabilibus argumentis quidam nõ destruentes fidẽ sacre huius historie:sed astruere nitẽtes ne sit incredibile q̃ tã multos ãnos uixisse referuntur antiqui:persuaserunt sibi nec se suadẽ iprudẽt̃ existimant:tã exiguũ spacium tp̃is tũc ãnũ vocatũ:⁊ illi decẽ sint vnus nĩ:⁊ decẽ nĩi centum illoꝝ. Hoc aũt falsissimũ eẽ docum̃to euidentissimo oñdit̃. Quod añq̃ faciam ñ mihi tacendũ videtur:que credibilioz possit esse suspicio. Poteramus certe hanc asseuerationem ex hebreis codicibus redarguere atq̃ cõuincere: vbi adam non ducentorum trigita: sed centũ triginta annorum fuisse reperitur qñ tertiũ genuit filium:qui anni si tredecim nostri sunt proculdubio primum genuit qñ duodecim vel nõ multo amplius annorum fuit. Quis potest hac etate generare usitata ista nobisq̃ notissima lege nature? Sed hũc omittamus:q̃ fortasse ẽt qñ creatus est potuit. Non.n.eum taz paruũ q̃ infantes nostri sunt factum fuisse credibile est. Seth filius eius non ducentoruz q̃nq̃ fuit qñ genuit enos:ac per hoc ꝓm istos nondũ hẽbat vndeci annos etatis. Quid dicam de cainan eius filio:qui cum apud nos centum septuaginta reperiatur annorum apȯ hebreos septuaginta legit̃ fuisse qñ genuit malalehel? Quis generat homo septennis:si tunc anni septuaginta nũcupabantur q̃ septem fuerunt.

An in dinumeratione ãnoꝝ hebreoꝝ magis q̃.lxx.interp̃tũ sit sequẽda auctoritas.c.xiij.

Sed cũ hoc dixero:cõtinuo referet̃ illud iudeorũ eẽ mendaciuz de quo supius satis factũ ẽ. Nam septuaginta it̃ptes laudabilit̃ celebratos vizos potuisse mẽtiri difficile ẽ. Ubi si queram quid sit credibilius: iudeorũ gentem taz longe lateq̃ diffusã:ĩ hoc conscribendum mendacium vno consilio conspirare potuisse:⁊ dum alij̃s inuideant auctoritatez: sibi abstulisse

veritatem:an.lxx.hoies q̃ ēt ipsi iudei erant in vno loco positos:quoniã rex egypti ptolomeus eos ad hoc op' asciuerat: ipsam veritatem gentibus alēigenis inuidisse:ꝛ cõmunicato istũd tẽ fecisse consilio:quis non uideat q̃d ꝓ cliuius faciliusq̃ credatur. Sz absit vt prudens quispiã vel iudeos cuiuslibet peruersitatis atq̃ malicie tantum potuisse ctedat:in codicibus tam multis ꝛ tã longe lateq̃ dispersis vel.lxx. illos memorabiles viros hoc de iuidẽda gentibus veritate vnum cõmunicasse consiliũ.Credibilius ergo quis dixerit:cum primum de bibliotheca ptolomei describi ista ceperũt: tunc aliq̃d tale fieri potuisse in codice vno.s. primit' iñ de scripto:vnde iam lati' emanaret:vbi potuit quidẽ accidere ēt scriptoris error:Sed hoc in illa q̃one de vita matusalem non absurduz suspicari est:ꝛ in illo alio vbi superãtib' uigintiquatuor annis summa non cõuenit.In his aũt ĩ quibus continuat' ipsius mendositatis similitudo:ita ut ante genitum filium qui ordini inseritur:alibi supsint centũ ãni alibi ꝺsint: post genitum autẽ vbi deerãt supsint: vbi supererant desint:vt summa conuẽiat:ꝛ hoc in prima:secunda: tertia: quarta:quinta:septimaq̃ generatiõe inuẽitur:videtur habere quandã si dici põt error ipse constantiam:nec casũ redolet sed industriam.Itaq̃ illa diuersitas numerorũ aliter se habentium ĩ codicibus grecis ꝛ latinis:aliter in hebreis vbi nõ est ista de centum ãnis ꝑ us additis ꝛ postea detractis per tot generationis cõtinuata parilitas: nec malicie iudeorũ:nec diligentie vel prudẽtie septuagita interp̃tũ:sz scriptoris tribuatur errori qui de bibliotheca supradicti regis codicem describendũ ꝑ mus accepit.Nam etiaz nunc:ubi numeri non faciũt intentum ad aliquid qõ facile possit intelligi uel qõ apparat utiliter disci:ꝛ negligenter describũtur ꝛ negligẽtius emẽdãtur.Quis.n. existimet sibi esse discendum quot milia hõinum tribus israel sigillatiz hẽ potuerũt:quoniam prodesse aliquid non putatur:ꝛ quotus quisq̃ hõinuz est cui profunditas utilitatis hui' appareat.Hic vero vbi per tot cõtextas generationis centũ ãni alibi adsunt alibi desunt:ꝛ post natũ q̃ cõmẽorand' fuerat filiũ:desũt vbi abfuerũt:absũt vbi defuerũt:vt summa ꝓcordet nimirũ cũ vellet persuadẽ qui hoc fecit iõ nũerosissimos annos vixisse ãtiquos q̃ eos breuissimos nũcupabãt:ꝛ hoc de maturitate pubertatis q̃ idonea filij gignrent' conaretur oñdẽ:atz iõ ĩ illis centum annis decez nĩos insinuanꝺos putaret increduł:ne homines tã diu vixisse recipere infidem nollẽt:addidit centum vbi gignendis filijs habilẽ ñ inuenit etatem:eosdẽq̃ post gẽitos filios vt congrueret summa detraxit:sic quippe voluit credibiles facere idonearũ generande proł cõueniẽtias etatũ: ut tamen numero:ñ fraudaret vniuersas etates uiuentiũ singłorum. Quoꝺ autẽ in sexta generatione id ñ fecit: hoc ipsum ẽ quoꝺ magis mouet illum deo fecisse cuz res quam dicim' postulauit:quia non fecit vbi non postulauit.Inuenit nanq̃ in eadez generatione:apud hebreos vixisse israel ãteq̃ genuisset enoch centum sexagita duos annos:qui secundum illã rõnez breuiũ annorũ fiunt ãni sexdecim:ꝛ aliquid minus q̃ menses duo:que iam etas apta est ad gignenduz:ꝛ iõ addẽ centũ annos breues vt nĩi vigitisex fierent necesse ñ fuit:nec p' natũ enoch eos detrahere quos non addiderat ãte natum.Sic factum est vt hinc nulla esset iter codices vtrosq̃ varietas. Sed rursus mouet cur in octaua generatione anteq̃ de matusale nascere tur lamech:cũm apud hebreos legan

tur centum octoginta duo anni: vigin
tiduo anni minus inueniuntur i codi
cibus nostris: vbi poti' addi centū so-
lent: ⁊ post genitum lamech complen
dā restituuntur ad sūmā que in codici
bus vtrisq; non discrepat. Si enim cē
tum septuaginta annos ppt puberta
tis maturitatem decē ⁊ septē volebat
intelligi: sicut nihil addere: ita nihil ō
trahere iam debebat: qz inuenerat eta
tem idoneam generationi filiorꝫ: ppt
quam in alijs centum annos vbi eam
non inueniebat addebat hoc aūt ō vi
ginti annis merito putaremus cā mē
dacitatis accidere potuisse: nisi eos sic
prius detraxerat restituere postea cu-
raret: vt summe cōueniret integritas.
An forte astutius factum extimandū
ē: ut illa qua centū ānī prius solēt adi
ici ⁊ postea detrahi occultaretur idus
tria: eum ⁊ illic vbi necesse non fuerat
non quidez de centum annis: verunta
men de quantocunq; numero prius ō
tracto post iddito tale quid fieret. Sz
quōlibet istud accipiatur: siue credat'
ita esse factum: siue non credatur siue
postremo ita: siue non ita sit: recte fie-
ri nullo modo dubitauerim: vt cuz di
uersum aliquid in vtrisq; codicib' iue
nitur: qñ quidem ad fidem rerum ges
tarū vtrūq; eē non potest: verum ei li
gue potius credatur: vñ ē in aliam p i
terpretes facta translatio. Nam in q-
busdā etiam codicibus grecis tribus
⁊ vno latino ⁊ vno ēt syro inter se cō-
sentiētib': inuent' ē matusalē sex ānis
ante diluuium fuisse defunctus.

De parilitate annorꝫ: qui hisdē q
bus nunc spacijs ⁊ in prioribus secul'
concurrerunt. c. xiiij.

n Unc iam videam' quonā mō e
uidenter possit ostendi: non taz
breues vt illi decē vnus eēt nī: sed tan
te prolixitatis annos quante nunc bē
mus quos vtiq; circuitus cōficit sol:
in illorꝫ hōinum vita prolixissima cō
putatos. Sexcentesimo nempe anno
noe scriptum est factum esse diluuiū.
Cur ergo ibi legitur: ⁊ aqua diluuij fa
cta super terram sexcentesimo āno vi-
te noe: secundi mensis septima ⁊ vice
sima die mensis: si annus ille minim'
quales decem faciunt vnum nostrum
trigintasex dies habebat? Tantill' q̄p
pe annus si antiquo more hoc nomen
accepit: aut non habet menses: aut m̄
sis eius est triduum vt habeat duode
cim menses. Quomodo igitur hic di
ctum est: sexcētesimo āno secūdi mēsis
septima ⁊ uicesima die mensis: nisi qz
tales quales nunc sunt etiam tunc e-
rant menses? Nam quo pacto aliter
vicesimo ⁊ septimo die secundi mēsis
diceretur ceptūm esse diluuium? Deiñ
postea in fine diluuij ita legitur. Et se
dit arca in mense septimo: septima ⁊
vicesima die mensis super mōtes ara
rach. Aqua autem minuebatur vsq;
ad vndecimum mensem. In vndecio
aūt mense prima die mensis apparue
runt capita montium. Si igz tales m̄
ses erant: tales profecto ⁊ anni erant
quales nunc hēmus. Menses quippe
illi triduani viginti ⁊ septem dies hze
ñ poterāt. Aut si pars tricesima tdui
tunc appellabantur dies vt omnium
proportiones minantur: ergo nec to-
to quatriduo nīo factum est illud taz
grande diluuium: qō memoratur fēm
quadraginta diebus ⁊ quadraginta
noctibus. Quis hāc absurditatem ⁊
uanitatez ferat? Proide remoueat' hic
error: qui coniectura falsa ita vult as-
truere scripturarū fidē: vt alibi destru
at. Prorsus tāt' ēt tunc dies fuit quā
t' ⁊ nunc ē: quē viginti ⁊ quatuor hoz
diurno curriculo nocturnoq; determi
nant: tāt' mensis quāt' ⁊ nunc ē: quez
luna cepta ⁊ finita cōclusit. Tant' an-
nus quāt' ⁊ nunc ē: quem duodecim

menses lunares additis propter cursũ solarẽ quinq; dieb' ⁊ quadrante ꝑ sũmant. Tãt' ãni sexcẽtesimi vite noe ꝓus erat mensis: eiusq; mensis uicesimus ⁊ septimus dies: qñ cepit esse diluuium: in quo dies quadragita ꝑtinuate igentes pluuie memorãtur: q̃ dies non binas ac paulo amplius horas habebãt: sz uicenas ⁊ quaternas die noctuq; transactas. Ac per hoc tam magnos annos vixerũt illi antiqui usq; amplius q̃ nõgẽtos: quantos post ea uixit abraã centũ septuagintaquinq;: ⁊ post eũ filius eius isaac centũ octoginta: ⁊ filius eius iacob prope centum quinquagita: ⁊ quãtos interposita aliquanta etate moyses centũ vigiti: ⁊ quantos ẽt nunc uiuũt hoies septuaginta vl' octoginta: uel non multo amplius de q̃b' ẽt dictũ est. Et ampli' eorum labor ⁊ dolor. Illa uero numerorũ varietas que iter codices hebreos iuenitur ⁊ nros: neq; de hac antiq̃ longeuitate dissentit: ⁊ si quid habet ita diuersum: vt uerum eẽ vtrunq; nõ possit: rerũ gestarũ fides ab ea ligua repetenda est: ex qua interpretatum ẽ quod habemus. Que facultas cuz volentibus vbiq; gentium presto sit: nõ tamen vacat q̃ septuaginta interp̃tes in plurimis que diuersa dicere vidẽt': ex hebreis codicibus emendare ausus est nemo. Non eniz est illa diuersitas putata mendositas: nec ego vllo mõ putandã existio. Sz vbi non est scriptoris error: aliquid eos diuio sp̃u vbi sensus esset consentaneus veritati ⁊ p̃ dicans veritatem: non interpretãtium more sed prophetantiũ libertate alit' dicere uoluisse credendum est. Unde merito non solum hebreis: verum ẽt ipsis cum adhibet testimonia de scripturis vti apostolica inuenitur auctoritas. Sed hinc me opportuniore locò si adiuuerit dñs promisi diligentius locuturuz: nunc quod instat expediã.

Non.n. ambigenduz ẽ ab hoie qui ex primo homine primus est natus qñ tandiu viuebant potuisse constitui ciuitatem sane terrenam: non illaz que d̃i ciuitas dei: de qua ut scriberem' laborem tanti huius operis in manus sumpsimus.

An credibile sit primi seculi viros vsq; ad eam etatez qua filios generasse ĩferunt' a concubitu ꝑtinuisse. c. xv.

d Icet ergo aliquis ita ne credendũ ẽ hoiem filios incessãt' generaturum: nec habentem propositum cõtinentie centũ ⁊ amplius vel ꝓm hebreos non multo minus. i. octoginta sexaginta annos a concumbendi opere uacauisse: aut si non uacaret nihil ꝓlis gignere potuisse? Hec questio duobus modis soluitur. Aut.n. tanto serior fuit proportione pubertas: quãto vite totius maiõ annositas: aut quod magis uideo esse credibile: ñ hic priogeniti filij cõmemorati sunt: sed quos successionis ordo poscebat vt peruẽiretur ad noe: a quo rursus ad abraaz videmus esse peruentum: ac deiñ usz ad certum articulum temporis: quantum oportebat signari etiam generationibus cõmemoratis cursum gloriosissime ciuitatis in hoc mundo peregrinantis ⁊ supernam p̃tiam req̃rentis. Q.ò.n. negari non potest: prior õium cain ex coniunctione maris ⁊ femine nat' ẽ. Neq;.n. illo nato dixisset adaz quod dixisse legitur acq̃siui hoiem ꝑ deum: nisi illis duobus ipse fuisset homo nascendo additus primus. Hunc secutus abel quem maior frater occidit: prefiguratione quadam peregrinantis ciuitatis dei q̃ esset ab impij ⁊ quodãmõ terrigenis id est terrenaz originem diligentibus: ⁊ terrene ciuitatis terrena felicitate gaudentibus: persecutiones iniquas passura p̃mus

ostendit. Sed quot annorũ erat adaz cũ eos genuit non apparet. Exiñ dige runtur generationes alie de cain: alie de illo quem genuit non adã i ei⁹ successione quem frater occidit: ⁊ appellauit nomẽ illius seth dicens ut scriptũ ẽ. Suscitauit.n. mihi deus semẽ aliud pro abel: quem occidit cain. Luz itaqꝫ iste due series generationũ una de seth altera de cain: has duas de q̃ b⁹ agim⁹ distinctis ordinib⁹ insinuẽt ciuitates unam celestem in terris peregrinantẽ: alterã terrenam terrenis tãꝫ sola sint gaudꝫ inhiantem uel inherentem: nullus de progenie cain cũ dinumerata sit cõnumerato adã vsqꝫ ad octauaz generationem quotãnoꝫ fuisset expressus ẽ: quando genuit eũ qui cõmemoratur post euz. Noluit.n. spiritus dei in termine ciuitatis generationibus tpa notare ante diluuium: sz in celestis maluit tanꝫ essẽt mẽoria digniores. Porro autem seth qñ natus est non quidẽ taciti sunt ãni pñis ei⁹: seth iam genuerat alios: ⁊ vtrũ solos cain ⁊ abel quis affirmaz audeat? Nõ .n. qz soli notati sunt propter ordines generationum quas commemorari oportebat: ideo consequens videri oz solos fuisse tunc generatos ex adam. Cum.n. silencio coopertis omium nomibus ceterorum: legatur eum genuisse filios ⁊ filias: quota fuerit ista ples eius quis presumat asserere: si culpam temeritatis euitat? Potuit q̃ppe adam diuinitus admonitus dicẽ post eaꝫ seth natus ẽ. Suscitauit enim mihi deus semen aliud pro abel: qñ tal erat futurus qui impleret illius sanctitatem: non ꝫ ipse prior post eũ temporis ordie nasceretur. Deiñ qõ scriptum est vixit autem seth quinqꝫ ⁊ ducentos annos: vel fm hebreos quinqꝫ ⁊ centum annos ⁊ genuit enos: quis possit nisi inconsideratus asseuerare hunc eius primogenitum fuisse: ut admirantes merito iq̃iramus: quomodo per tot annos imunis fuerit a connubio sine ullo proposito cõtinentie: l' non genuerit cõiugatus. Quando q̃dem ẽt de ipso legitur ⁊ genuit filios ⁊ filias: ⁊ fuerũt ões dies seth duodecim ⁊ ñgenti anni ⁊ mortuus est: atz ita deinceps quorum anni cõmemorant': nec filios filiasqꝫ genuisse reticentur. Ac per hoc non apparet omnio: utrũ qui nominatur genitus ipse fuerit primogenitus: immo vero quoniam credibile non est patres illos etate taz lõga aut impubes fuisse: aut coniugib⁹ caruisse vel fetibus: nec illos eorꝫ filios pmos eis natos fuisse credibile ẽ. Sed cum sacre scriptor historie ad ortum vitãqꝫ noe: cuius tempore diluuium factum est per successiones generationũ notatis temporibus itendẽt peruenire: eas vtiqꝫ cõmemorauit non q̃ prime suis parentibus fuerint sz que in propagationis ordine uenerit. Exẽpli gratia quo id fiat apertius aliquid interponam: vñ nullus ambigat fieri potuisse quod dico. Euangelista matheus generationem dñice carnis per seriem parentum volens cõmendare ordiens a patre abraaz atqꝫ ad dauid primitus vt peruenirẽt intendens. Abraam inquit genuit isaac. Cur nõ dixit ismael quem primit⁹ genuit? Isaac autẽ inquit genuit iacob. Cur non dixit esau qui eius primogenitus fuit? Quia scilicet per illos ad dauid puẽire non posset. Deinde sequitur. Jacob autem genuit iudam ⁊ fratres eius. Nunquid iudas primogenitus fuit? Judas inquit genuit phares ⁊ zaraz. Nec istorum geminorum aliquis fuit primogenitus iude: sed ante illos iam tres genuerat. Eos itaqꝫ tenuit in ordine generatiõum: per quos ad dauid atqꝫ inde quo intenderat peruenirẽt. Ex quo intelligi potest: veteres quoqꝫ homines ante diluuium nõ primogẽi

tos sed eos fuisse cōmemoratos: per quos ordo succedentium generationū ad noe pīiarcham duceretur: ne serie pubertatis illorum obscura nō necessaria questio nos fatiget.

De iure coniugiorū: q̄ dissimiliter a subsequētibus matronis hūerint p̄ma connubia. c. xvi.

c Um igī genus hūanū p̄ priam copulā viri facti ex puluere ⁊ p̄ iūgis eius ex viri latere: mariū femiarūq̄ coniūnctione opus haberet vt gignendo multiplicarēt: nec essent vlli hoies nisi qui ex illis duobus nati fuissent: uiri sorores suas coniuges acceperunt. Quod profecto quanto ē ātiquius cōpellente necessitate: tāto post ea factum est dānabilius religione p̄hibente: Habita est enim rō ītīssima caritatis: ut hoies quib̄ esset vtilis atq̄ honesta concordia: diuersarum necessitudinum uinculis necterētur: nec vnus in vna multas haberet: sed singule spargerentur ī singulos ac sic ad socialem vitam diligentī colligandaz plurime plurimos obtinerent. Pater quippe ⁊ socer duaruz sūt necessitudinum noia. Ut ergo alium quisq̄ hēat patrem aliū socerū: numerosius se caritas porrigit. Utrunq̄ autem vnus adam esse cogebatur: ⁊ filij ⁊ filiab̄ suis: quando fratres sororesq̄ connubio iūgebantur. Sic ⁊ eua vxor eius vtriq̄ sexui filiorū fuit ⁊ socrus ⁊ mater. Que si due femine fuissent: mī altera ⁊ socrus altera: copiosius se socialis dilectio colligaret. Ipsa deniq̄ iā soror q̄ etiam vxor fiebat duas tenebat vna necessitudines: quib̄ per singlas distributis vt altera esset soror: altera vxor: hōinum numero social p̄pinquitas augeretur. Sed hoc vnde fieret tūc ñ erat: qñ nisi fīes ⁊ sorores ex illis duob̄ primis nulli hoies erāt. Fieri ergo debuit quando potuit: ut existente copia inde ducerent vxores q̄ non erant iam sorores: ⁊ non solū illō ut fieret nulla necessitas esset: veruz ēt si fieret nefas esset. Nā si nepotes primorū hōiūm q̄ iam cōsobrinas potāt accipere cōiuges: sororibus mīimōio iungerentur: non iam due sed tres in hoie vno necessitudines fierēt: que p̄pter caritatem numerosiore p̄pinq̄tate nectendam dissemiari per singlos singule debuerunt. Esset enim vnus hō filij suis fratri scilicet sororiq̄ coniugibus: ⁊ pater ⁊ socer ⁊ auūculus: ita ⁊ soror eius eisdem communibus filijs ⁊ mater ⁊ amita ⁊ socrus. Idenq̄ int̄ se filij eorum non solum essent fīes atq̄ coniuges: verum etiam consobrini quia ⁊ fratum filij. Omnes autez iste necessitudies que vni homini tres homines connectebant: nouez connecterēt si essent in singulis singule: vt vn̄ homo haberet alterā sororem: alterā vxorem: alteram consobrinam: alterū patrem ⁊ alterum auunculum: alterū socerum: alteram matrem: alteram amitam: alteram socrum: atq̄ ita se ñ in paucitate coartatum sed latius atz numerosius propinquitatib̄ crebris uinculum sociale diffunderet. Quod humano genere crescēte ⁊ multiplicato: etiam inter impios deorum multorum falsorūq̄ cultores sic obseruari cernimus: vt etiam si peruersis legib̄ permittātur fraterna coniugia: meliō tamen consuetudo ipsam malit exhōrere licentiam. ⁊ cum sorores accipere in mīimoniū primis humani generis temporibus omnino licuerit: sic adūse tur quasi nunq̄ licere potuerit. Ad humanum enim sensum vel alliciendum vel offendenduz: mos valet plurimū. Qui cuz in hac causa immoderatiōez concupiscentie coerceat: eum designari atq̄ corrumpi merito esse nefariuz iudicatur. Si enim est iniquū auiditate

possidendi transgredi limites agros: quanto est iniquius libidine concubē di subuertēi limites mos? Experti autem sumus inconnubios consobrinas etiam nostris temporib': propter gradum propinquitatis fraterno gradui proximū: quā raro per mores fiebat: q̄ fieri p leges licebat q̄ id nec diuina prohibuit: ⁊ nondum ꝓhibuerat lex hūana. Uerūtn factum etiam licitum propter vicinitatem horrebatur illicīti: ⁊ q̄d fiebat cuz consobrina pene cū sorore fieri videbatur: q̄ ⁊ ipsi inter se propter tam propinquam consanguinitatem fratres vocantur: ⁊ pene germani sunt. Fuit antem ātiquis p̄ibus religiose cure: ne ipsa propinquitas se paulatim propagium ordinib' diriḡns longius abiret: ⁊ propinquitas esse d̄ sisteret: eam nondum longe positam rursus mr̄imonij vinculo colligare: et quodammodo reuocare fugientem. Unde iam pleno hōibus orbe terrarū non quidem sorores ex patre vel mr̄e: uel ex ambobus suis parentibus natas: sed tn̄ amabant de suo genere ducere vxores. Ueruntamen quis dubitet honestius hoc tempore etiam consobrinarum ꝓhibita esse coniugia: n̄ solum secundum ea que disputauim' propter multiplicādas affinitates: ne habeat duas necessitudines vna psōa cum due possint eas hr̄e ⁊ numerus propinquitatis augeri: sed etiam q̄ nescio quomodo inest humane vēcundie quiddam naturale atz laudabile: vt cui oz causa propinquitatis uerecūdum honorem: ab ea contineat q̄uis generatricem tamen libidinem: d̄ qua erubescere videmus ⁊ ipsam pudicitiam coniugalem. Copulatio igī maris ⁊ femine quantū attiet ad genus mōtalium: quoddaz seminarium ē ciuitatis: sed terrena ciuitas generatiōe tm̄modo: celestis autem etiam regenerātiōe opus habet: ut noxam generationis euadat. Utruz autez aliq̄d fuerit: vel si fuit quale fuerit corporale atz visibile regenerationis signum añ diluuium: sicut abrae circunsio postea est imperata sacra historia tacet. Sacrificasse tamen deo etiam illos antiquissimos homes non tacet quoo ⁊ in duobus primis f̄ibus claruit ⁊ noe post diluuium cum d̄ arca fuisset egressus hostias deo legitur imolasse? De quare in precedentibus libris iaz dixim': n̄ ob aliud demones arrogantes sibi diuinitatem deosq̄ se credi cupiētes: sibi expetē sacrificiū ⁊ gaudē huiusce modi honoribus: nisi quia verum sacrificiuz deo vero deberi sciunt.

De duobus ex vno genitore ꝓcreatis patribus atz pr̄icipibus. c. xvij.

c Um ergo esset adaz ūtriusq̄ generis pat. i. ⁊ cuius series ad t̄renaz: ⁊ cuius series ad celestem ptiet ciuitatem: occiso abel atq̄ in eius int̄fectione commendato mirabili sacramento: facti sunt duo patres singlorū generum cain ⁊ seth: in quorum filijs quos cōmemorari oportebat: duaruz istarum ciuitatum in genere mortaliū euidentius indicia clarere ceperūt. Cain quippe genuit enoch: in cuius noie condidit ciuitatem. s. n̄ peregrinantez in hoc mūdo: sed in eius temporali parte ac felicitate quiescente. Cain aūt interpretatur possessio: vnde dictuz ē quando natus est siue a patre siue a matre eius acquisiui hominem per deum. Enoch vero dedicatio. hic eniz d̄ dicatur terrena ciuitas vbi conditur: quoniam hic habet eum quem intendit ⁊ appetit finem. Porro ille seth it̄pretatur resurrectio: ⁊ enos filius ei' interpretatur homo: non sicut adaz. Et ipsum enim nomen interpretatur homo: sed commune perhibetur esse in illa lingua id est hebrea masculo et

femine. Nã sic ò illo scriptum ẽ. Masculum ⁊ feminã fecit eos: ⁊ benedixit illos cognominauit eorũ nomẽ adã. Unde non ambigitur sic appellatam fuisse feminam euam proprio nomie: vt tamen adam quod iterpretatur homo nomen esset amborum. Enos autem sic interpretatur homo: ut hoc ñ posse feminam nuncupari periti ligue illius asseuerent: tanq̃ filius resurrectionis: vbi non nubẽt neq; vxores ducent. Non enim erit ibi generatio: cuꝫ illuc perduxerit regeneratio. Quare ⁊ hoc non in cassum notanduꝫ arbitrõ: q̃ in his generationibus que propagantur ex illo qui est appellatus seth: cum genuisse filios filiasq; dicatur: nl̃ la ibi genita nominatim femina exp̃ssa est: in his autem que propagant̃ ex cain: in ipso fine quousq; protendunt̃ nouissima femina genita nominatur. Sic enim legitur. Matusabel genuit lamech. Et sumpsit ibi lamech duas vxores. Nomen vni ada: ⁊ nomen Fe sella: ⁊ peperit ada iabel: hic erat pat̃ habitantium in tabernaculis pecorari orum: Et nomẽ fratris eius iubal: hic fuit qui ostendit psalteriuꝫ ⁊ citharã. Sella autem peperit ⁊ ipsa tubalcain ⁊ erat erarius ⁊ melleatõ eramnti ⁊ ferri. Soror autem tubalcain noema. Hucusq; põrecte sũt omnes generationes cain: que sunt omnes ab adam octo annumerato ipso adam: septeꝫ. s. usq; ad iamech: qui duarum maritus vxorum fuit: ⁊ octaua est generatio in filijs: in quibus ⁊ femina commemoratur. Ubi eleganter significatum est: terrenam ciuitatem vsq; in sui finem carnales habituram generationes: q̃ marium feminarũq; coniunctione p̃ueniunt. Unde ⁊ ipse quod preter eas nusq̃ reperitur ante diluuium: nominibus proprijs exprimuntur vxores illius hominis: qui nominatur hic nouissimus pater. Sicut autem cain q̃ interpretatur possessio terrene conditor ciuitatis: ⁊ filius eius i cuius nomine condita est enoch qui interpretatur ò dicatio: indicat istam ciuitatem ⁊ initium ⁊ finem habere terrenũ: vbi nihil speratur amplius q̃ quod in hoc seculo cerni non potest: ita seth qui interpretatur resurrectio: cum sit generationum seorsum commemoratarum pater quid de filio eius sacra historia dicat intuendum est.

Quid signatum sit i abel ⁊ seth ⁊ enos: quod apparet ad christum ⁊ cõpus eius. i. ecclesiam pertinere. c. xviij.

e T seth inquit natus est filius: ⁊ nominauit nomen eius enos. Hic spauit inuocare nom̃ dñi dei. Nẽpe clamat attestatio veritatis. In spe igitur viuit homo filius resurrectõis: in spe uiuit q̃diu peregriatur hic ciuitas dei: que gignitur ex fide resurrectiõis christi. Ex duobus nãq; illis hõibus abel qui inipretat̃ luct⁹: ⁊ ei⁹ fr̃e seth qui interpretatur ĩsurrectio mõs christi ⁊ vita eius ex mortuis figurat̃. Ex qua fide gignitur hic ciuitas dei. i. homo qui sperauit inuocare nomen domini dei. Spe enim salui facti sum⁹ ait apostolus. Spes autem que uidet̃ non est spes. Quod enim uidet quis: quid sperat? Si autem quod non viõmus speramus: per patientiam expectamus. Nam quis vacare hoc existimet ab altitudine sacramenti? Nũq̃d enim abel non sperauit inuocare nom̃ dñi dei: cuius sacrificiũ scriptura tam acceptuꝫ deo fuisse commemorat? Nũ quid ipse seth non sperauit nom̃ dñi dei de quo dictum est. Suscitauit eim mihi deus semen aliud pro abel? Cur ergo huic proprie tribuitur quod piorum omnium itelligitur esse cõmũe: nisi quia oportebat in eo qui de patre generationum in meliorem partẽ hoc

est superne ciuitatis separataruz:pm̃ commemoratus exortus prefigurari hoiem id est hominum societatem:q̃ non secundum uires terrene felicitatis:sed secundum deum viuit ĩ spe felicitatis eterne:Nec dictum ē hic sperauit in dñm deuz:aut hic inuocauit nomen dñi dei:sed hic sperauit inquit inuocare vbiqz prophetia est exorturuz populum qui secundum electionē gr̃e inuocauit nomen domini dei:hoc est quod per aliũ prophetã dĉm est:apl̃s de hoc populo intelligit ad dei gratiã pertinere. Et erit omnis quicunqz iuocauerit nomen dñi:saluus erit.hoc.n. ipsum quod dicitur ⁊ nominauit nomen eius. Enos quod interpretatur homo:ac deinde additur hic sperauit inuocare nomen dñi dei:satis ostenditur q̃ non in seipso spem ponere debeat homo. Maledictus enim omnis sicut alibi legitur qui spem suam ponit in homine. Ac per hoc ĩ se ut sit ciuis alterius ciuitatis que non solum secũdum filiuz cain dedicatur hoc tempore:hoc est mortalis huius seculi labẽte transcursu:sed in illa immortalitate beatitudinis sempiterne.

De significatione que ĩ enoch trãslatiõe monstratur.c.xix.

n Am ⁊ ista ꝓpago cuius ē pater seth in ea generatiõe hz dedicatiõis nomen:que septima est ex adam annumerato adam. Septim̃.n.ab illo natus est enoch:qui interp̃tat̃ dedicatio:sed ipse est ille translat̃ qui placuit deo:⁊ insigni numero ĩ ordine generationum quo sabbatum consecratum est septim̃.s.ab adaz:ab ipso aũt patre istarum generationum que discernuntur a generatõe cain:id est seth sextus est:quoto die factus est homo: ⁊ consumauit omnia opera sua. Sed huius enoch translatio nostre dedicatiõis prefigurata dilatio. Que quidez iam facta est in christo capite nostro: qui sic resurrexit vt non moriatur ulterius:sed etiam ipse translatus ē. Restat aũt alt̃a dedicatio vniuerse dom̃ cuius ipse christ̃ ē fundamentum: q̃ differtur ĩ finem:qñ erit omniũ resurrectio non moriturorum ãplius. Siue autem domus dei dedicatur:siue templum dei:siue ciuitas dei: id ipsuz est: nec abhorret a latini eloquij consuetudine. Nam ⁊ virgilius imperiosissimam ciuitatem domum appellat assarici:romanos volens intelligi qui de assaraco per troianos originẽ ducũt: ⁊ domum enee eosdem ipsos:quia eo duce troiani cum italiaz venissent:ab eis condita est roma. Imitatus nanqz est poeta ille litteras sacras: in quib̃ dicitur domus iacob iam ingens populus hebreorum.

De eo q̃ cain successio ĩ octaua ab adam generatione clauditur:⁊ in posteris ab eodem p̃ie adam noe decim̃ inuenitur.c.xx.

d Icet aliquis:si hoc intendebat scriptor hui̇ historie ĩ cõmẽorãdis generationibus ex adã per filium eius seth:vt p illas pueĩret ad noe sb̃ quo f̃cum ē diluuiũ:a quo rursus contexeretur ordo nascentium:quo perueniret ad abraam:a quo mattheus euangelista generatiões quib̃ ad christum peruenit eternum regem ciuitatis dei:quid intendebat in generatiõi b̃ ex cain:⁊ quo eas perducẽ uolebat? Respondetur vsqz ad diluuium quo totuz illud genus terrene ciuitatis absumptum est:sed reparatum est ex filiis noe. Neqz enim deesse poterit hec t̃rena ciuitas societasqz hoium secũdũ hominem viuentium:vsqz ad huius seculi finem de quo dñs ait: filij̃ hui̇ seculi generant ⁊ generant̃. Ciuitatez

vero dei peregrinantē in hoc seculo re
generatio perducit ad alterum secu-
lum:cuius filij nec generant nec gene
rantur. Hic ergo generari et generare
ciuitati vtriqꝫ commune est: q̃uis dei
ciuitas habeat ⁊ iam hic multa ciuiũ
milia:que ab opere generadi se abstie
ant. Sed hz etiam illa ciues nonnul-
los isti similes:ex imitatione quadaz
lz errantes. Ad eam nanqꝫ pertinent:
etiam qui deuiantes ab huius fide di
uersas heresēs condiderūt:secundum
hominem quippe viuunt:non fm de-
um. Et indorum gymnosophiste qui
nudi perhibentur philosophari in so-
litudinibus indie:ciues eius sunt et a
generando se cohibent. Non enim est
hoc bonum:nisi cum fit secundum fi-
dem summi boni qui deus est. Hoc tñ
nemo fecisse ante diluuium reperit:
quando quidem etiam ipse enoch sep
timus ab adam:qui translatus refert
esse non mortuus:gēuit filios ⁊ filias
anteq̃ transferretur:in quib' fuit ma
tusalem per quem generationum me-
morandarū ordo transcurrit. Cur er-
go tanta paucitas successionū cōmē o
ratur in generationibus ex cain:si eas
vsqꝫ ad diluuium perduci oportebat:
nec erat diuturna etas preuēiens pu-
bertatem:que centum vel amplius ā-
nos vacaret a fetibus. nā si non inten
debat auctor libri huius aliquem ad
quē necessario perducēt seriem gene-
rationum:sicut in ill' qui uēiunt de sēi
ne seth:intendebat puenire ad noe:q̃
rursus ordo necessarius sequētur: q̃d
opus erat pretermittere primosgeni-
tos filios vt peruenireturad lamech:
in cuius filijs finitur illa contexio oc
taua generatione scilicet ex adā:⁊ sep
tima ex cain:quasi esset inde aliquid
deinceps connectendum:vnde peruēi
retur l' ad israeliticuz populum:ī quo
celesti ciuitati etiam terrena hierusalē
figuram propheticam prebuit: vl' ad
christum secundum carnem qui est su
per omnia deus benedictus in secula:
superne hierusalem fabricator atz re
generator:cum tota progenies cai di-
luuiosit deleta? Unde videri pōt in eo
dem ordine generationum:primosge-
nitos fuisse commemōatos. Cur ergo
tam pauci sunt? Non enim vsqꝫ ad di
luuium tot esse potuerunt non vacan
tibus vsqꝫ ad centenariam pubertatē
pr̃ibus ab officio generandi:si nō erat
tunc proportione longeuitatis illius
etiam sera pubertas. Ut.n.pereque ṽ-
ginta ānorū fuerit cū filios generare
ceperunt octies tricenti:qm̃ octo sunt
generatiōes cum adam ⁊ cū eis quos
genuit lamech:ducenti ⁊ quadragita
sunt anni. Nam itaqꝫ toto deide tem
pore usqꝫ ad diluuium non generaue-
runt? Qua tādem causa qui hec scrip
sit generationes commemorare nolu-
it que sequuntur? Nam ex adam vsqꝫ
ad diluuium computantur anni secū-
dum codices nr̃os duo milia ducēti se
xagintaduo:fz hebreos aūt mille sex
cēti q̃nquagitasex. Ut ergo istū nūex
minorem credam' eē vior̃em:de mille
sexcentis q̃nquagitasex ānis ducenti
quadraginta detrahūt. Nunq̃d credi
bile ē p mille quadrigētos ⁊ quot ex
currit annos qui restant ad diluuium
progeniē cain a generationibus vaca
re potuisse? Sed qui ex hoc mouetur
mēinerit cū quererē quō credendum
sit:antiquos illos homines per tā ml'
tos annos a gignendis filijs cessare
potuisse duobus modis istam solutā
esse questionem:aut de sera puberta-
te proportione tam longe vite:aut de
filijs qui commemorantur in genera-
tionibus q̃ non fuerint primogeniti:
sed hi per quos ad eum quem inten-
debat auctor libri poterat peruenir̃ sic
ad noe in generationibus seth. Proi-
de in generationibus cain si non occū
rit qui deberet intendi:ad quem pert-

missis primogenitis p eos q̃ cõmẽora
ti sunt peruẽiri oportebat sera puber-
tas intelligenda restabat: vt aliquãto
post centum ãnos puberes habilesq̃
ad gignendum facti fuerit: vt ordo ge
nerationum per primogenitos curre
ret: ⁊ vsq̃ ad diluuium ad numerum
annorum tante quantitatis occurrẽt.
Quãuis fieri possit vt propter aliquã
secretiorem causam que me later vsq̃
ad lamech ⁊ eius filios generationuꝫ
perueniente cõtextu cõmẽdaret hec ci
uitasquã dicimus terrenã: ac deinde
cessaret scriptor libri comemorare ce-
teras: que vsq̃ ad diluuium eẽ potue
rũt. Põt ⁊ illa esse causa cur nõ ordo
generationum per primogenitos du-
ceretur: vt necesse ĩ illis hõib⁹ ñ sit tã
seram credere pubertatẽ: q̃ scilicet ca-
dem ciuitas quã cain in nomie enoch
filij sui: condidit: longe lateq̃ regnare
potuerit: ⁊ reges habere non simꝳ plu
res: sed suis etatibus singulos: quos
genuissent sibi successuros quicunq̃
regnassent. Horum regũ primus esse
potuit ipse cain: secundus eius filius
enoch in cuius nomine vbi regnaret
condita est ciuitas: tertius. Jrad quẽ
genuit enoch: quartus manibel quez
gẽuit irad: q̃nt⁹ matusael quẽ genuit
manibel. sextus lamech quem genuit
matusael: qui est septim⁹ ab adã p ca-
in. Non aũt erat per consequens vt p
mogeniti ĩ regnũ regnãtib⁹ succedẽnt
pãibus: sꝫ quos regnandi meritũ ppt
virtutem terrene vtilẽ ciuitati: vel sõs
aliqua reperiret: vel ille potissimũ suc
cederet patri hereditario quodam iu-
re regnandi: quem pre ceteris filijs di
lexisset. Potuit aũt viuente adhuc la
mech atq̃ regnante fieri diluuiũ: vt ip
sũ cũ alijs õibus hõibus exceptis qui
in arca fuerunt quez perderet iuẽiret.
Neq̃ enim mirandu ꝫ est: si varia quã
titate numerositatis annorum inter-
posita: per tam longam etatez ab adã
vsq̃ ad diluuium non equalis nume
ri generationes habuit vtraq̃ proge-
nies: sed per cain septem: per seth aũt
decem: septimus est enim vt iam dixi
ab adaꝫ vsq̃ ad lamech: decim⁹ noe.
Et ideo non vnus filius lamech sic in
ceteris superius: sed plures cõmemo-
rati sunt: quia incertũ fuerat quis ei
fuisset mortuo successurus: si regnãdi
tempus inter ipsum ⁊ diluuium remã
sisset. Sed quoquomodo se habeat si
ue per primogenitos siue per reges
ex cain generationum ordo decurrẽs:
illud mihi nullo pacto prercundũ silẽ
tio videtur: q̃ eum lamech septim⁹ ab
adam fuisset inuentus: tot eius annu-
merati sunt filij donec vndenarius nu
mer⁹ impleretur: quo significatur pec
catum. Adduntur enim tres filij ⁊ v-
na filia. Uxores autem aliud possunt
significare: non hoc quod nunc cõmẽ
dandum videtur. Nunc enim de ge-
nerationibus loquimur: ille vero vnõ
sunt genite tacitum est. Quoniam er-
go lex denario numero predicatur vñ
est memorabil' ille decalogus: profec-
to numerus undenarius numer⁹ qm̃
transgredit denarium: transgressionẽ
legis ac p hoc peccatũ significat. Hic
est q̃ in tabernaculo testimonij quod
in itinere populi dei velut templum ã-
bulatorium vndecim vela cilicina fie-
ri precepta sunt. Jn cilicio quippe re-
cordacio est peccatorum: propter he
dos ad sinistram futuros: quia confi
tentes in cilicio prosternimur tanq̃ di
centes quod in psalmo scriptuꝫ ẽ: pec
catum meuꝫ ante me est semper. Pro
genies ergo ex adam per cain scelera-
tum vndenario numero finitur: quo
peccatum significatur: ⁊ ipse numer⁹
a femina clauditur: a quo sexu initiuꝫ
factum ẽ peccati per quod omnes mo
rimur. Commissuꝫ est autem vt ⁊ vo
luptas carnis que spiritui resisteret se
queretur. Nam ⁊ ipsa filia lamech no

ema voluptas interpretatur. Per seth autem ab adam vsq ad noe denarius insinuatur legitimus nũerus. Cui noe tres adiũciuntur filij: vnde vno lapso duo benedicuntur a patre: vt remoto reprobo ⁊ probatis filijs ad numerũ additis: etiam duodenarius numer' intimetur: q̃ ⁊ in patriarcharum ⁊ in apostolorũ numero insignis est: ppt̃ septenarij partes alteram per alteraz mltiplicatas. Nam ter quaterni l' quater terni ipsum faciunt. His ita se hñtibus: video considerandum ⁊ cõmemorandum: ista vtraq; progenies q̃ distictis generatiõibus duas insinuat ciuitates: vnam terrigenarum: alterã regeneratorũ: quõ postea sic cõmixta fuerit atq; confusa: vniuersũ gen' humanũ exceptis octo hõib' pire merẽt' diluuio.

Qua rõne cõmemorato enoch: q̃ fuit filius cain: totius generatiõis ei' vsq; ad diluuium sit cõtinuata narratio: cõmemorato aũt enos q̃ fuit fili' seth ad conditiõis hũane ꝓncipiũ sit reditum. c. xxi.

p Primo autem intuendus ẽ: quẽ admodum cũ ex cain generationes enumerantur: cõmemorato añ ceteros posteros eius illo i cuius noie ꝓdita est ciuitas id est enoch: contexti sunt ceteri vsq; ad illum finem de quo locut' sum. donec illud gen' atz illa vniuersa propago diluuio delẽt': cum vero filius seth vnus cõmemoratus fuisset enos: nondum vsq; ad diluuium additis ceteris: articulus q̃dam interponitur ⁊ dicitur: hic liber natiuitatis hõinũ qua die fecit deus adam ad imaginem dei fecit illũm: masculũ ⁊ feminã fecit eos: ⁊ benedixit illos: ⁊ cognominauit nomen eorũ adã: qua die fecit illos. Quod mihi videtur ad hoc interpositum vt hinc rursus inciperet a ipso adam dinumeratio temporum: quam voluit facere qui hec scripsit in ciuitate terrena: tanq̃ eam deus sic cõmemorare vt non computaret. Sed quare hinc reditur ad istaz recapitulationem: posteaq̃ cõmemoratus est filius seth homo qui sperauit inuocare nomen domini dei nisi qr sic oportebat istas duas ꝓponẽ ciuitates: vnã p homicidã vsq ad hõicidã. nam ⁊ lamech duab' vxorib' suis sese perpetrasse homicidium confitet': alteram per eum qui sperauit inuocare nomen domini dei. Hoc est quippe i hoc mũdo peregrinãtis ciuitatis dei totum atq; ad summũ in hac mortalitate negociũ: qõ p vnũ hoiem quẽ sane occisi resurrectio genuit: cõmendãdum fuit. Homo quippe vnus totius superne ciuitatis est vnitas nondum quidem completa: sed premissa ista ꝓphetica prefiguratione complenda. Filius ergo cain hoc est filius possessionis: cuius: nisi terrene ciuitatis hẽat nomen: in ciuitate terrena que in eius nomine condita est: De his est enim ꝏ quibus cantatur in psalmo: inuocabũt nomina eorum in terris ipsorum ppt̃ quod sequitur eos quod in alio psalmo scriptũ est: domine in ciuitate tua imaginem eorum ad nihilũ rediges. Filius aũt seth hoc est filius resurrectionis speret inuocare nomen dñi dei. Eam quippe societatem hõinum ꝓfigurat q̃ dicit: ego autem sic̃ oliua fructifera in domo dei speraui in misericõdia dei. Vanas autem glias famosi in terra nominis non requirat. Beatus enim vir cuius est nomen domini spes eius ⁊ non respexit in uanitates ⁊ insanias falsas. Propositis itaq; duabus ciuitatibus: vna in re hui' seculi: altera in spe dei: tanq̃ ex communi que aperta est in adam ianua mortalitatis egressis: vt percurrant ⁊ discurrãt ad discretos propos et debitos fines: ici

pit dinumeratio temporꝫ ī qua ⁊ alie generationes adꝯciuntur:facta recapitulatione ex adam:ex cuius origie dānata veluti massa vna merite dānationi tradita fecit deus alia incontumeliam vasa ire:alia in honorem vasa misericordie:illis reddens quod debet in pena:istis donans quod non debetur in gr̃a:vt ex ipsa etiam cōparatiōe vasorum ire:superna ciuitas discat que peregrinatur ī terris non fidē libertate arbitrꝗ sui:sed speret inuocare nomen dn̄i dei:quoniam voluntas in natura que facta est bona a bono deo:sz mutabilis ab imutabili:ex nihilo ab eo q̄ est:⁊ a bono pōt decliare vt faciat malūm:qō fit libero arbitrio: ⁊ a malo ut faciat bonum:quod non fit sine diuino adiutorio.

De lapsu filiorum dei alienigenarꝫ mulierum amore captorū vnde ōes exceptis octo hōibus diluuio perire meruerunt.c.xxꝗ

etiam nonnullas gentes ita creare:ne in his monstris que apud nos patet ex hominibus nasci eius sapientiam qua natura fingit humanā velut artē cuiuspiā minus perfecti opificis putaremus errasse:non itaq; nobis videri oz absurdum:vt quēadmodum in singulis quibusq; gentibus quedam mōstra sint hominum:ita in vniuerso genere humano quedam monstra sint gentium. Quapropter vt istam questionem pedetentim cauteq; concludā aut illa aut alia que de quibusdam gētibus scripta sunt omnino nulla sūt: aut si sunt homines non sunt: aut ex adam sunt si homines sunt.

An iferiorē ptē tre q̄ nre hitatiōi ꝑ traria ē ātipodas hre credēda sit.c.ix.

q Uod vero ⁊ ātipodas eē fabulāt.i.hoies a cōtraria parte tre vbi sol oritur qm occidit nobis:aduersa pedib' nostris calcare vestigia:nulla ratione credendum ē. Neq; hoc vlla historica cognitiōe didicisse se affirmant:sz quasi rōcinanda coniectāt:eo q̄ intra conuexa celi terra suspēsa sit: eundēq; locum mundus hēat ⁊ ifimū ⁊ medium:⁊ ex hoc opinantur alterā terre partē que infra est habitatione hominum carere non posse. Nec attēdunt etiam si figura conglobata ⁊ rotunda mundus esse credatur:siue aliqua rōne monstretur:non tamen esse consequens vt etiam ex illa parte ab aquarum congerie nuda sit terra. Deinde etiam si nuda sit:neq; hoc statim necesse esse vt homies habeat qm̄ nullo modo scriptura ista mentitur q̄ narratis preteritis facit fidem:eo qd eius predicta complentur. Nimisq; absurdum est vt dicatur aliquos homines ex hac in illam partem oceani imensitate traiecta:nauigare ac peruenire potuisse vt etiam illic ex vno illo primo hoie gen' instituerēt humanuz. Quapropter inter illos tunc hōinū populos:qui perseptuagitaduas gētes ⁊ totidem linguas colligūt fuisse diuisi:q̄ ramus si possumus inuenire illam in terris peregrinantem ciuitatem dei q̄ usq; ad diluuium arcāq; perducta ē: atq; in filijs noe per eorum benedictiones perseuerasse monstratur: maxie in maximo qui est appellatus sem:qm̄ ḋdē iaphet ita benedictus est vt ī eiusdem frīs sui domibus habitaret.

De generatione sez in cuius ꝓgenie tendens ad abraam ciuitatis dei ōdo dirigitur.c.x.

t Enenda est igī series generationū ab ipso sez:vt ipsa oñdat p' diluuium ciuitatē dei:sicut eam series generationū ab illo qui ē appellatus seth oñdebat ante diluuium. Propter hoc ergo scriptura diuina cum trenā ciuitatem in babylone hoc ē ī ꝓfusiōe esse monstrasset:ad patriarcham sem recapitulando reuertitur:⁊ orditur iñ generationes vsq; ad abraam commerato etiam numero annorum: quāto quisq; ad hanc seriem pertinentem filium genuisset:quātoq; vixisset. Ubi certe agnoscendum est quod ante promiseram:ut appareat quare sit dictuz de filijs heber nomem illius phalech: quia in diebus eius diuisa est terra. Quid enim aliud intelligendum est terram esse diuisam:nisi diuersitatem linguarum? Omissis igitur ceteris filijs sem ad hanc rem non pertinentibus: illi connectuntur in ordine generationum:per quos possit ad abraam peruenirī:sicut illi connectebantur añ diluuium per quos peruenitur ad noe: generationibus que propagate sunt ex illo adaz filio qui appellat' ē seth. Sic ergo incipit generationum ista ꝑ textio. Et he generattones sem. Sem

filius noe centum annorum erat cum genuit arfaxat secūdo anno post diluuium. Et uixit sem postq genuit arfaxat quingentos annos: ⁊ genuit filios ⁊ filias: ⁊ mortuus est. Sic exequitur ceteros: dicens quoto quisq anno vite sue filium genuerit ad istum generationum ordinē ptinētē: qui pertendit ad abraam: ⁊ quot annos postmodū vixerit: intimans eū filios filiasq gēuisse: vt intelligamus vnde potuerit populi acrescere: ne in paucis qui cōmemorantur hominibus occupati pueriliter: hesitemus vnde tanta spacia terrarum atq regnorum repleri potuerit de genere sem: maxime propter assyriorum regnum: vnde ninus ille orientalium dominator vsqquaq populoꝝ ingenti prosperitate regnauit ⁊ latissimum ac fundatissimum regnum qd diuturno tempore duceretur suis posteris propagauit. Sed nos ne diutiꝰ quam opus ē immoreremur: nō quot annos quisq in ista generationum serie vixerit: sed quoto anno vite sue genuerit filium hoc ordine memorāduz tantummodo ponimus: ut et numeꝝ annorum a transacto diluuio vsq ad abraam colligamus: ⁊ preter illa in q̄bus cogit necessitas immorari: breuit alia cursinq tangamus. Secundo igī anno post diluuium sem cum esset cētū annoꝝ genuit arfaxat. Arfaxat autem cum esset centum trigintaquinq annorum genuit chaynā. Qui cū eēt centum trigīta ānoꝝ genuit sala. Porro ēt ipe sala totidem annoꝝ erat qñ gēuit heber. Centum vero ⁊ triginta ⁊ quatuor agebat annos heber cū genuit phalech: in cuius diebus diuisa ē terra. Ipse autem phalech uixit centū triginta ānos ⁊ genuit ragau: ⁊ ragau centū ⁊ trigintaduos: ⁊ genuit seruch ⁊ seruch centum ⁊ triginta: ⁊ genuit nachor: ⁊ nachor septuagintanouem ⁊ genuit tharam. Thara autez septuginta ⁊ genuit abram: quē postea nominauit deꝰ mutato vocabulo abraam. Fiunt itaq anni a diluuio vsz ad abraam mille septuaginta ⁊ duo secūdum vulgatam editionem: hoc est interpretum septuaginta duorum. Iu hebreis autem codicibus longe pauciores annos perhibent inueniri: de quibus rationem aut nullaz aut difficillimam reddunt cum ergo querimus in illis septuagintaduabus gentibus ciuitatem dei: non possumus affirmare illo tempore quo erat illis labium vnum: id est loquela vna: tunc iaz genꝰ humanum alienatuz fuisse a cultu vi dei: ita vt in solis istis generationibꝰ pietas vera remaneret: que descendūt de semine sem per arfaxat: ⁊ tendunt ad abraaz. Sed ab illa superbia edificande turris vsq ad celuz: qua impia significatur elatio: terrena apparuit ciuitas: hoc est societas impiorū. Utrū itaq ante noe fuerit an latuerit: an potius vtraq permanserit: pia. s. i duobus filijs noe qui benedicti sunt eorunq posteris: impia vero in eo qui maledictꝰ ē atq eius progenie: vbi etiam exortus est gigas venator cōtra dominum: non est diiudicatio facilis. Fortassis enim quod profecto est credibilius: ⁊ in filijs duorum illoꝝ iam tunc antequam babylonia cepisset institui: fuerunt contemptores dei: ⁊ i filijs cham cultores dei: vtrunq tamē hominum genus terris nunq defuisse credendum est. Si quidem ⁊ quando dictum est omnes declinauerūt simul inutiles facti sunt: nō est qui faciat bonum non est usq ad vnum: in vtroq psalmo vbi hec verba sunt: ⁊ hec legūtur: nonne cognoscent omnes qui operantur iniquitatem: deuorant plebem meam sicut escam panis: erat ergo etiam tunc populus dei: vnde illud qd dictum est: non est qui faciat bonum non est vsq ad vnum: de filijs hōinuz

dictum est nõ de filijs dei. Nam pre-
missum est:deus de celo prospexit su
per filios hominum:vt videret si est i-
telligens aut requirens deum. Ac dei
de illa subiũcta:que omnes filios ho
minuz.i.ad ciuitatem pertinẽtes que
uiuit secundum hominez ⁊ non secun
dũ denz:reprobos eẽ demõstrant.

Qd ea primit' lingua ĩ usu hõinũ
fuerit:q̃ postea hebrea ab heber noie
nuncupata ẽ:⁊ ĩ cui' familia remãsit
cũ diuersitas eẽt facta linguaꝝ.c.xi.

q Uamobrem sic lingua vna cuz
eẽt õiũ:non iõ filij pestilẽtie de-
fuerunt.nam ante diluuiũ vna erat li-
gua:⁊ tamen omnes preter vnaz noe
iusti domũ deleri diluuio meruerũt:
ita quando merito elatioris ipietatis
gentes linguarum diuersitate punite
atqꝫ diuise sunt:⁊ ciuitas impiorum
confusionis nomen accepit: hoc ẽ ap-
pellata est babylon:non defuit dom'
heber vbi ea que antea fuit omnium
lingua remanẽt. Unde sicut supra me
moraui cũ cepisset enumerari filij sez:
qui singuli gẽtes singulas procreazũt
primus commemorat' heber:cum sit
abnepos ipsius hoc est ab illo quint'
inueniatur exortus. Quia ergo ĩ eius
familia remansit hec lingua:diuisis p
alias linguas ceteris gentibus:que li-
gua prius humano generi non imme
rito creditur fuisse communis:ideo ꝺ
inceps hebrea est nuncupata. Tunc e
nim opus erat eam distingui ab alijs
linguis nomine proprio: sicut alie ꝯz
vocate sũt nominibus proprijs. Quã
do autem erat vna:nihil aliud q̃ hũa
na ligũa vel humana locutio vocaba
tur:qua sola vniuersum genus homi
num loquebatur. Dixerit aliquis. Si
in diebus phalech filij heber diuisa ẽ
terra per linguas:id est homiues qui
tunc erant in terra:ex eius nomie po-
tius debuit appellari lingua illa que
fuit omnibus ante communis. Sed ĩ
telligendum est ipsum heber propter
ea tale nomen imposuisse filio suo:vt
uocaretur phalech quod interpretat'
diuisio:quia tunc ei natus est quando
per linguas terra diuisa est id est ipso
tempore:vt hoc sit quod dictum ẽ. In
diebus eius diuisa terra est. Nam nisi
adhuc heber viueret:quando lingua-
rum facta est multituoo :non ex eius
nomine nomen acciperet lingua que
apud illum potuit permanere. Et iõ
credẽda ẽ ipa fuisse pria cõmũis: quo
niam de pena venit illa multiplicatio
mutatioqꝫ linguarum:⁊ vtique preter
hanc penam esse debuit populus dei
Nec frustra linguam istam hoc ẽ quã
tenuit abraam. Nec in omnes filios
transmittere potuit:sed in eos tantuz
qui propagati per iacob ⁊ insignius
atz eminentius in dei populum coales
centes dei testamenta ⁊ stirpem chris-
ti habere potuerunt. Nec hebez ipse e-
andez lingũam in vniuersam progeni
em suam refudit:sed in eam tantum
cuius generationes perducuntur ad
abraam. Quapropter etiam si nõ eui
denter expressum est:fuisse aliquod pi
um genus hominum quando ab im-
pijs babylonia cõdebatur:nec ad hoc
valuit hec obscuritas:vt q̃rentis frau
daretur:sed potius vt exercẽtur inten
tio. Cum enim legitur vnam fuisse lin
guam primitus omnium:⁊ ante õnes
filios sem commendatur heber q̃uis
ab illo quintus oriatur:⁊ hebrea vo-
catur lingua:quaz patriarcharuz ⁊ p
phetarũ non solũ ĩ sermonibus suis:
verum etiam in litteris sacris custo
diuit auctoritas. Profectoitaqꝫ cum
queritur in diuisione linguarum vbi
lingua illa remanere potuerit que fu
it ante communis:que sine ulla dubi-
tatione ubi remansit non ibi fuit illa
pena que facta est mutatione liguaꝝ:

quid aliud occurrit nisi ꝙ in huiusmo di gente remansit a cuius noie nomẽ accepit ⁊ hoc iustitie gentis huius nõ paruum apparuisse vestigium: ꝙ cuz alie gentes plecterentur mutatione lin guarum:ad istam non peruenit tale supplicium:Sed si adhuc illud mouz quomodo potuerũt singulae gentes facẽ potuisse heber ⁊ filiꝰ eiꝰ phalech: si vna lingua permansit ãbobꝰ ⁊ certe vna est hebrea gens ex heber ꝓpaga ta vsz ad abram:⁊ per eum deinceps donec magnꝰ fieret ꝓpl's israel. Quo modo igitur omnes filij qui cõmemo rati sunt trium filiorum noe fecerunt singulas gẽtes: si heber ⁊ phalech sin gulas non fecerunt:Nimirũ illud est probabiliꝰ quod gigas ille nemroth fecerit etiam gentem suam:sed propẽ excellentiam dominationis ⁊ cõporis seorsum eminentius noiatꝰ est: vt ma neat numerus septuagintaduaruz gẽ tium atz linguarum. Phalech autem propterea cõmemoratꝰ ẽ:non ꝙ gẽtez fecerit.nã eadem ipsa est eius gens he brea eadẽqz lingua:sed propter tp̃us insigne ꝙ in diebus eius terra diuisa ẽ. Nec mouẽ nos oz:quomodo potu erit gigas nemroth ad illud tempus etatis occurrere :quo babylon condi ta ẽ:⁊ confusio facta linguarum: atqz ex hac diuisio gentium. Non enim qz heber sextꝰ est a noe:ille autez quartꝰ: ideo non potuerunt ad idem tempus conuenire viuendo. Hoc enim conti git cum plus viuerent vbi pautiores sũt generatiões:minꝰ vbi p'es:aut seni us nati essent vbi pauciores: maturiꝰ vbi p'es. Sane intelligendum ẽ:quan do terra diuisa est non soluz iã natos fuisse ceteros filios filiorum noe:q̃ cõ memorãt' pẽes gentiuz:sed etiam eius etatis fuisse:vt iã vniuersi fãilias ha berent suas:que digne fuissent noib̃ gentiuz vñ nequaq̃ putandũ ꝙ eo fue rint ordine geniti quo commemorati leguntur. Alioquin duodecim filij iec tan qui erat filius alius heber frater phalech quomodo potuerunt iã gen tes facere si post phalech fratrem suũ iectã natꝰ ẽ:sic̃ post eũ cõmemoratꝰ ẽ: qñ quidem tp̃e quo natꝰ ẽ phalech di uisa est terra:Proiñ intelligenduz est priorem quidem phalech noiatũ sed longe post fr̃em suum iectan fuisse na tum:cuius iectan duodecim filij tam grandes iam familias haberent:vt i linguas proprias diuidi possent. Sic enim potuit prior commemorari qui erat etate posterior:quẽadmodũ ꝓus commemorati sunt ex trib̃ filijs noe procreati filij iaphet qui erat minimꝰ eorum:deinde filij cham qui erat me dius:postremo filij cham q̃ erat medi us:postremo filij sem qui erat primꝰ ⁊ maximus. Illarum autem gentium vocabula partim mãserũt:ita vt ho die appareat vñ fuerit deriuata:sicut ex assur assyrij:⁊ ex heber hebrei:par tim tp̃is vetustate mutata sunt ita vt vix homines doctissimi ãtiquissimas historias perscrutantes:nec õium sed aliquantarũ ex istis origines gentium potuerint reperire. Nã ꝙ ex filio chaz qui vocabatur mesrem ꝓhibent' egyp tij exorti nulla hic resonat origo voca buli:sicut nec ethiopũ qui dicũt' ad eũ filium cham pertinere:q̃ chus appel latus ẽ. Et si oia consideret':plura mu tata q̃ manentia noia apparent.

De articlo tp̃is i abraã:a q̃ s̃ce suc cessionis nouꝰ ordo cõtexit'.c.xij.

n Unc iam videamꝰ ꝓcursum ci uitatis dei ẽt ab illo articlo tp̃is q̃ factꝰ ẽ in p̃e abraam:vñ incipit esse noticia eius euidentior:⁊ vbi clariora leguntur promissa diuina: que nunc i christo videmus impleri. Sicut ergo scriptura sancta indicante didicimus: in regione chaldeorꝫ natus ẽ abraam

que terra ad regnum pertinebat assy-
rioꝝ. Apud chaldeos aũt iam ẽt tunc
superstitiones ipie preualebant: quem
admodũ per ceteras gentes. Una igĩ
thare domus erat de qua natꝰ ẽ abra
am i qua vnius veri dei cultꝰ: ⁊ quan
tũ credibile ẽ in qua iã sola ẽt hebrea
lingua remanserat: q̃uis ⁊ ipse sic iaꝫ
manifestior dei populus in egypto: ita
i mesopotamia seruisse dñis alienis ie
su naue narrante refertur: ceteris ex p
genie illius heber in linguas paulatiꝫ
alias ⁊ in nationes alias posteris de-
fluentibus. Proinde sicut per aquaꝝ
diluuiuꝫ vna domꝰ noe remansit ad
reparandũ genus humanum: sic in di
luuio multaꝝ superstitionum p vniv-
sum mundum vna remanserat domꝰ
thare in qua custodita ẽ plantatio ciui
tatis dei. Dĩeq̃ sicut illic enumeratis
supra generationibꝰ ab adam usq̃ ad
noe simul cum annorum numeris:
⁊ exposita diluuij causa: priusq̃ deus
inciperet de arca fabricanda loqui ad
noe or: he aũt generationes noe: ita et
hic enumeratis generationibus ab il-
lo qui est appellatus sem filio noe vsꝫ
ad abraam: deinde insignis articulus
similiter ponitur vt dicatur: he sũt ge
nerationes thare thare genuit abram
⁊ nachor ⁊ aram: ⁊ aram genuit loth.
Et mortuus est aram coram thare pa
tre suo in terra in qua natus in regiõe
chaldeorum. Et sumpserunt abram ⁊
nachor sibi vxores: nomen mulieris a
abrã sarai: ⁊ nomen mulieris nachor
melcha filia aram. Iste arã pr̃ melche
fuit: ⁊ pater iesche: que iescha credit
ipsa esse etiam sara vxor abrae.

Que rõ fecisse videat vt in trãsmi-
gratione thare qua chaldeos deserẽs
i mesopotamiã transiuit nulla filij eiꝰ
nachor facta sit mentio. c. xiij.

d Deinde narratur quemadmodũ
thare cũ suis regionẽ reliquerit
chaldoꝝ: ⁊ venerit i mesopotamiã ⁊
hitauit in charrã. Tacetur autem de
vno filio eius qui vocabatur nachor:
tanq̃ eum non duxerit secum. Nã ita
Narratur. Et sumpsit thare abram fi
lium suuꝫ ⁊ loth filiũ arã filij sui: ⁊ sa-
rai nurum suam vxorem abram filij
sui: ⁊ duxit illos de regione chaldeo-
rum vt iret in terram chanaan: ⁊ vẽit
in charram ⁊ habitauit ibi. Nusq̃ hic
nominatus ẽ nachor: ⁊ vxor eius mel
cha. Sed inuenimus postea cum ser-
uum suum mitteret abraaꝫ ad accipi
endaꝫ vxorẽ filio suo isaac: ita scriptũ.
Et accepit puer decẽ camelos ⁊ came
lis domini sui: ⁊ ⁊ omnibus bonis do
mini sui secũ: ⁊ exurgẽs profectus est
in mesopotamiaꝫ ciuitatem nachor. Is
to ⁊ alijs sacre huius historie testimo-
nijs ostenditur etiaꝫ nachor frater a-
brae exisse de regione chaldeorum: se-
desq̃ constituisse in mesopotamia vbi
cũ patre suo habitauerat abraaꝫ. Cur
ergo eũ scriptura ñ cõmẽorauit quan
do ex gente chaldeorum cuꝫ suis pro-
fectus est thare: ⁊ habitauit in meso-
potamia: vbi non solũ abrã filius eiꝰ:
veruꝫ etiaꝫ sara nurus eius ⁊ loth ne-
pos eius cõmemorantur: q̃ eos duxe
rit secuꝫ? Cur putamus: nisi forte q̃ a
paterna ⁊ fraterna pietate desiuerat ⁊
superstitioni adheserat chaldeoruꝫ: et
postea inde siue penitẽdo siue persecu
tioneꝫ passus q̃ suspectꝰ haberetur: ⁊
ipse emigrauit? In libro enim qui iscri
bitur iudith cum quereret holopher-
nes hostis israelitaruꝫ: quenã illa gẽs
esset vtruꝫ aduersus eaꝫ bellanduꝫ fu
isset: sic ei respondit achior dux amõi-
taruꝫ. Audiat dominus noster verbũ
ex ore pueri sui: ⁊ referam tibi verita
tem de populo qui habitat iuxta mõ
tanã hãc: ⁊ non exibit mendacium de
ore serui tui. Hec enim progenies ppli

est chaldeorꝫ: ⁊ antea hitauerũt meso potamiã: quia noluerunt sequi deos patrũ suorꝫ qui fuerũt in terra chaldorũ gloriosi: sed declinauerũt de uia parẽtũ suorũ ⁊ adorauerunt deuꝫ celiquez cognouerunt ⁊ proiecerunt eos a facie deorum suorũ: ⁊ fugerunt ĩme sopotamiaꝫ ⁊ habitauerunt ibi dies multos. Dixitqꝫ illis deus eorum vt exirent de habitatione sua: ⁊ irent i ̃traꝫ chanaã: ⁊ illic habitauerunt: ⁊ cetera que narrat achior amonites. Unde manifestũ est domuꝫ thare persecutionez passã fuisse a chaldeis: pro vera pietate qua vnus ⁊ verus ab eis colebatur deus.

De ãnis thare qui i charra vite tẽpus impleuit. c. xiiij.

d Efũcto aũt thar i mesopotãia: vbi vixisse perhibet ducentos qnq̃ ãnos iã incipiunt indicari ad abraã facte promissiões dei: q̃ ita scriptũ ẽ. Et fuerũt dies thare i charra qnqꝫ ⁊ ducẽti ãni: ⁊ mortuus ẽ i charra. Nõ sic aũt accipiẽdũ ẽ quasi ões hos dies ibi egerit: sed qr ões hos dies vite sue q̃ fuerũt ãni ducẽti quiqꝫ ibi cõpleuerit. Alioqui nesciret quot annos vixit thare in charra: qm̃ non legitur quoto ãno vite sue in charrã venerit: ⁊ absurdũ ẽ existimare in ista ꝓie generationũ vbi diligent commemoratur quot annos quisqꝫ vixerit: hui⁹ soli⁹ numerũ ãnorꝫ vite nõ cõmẽdatũ esse memorie. Quod enim quorũdã quos eadẽ scriptura cõmemorat tacent ãni: nõ sũt i hoc ordine quorꝫ tp̃uꝫ dinũeratio de cessione gignentiũ ⁊ gẽitoruꝫ successiõe cõtexitur. Iste aũt ordo qui dirigitur ab adam vsꝫ ad noe ⁊ inde vsꝫ ad abraã sine numero ãnorꝫ vite sue neminem cõtinet.

De tp̃e ꝓmissionis abrae: qua fum preceptũ dei exiuit de charra. c. xv.

q Uod vo cõmẽorata morte thare pr̃is abraã: deiñ legitur ⁊ dixit dñs ad abram. Exi de terra tua et de cognatione tua ⁊ domo pr̃is tui: et cetera. non qr hoc sequitur in sermõe libri: hoc etiam in rerum gestarum tẽpore sequi existimãdũ ẽ. Erit quippe si ita est indissolubilis questio. Post hec enim verba dei que ad abram facta sunt: scriptura sic loquitur. Et exĩt abram quẽadmodum locutus ẽ illi deus: ⁊ abĩt cum illo loth. Abraã autẽ erat quinqꝫ ⁊ septuagita annorꝫ cũ exiret ex charra. Quõ potest hoc vm esse si p⁹ mortẽ pr̃is sui exĩt ̃ charra? Cum enim esset thare septuagita ãnorũ sicut supra intimatũ ẽ: genuit abrã Cui numero additis septuagintaquiqꝫ annis quos agebat abram quãdo egressus est de charra: fiunt anni centum ⁊ quadragintaquinqꝫ. Tot igit annorum erat thare quando exĩt abram de illa mesopotamie ciuitate. Agebat. n. ãnũ etatis sue septuagesimũ q̃ntũ: ac per hoc pater eius q̃ cum septuagesimo anno suo genuerat agebat vt dictũ ẽ centesimũ ⁊ quadragesimũ ⁊ quituꝫ annum. Non ergo inde post mortẽ pr̃is. i. p⁹ ducentos quinqꝫ annos quibus pater eius vixit egressus est: sed ann⁹ de illo loco ꝓgressiõis eius: quoniam ipsius septuagesimus quintus erat. proculdubio patris ei⁹ qui eum septuagesimo suo anno gẽuerat centesimus quadragesimusquint⁹ fuisse colligitur. Ac per hoc intelligendũ ẽ more suo scripturã redisse ad tẽpus quod iam narratio illa transierat: sicut superius cũ filios filiorꝫ noe commemorasset: dixit illos in linguis fuisse ⁊ in gentibus suis: ⁊ tam̃ postea quasi hoc etiam i ordie sequẽt tẽporũ ⁊ erat inquit omnis terra labiuꝫ vnũ ⁊ vox vna omnibus. Quomodo ergo

fm suas gentes ⁊ fm suas linguas e rant si erat vna omnibus: nisi quia ad illud quod iam transierat recapitulan do est vniuersa narratio. Sic ergo ⁊ hic cum eēt dēm ⁊ fuerunt dies thare in charra q̄nq̄ ⁊ ducenti anni ⁊ mortuus est thare in charra. Deinde scriptura redeundo ad id quod ideo p̄termiserat vt prius de thare id quod inchoatum fuerat compleretur. Et dixit inquit dñs ad abram exi de terra tua ⁊ cetera. Post que dei verbū sbiūgit. Et exij̄t abram quēadmodū locutus ē illi dñs: ⁊ abij̄t cum illo loth. Abraz erat quinq̄ ⁊ septuaginta annoꝝ cuz exij̄t ex charra. Tūc itaq̄ hoc factum est quando pater eius centesimū quadragesimum ⁊ quintum annū agebat etatis. tunc enim huius septuagesim⁹ ⁊ quintus annus. Soluta est aūt ista questio ⁊ aliter: vt septuaginta quiq̄ anni abrae qn̄ egressus est de charra: ex illo computarent ex quo de igne chaldeorum liberatus est: nō ex quo nat⁹ ē: tāq̄ tūc potius natus hn̄d⁹ sit sed beatus stephanus in actib⁹ ap̄lorum cū ista narraret deus inquit gl̄ie apparuit abrae patri nr̄o cū esset i mesopotamia priusq̄ habitaret in charra. Et ait ad illum. Exi de terra tua et cognatione tua: ⁊ domo p̄ris tui: ⁊ veni in terram quam tibi ōmonstrabo. Secundum hec verba stephani: non post mortem patris eius locutus ē deus abrae: qui vtiq̄ in charra mortu⁹ est: vbi cum illo ⁊ ipse filius habitauit sed priusq̄ habitaret in eadē: ciuitate iā tn̄ cum esset in mesopotamia. Jā ergo exierat a chaldeis. Quod itaq̄ adiungit stephanus: tunc abram egressus est de terra chaldeorum ⁊ hitauit in charra: non demonstrat q̄ sit fēum posteaq̄ locutus est illi deus. Neq̄.n. p⁹ illa dei verba egressus ē de tra chaldeorum: cū dicat ei locutuz deuz esse in mesopotamia. sed ad totum illud temp⁹ pertinet quod ait: tunc. i. ex q̄ egressus ē a chaldeis ⁊ habitauit in charra. Jtem quod sequitur ⁊ iñ post q̄ mortuus est pater eius collocauit illum in terra hac: in qua vos nunc hitatis ⁊ p̄ies uestri: non ait postq̄ mortuus est pater eius exij̄t de charra: sed inde postq̄ mortuus est pater eius hic eum collocauit. Intelligendum est ig̃ locutum deum fuisse cum abram cuz esset in mesopotamia priusq̄ habitaret in charra: sed cum in charram peruenisse cum patre retento apud se precepto dei: ⁊ iñ exisse septuagesimo ⁊ quinto suo: p̄ris sui centesimo quadragesimoquinto anno. collocationē vero eius in terra chanaan. non profectōez de charra postq̄ mortem patris eius factam esse dicit: qz iam mortuus erat pater eius qn̄ emit terram cuius ibi iam sue rei cepit esse possessor. Quod aūt iaz in mesopotamia cōstituto hoc ē iā egresso de terra chaldeorū dixit ō us exi de terra tua ⁊ ō cognatiōe tua ⁊ de domo p̄ris tui: non vt corpus iñ ej̄ceret quod iam fecerat: sed vt aium auelleret d̄i. Non eniz exierat inde animo sed spe redeundi ⁊ desiderio tenebat q̄ spes ⁊ desideriū deo iubente ac iuuante ⁊ illo obediēte fuerat āputādū. Nō sane incredibl̄z existiat: cum postea secutus esset nachor p̄rem suū tunc abrā preceptū dn̄i impleuisse ut cuz sara cōiuge sua ⁊ loth filio fratris sui exiret de charra.

De ordie ⁊ qualitate p̄missionū dei q̄ ad abraam facte sunt. c. xvi.

i Am p̄siderāde st̄ p̄missiōes dei facte ad abraā. Jn his enim aptiora dei nostri iesu christi hoc ē dei vi oracula apparere ceperūt de pp̄lo piorū quē p̄phetica prenūciauit auct̄as: harum prima ita legit. Et dixit dn̄us

ad abram:exi de terra tua ⁊ de cognatione tua ⁊ de domo pri tui:⁊ uade i terrā quā tibi demostrauero:⁊ faciaz te i gentem magnam ⁊ benedicam te ⁊ magnificabo nomen tuuz ⁊ eris benedict⁹. Et benedicā benedicētes te: et maledicam maledicētes te:⁊ bñdicentur in te omnes tribus terre. Aduertē dum ē igī duas res promissas abrae: vnam.s.q̃ terram chanaan possessuz fuerat semen eius: quod significatur vbi dictum est:vade in terram quam tibi demonstrauero ⁊ faciaz te in gentem magnam:aliam vo longe prestantiozem non de carnali sed o spirituali semine:p qo pī est non vnius gentis israelitice sed omnium gentium que fidei eius vestigia consequuntur. Qo p mitti cepit his verbis. Et benedicent in te omnes tribus terre. Hanc pimssionem factam arbitratur eusebius septuagesimoquinto etatis anno abrae tanq̃ mox vt facta ē de charra exierit abram:qm̃ scripture cōtradici ñ pōt vbi legitur. Abraam erat quiq̃ ⁊ septuagita ānoz cum exij̃t o charra. Sz si eo anno fēa ē ista promissio:iā vtiq̃ in charra cū pre suo omorabat abrā. Neq̃.n.exire iñ posset:nisi prius ibi hitasset. Nunquidnaz ergo contradī stephano dicenti:deus glorie apparuit abrae pri nostro cum eēt in mesopotamia priusq̃ habitaret i charra? Sz intelligendum est q̃ eodem anno fēa sunt omnia:⁊ dei promissio anteq̃ in charra habitaret abram: ⁊ in charra habitatio eius ⁊ inde profectio:nō solum quia eusebius i chronicis ab āno huius promissionis computat ⁊ ostēdit post quadringentos ⁊ triginta annos exitum esse de egypto:qñ lex data:verum etiaz quia id commemorat apostolus paulus.

De ĩb⁹ excellentiorib⁹ gētiū regnis quorum.i.assyriorum iam abraā sublimius eminebat.c.xvij.

p Er idem tps eminētia erāt regna gentiuz: i qb⁹ terrigenaruz ciuitas hoc est societas hōinum sum hoiem viuentiū:sub dñatu angeloruz desertorū insignius excellebat: regna uidelicet tria:sicyoniorū:egyptiorz:assyriorz:sed assyriorum mlto erat potenti⁹ atq̃ sblimius.nam rex ille nin⁹ beli filius excepta india vniuerse asie populos subiugauerat. Asiam vo dico non illam partez q̃ huius maiozis asie vna prouincia est:sed eam q̃ vniv sa asia nuncupatur:quam quidam in alteram duazum:pleriq̃ aūt in tertiā totius orbis partem posuerūt vt sint omnes:asia:europa:⁊ africa: qo non equali diuisione fecerūt. Nanq̃ ista q̃ asia nuncupatur:a meridie per oriētē vsq̃ ad septentrionem peruenit europa vero a septētrione vsq̃ ad occidentē:atq̃ iñ africa ab occidente vsq̃ ad meridiem. Unde videntur orbez dimidiū due tenē:europa ⁊ africa: alio vo dimidiūm sola asia. Sed ideo ille due partes facte sunt:qz inter vtrāq̃ ab oceano ingredit quicquid aquaz tras interluit:⁊ hoc mare magnū nobis facit. Quapropter si in duas partes orbem diuidas orientis ⁊ occidētis:asia erit in vna:i altera vero europa ⁊ africa. Quāobrē vnū trium regnorū q̃ tē precellebant regnum.s. sicyoniorū nō erat sub assyrij̃s:quia in europa erat: Egyptiorum aūtem quomodo eis nō subiacebat:a quibus tota asia tenebatur:solis indis vt perhibetur exceptis in assyria igitur preualuerat dñat⁹ impie ciuitatis. Huius caput erat illa babylon cuius terrigene ciuitatis nomē aptissimum est.i.confusio. Ibi autem ninus regnabat post mortem patris sui beli:q̃ pmus illic ignauerat sexagintaquinq̃ annos. Filius vero eius nin⁹ qui defuncto patri successit i regnū

quinquaginta duos regnauit annos. Et hēbat in regno quadragintatres ā nos qñ natus ē abraam: q̄ erat ann' circiter milesimus ducentesimus ante conditam romam: veluti alteram i occidente babyloniam.

De itato alloqo dei ad abraā q̄ ei ⁊ semini ei' chanaā tra pmittit.c.xvij.

e Egressus est ergo abraā de charra septuagesimoquito anno etatis sue: centesimo aūt quadragesimo ⁊ quito pris sui cū loth filio fris sui ⁊ sara coniuge: ⁊ prexit i terrā chanaan ⁊ peruenit vsq ad sychem: vbi rursus diuinum accepit oraculum: de q̄ ita scriptuz est. Et apparuit dñs abrae ⁊ dixit illi semini tuo dabo terrā hāc. Nihil hic de illo semine ei pmissuz ē. i quo pr factus est omnium gentium: sed de illo solo de quo pater est vnius israelitice gētis. Ab hoc enim semine terra illa possessa est.

De sare pūdicitia in egypto p dñz custodita: qz abraā nō vxorē suā esse dixerat: sed sororem.c.xix.

d Einde edificato ibi altari ⁊ innouato deo abraā pfect' ē iñ: ⁊ hitauit in heremo: atq iñ ire in egyptū famis necessitate compulsus ē: vbi vxorem suā dixit sororem suam nihil mentitus. Erat.n. ⁊ hoc qz propiqua erat sanguine: sicut etiam loth eadē p pinqtate cū fris eius eēt filius fr eius ē dictus. Itaq vxorem tacuit non negauit: coniugis tuendā pudicitiam cōmittēs deo: ⁊ humanas cauēs isidias vt homo. Quoniam si periculuz quātum cauere poterat non caueret: magis tentaret deum q̄ speraret in deo. De qua re p̄ calumniantē fanstū manicheum satis diximus. Deniq factū est quod de domino presumpsit abram. Non pharao rex egypti qui eam sibi vxorem acceperat: grauiter afflictus marito reddidit. Ubi absit vt credamus alieno pcubitu fuisse pollutā. Qz mlto credibili' hoc pharaonē facē afflictōib' magnis ñ fuisse pmissū.

De secessione loth ⁊ abrae: q̄ illis salua caritate cōplacuit.c.xx.

r Euerso igr abrā ex egypto i locū vñ venerat: tunc loth fris filius ab illo in terrā sodomorū salua caritate discessit: Diuites quippe facti erant pastoresq multos pecorū hīe ceperant: quib' inter se rixantib' eo mō familiarum suarum pugnantē discordiam uitauerunt. Poterat quippe hic vt sunt humana ⁊ iter ipsos aliqua rixa consurgere. Proinde hoc malū pcauentis abrae uerba ista sūt ad loth. Non sit rixa inter me ⁊ te: ⁊ inter pastores meos ⁊ tuos: qz omnes nos fratres sumus. Nam ecce tota terra ante te est: discede a me. Si tu i sinistrā ego i dextraz: vel si tu in dextram: ego in sinistraz. Hinc fortassis effecta est inter homines pacifica consuetudo: vt qñ terrenorū aliquid partiendū ē: maior diuidat: minor eligat.

De tetra pmissiōe dei qua trā chanaā abrae ⁊ semini ei' i ppetuū pollicetur.c.xxi.

c Um ergo disgressi eēnt separin q hitarēt abrā ⁊ loth: necessitate sustentande familie non feditate discordie: ⁊ abraā in terra chanaan: loth autem eēt in sodomis: oraculo tertio dixit dñs ad abrā. Respiciēs oculis tuis uide a loco i quo nc tu es adaquilonē ⁊ africū ⁊ orientē ⁊ mar: qz omēz terrā quā tu uides tibi dabo ⁊ semini tuo vsz i seculū ⁊ faciā sem tuū tāq arenā tre: si pōt aliq dinūerare arenam tre

⁊ ſemen tuũ dinumerabitur. Surgẽs perambula terram in longitudinẽ ei⁹: ⁊ in latitudinẽ eius: qꝫ tibi dabo eam: In hac promiſſione vtrũ ſit etiaꝫ illa qua pater factus ẽ oium gẽtiũ: nõ eni dẽter apparet: Poteſt.n. videri ad hoc pertinere: ⁊ faciam ſemen tuum tanq̃ arenam terre: quod ea locutione dẽm eſt quam greci dicunt hyperbolen: q̃ vtiq̃ tropica eſt non propria quo tñ modo vt ceteris tropis vti ſolẽ ſcrip⁹ turã nullus qui eam didicit ambigit. Iſte aũt tropus.i.mod⁹ locutiõis fit: qñ id quod dicitur longe eſt amplius q̃ quod eo dicto ſignificatur. Quis enim non videat: q̃ ſit icomparabiliter amplior arene numerus: q̃ poteſt eſſe oiũ hõinũ ab ipſo adam vſq̃ ad ĩmi num ſeculi? Quanto ergo magis q̃ ſemen abrae: non ſolum qõ pertinet ad iſraeliticam gentem: verũ etiam qõ futurũ eſt ſecundum imitationem fidei toto orbe terrarum in omnibus gentibus. Qõ ſemen.ſ.abrae i cõparatiõe multitudinis: ĩpior profecto i paucis ẽ: q̃uis ⁊ ipſi pauci faciant inũerabilẽ multitudinẽ ſuã: que ſignificata ẽ fm hyperbolen per arenam terre. Sane iſta mltitudo q̃ promittitur abrae: nõ deo ẽ innumerabilis ſed hõibus: deo autem nec arena terre. Proiñ qꝫ non tantum gens iſraelitica ſed vniuerſaꝫ ſemen abrae: vbi eſt expreſſa ꝓmiſſio non ſecundum carnem ſed ſecundum ſpiritum plurimorum filiorum: congruentius arene multitudini comparatur poteſt hic intelligi vt iteretur ꝓ us facta promiſſio. Sed ideo dixim⁹ q̃ non euidenter appareat: quia ⁊ illius gentis vnius multitudo que ſecundum carnem nata eſt ex abraam: per eius nepotem iacob in tantum creuit vt pene omnes partes orbis impleuerit. Et ideo potuit ⁊ ipſa ſecundũ hyp bolen arene multitudini comparari: quia ⁊ hec ſola inumera ẽ homini mlt̃ tituo: terram certe ſolam ſignificatã que appellata ẽ chanaan nemo ambibigit. Sed quod dictum eſt tibi dabo eam ⁊ ſemini tuo vſq̃ in ſeculum: poteſt mouẽ ñnullos: ſi vſq̃ in ſeculum ĩ telligant in eternũ. Si aũt in ſeculum hoc loco ſic accipiant quẽadmodum fideliter tenem⁹: initiũ futuri ſeculi a fine pñtis ordiri: nihil eos mouebit qꝫ ⁊ſi expulſi ſunt iſraelite de hieroſolymis: manent tamen in alijs ciuitatib⁹ tre chanaã: ⁊ vſq̃ ĩ finẽ mãebãt: ⁊ vni vſa terra illa cũ a chriſtiãis inhitatur ẽt ipſum ſemen ẽ abrae.

De ſuperatis ab abraã hoſtib⁹ ſodomorꝫ: qñ loth de captiuitate eripuit: ⁊ a melchiſedec ſacerdote benedict⁹ eſt. c. xxij.

b Hoc rñſo⁹ ꝓmiſſiõis accepto migrauit abraam ⁊ manſit i alio eiuſdẽ terre loco.i. iuxta quercũ mambre q̃ erat ebron. Deide ab hoſtibus q̃ ſodomis irruerãt: cũ quinq̃ reges aduerſus quatuor bellum gererent ⁊ victis ſodomitis etiam loth capt⁹ eẽt liberauit eum abraam adductis ſecum in prelium trecentis decẽ ⁊ octo verna cul̃ ſuis: ⁊ victoriam fecit de regib⁹ ſodomorꝫ: nihilq̃ ſpoliorũ auferre voluit: cũ rex cui uicerat obtuliſſet. Sed plane tunc benedict⁹ ẽ a melchiſedec qui erat ſacerdos dei excelſi: de quo i epiſtola que inſcribitur ad hebreos: quam plures pauli apoſtoli eſſe dñt: quidam vero negant: multa ⁊ magna conſcripta ſunt. Ibi quippe primũ apparuit ſacrificium: quod nũc a chriſtianis offert deo toto orbe terraꝫ: ĩplet q̃ illud qõ longe poſt hoc factum per prophetam dicitur ad chriſtum q̃ fuerat adhuc venturus in carnez: tu es ſacerdos in eternum fm ordinez melchiſedec: non ſcilicet ſecundum ordinem aaron qui ordo fuerat auferendus:

illuceſcẽtibus rebus que illis umbris prenotabantur.

De verbo dñi ad abraã: quo ei pro mittitur ſecundum multitudinem ſtel rũ multiplicanda poſteritas: quod cre dens iuſtificatus ẽ adhuc i ꝓputio cõ ſtitutus. c. xxiij.

e Et iam tẽ fcꝫ ẽ vbũ dñi ad abra am i viſu. Qui cũ ei protectiõeꝫ mercedẽq; ꝓmittẽt valde multã: ille ȯ poſteritate ſolicitus quendam eliezer vernaculum ſuum futurum ſibi dixit heredem. Cõtinuoq; illi ꝓmiſſus eſt heres: ñ ille vernaculus ſed qui de ipo abraam fuerat exitur⁹: rurſuſq; ſemẽ inũerabile ñ ſicut arena terre ſ; ſicut ſtelle celi: vbi mihi magis videt ꝓmiſ ſa poſteritas celeſti felicitate ſblimis. Nã quantũ ad multitudiez ꝓtinet: q̃d ſunt ſtelle celi ad arenam tre: niſi q̃s ⁊ iſtam cõparationẽ in tm̃ eẽ ſilez dicat: in quantũ ẽt ſtelle dinumerari non va lent: quia nec omnes eas videri poſſe credendũ ẽ. Nam quanto quiſq; acu tius intuetur: tanto plures videt. Uñ ⁊ accerrime cernẽtibus aliquas occul tas eẽ merito exiſtimat: exceptis eis ſi deriḃ⁹ q̃ in alia parte orbis a nobis re motiſſima oriri ⁊ occidere perhibent. Poſtremo quicunq; vniuerſũ ſtellarũ numerũ cõprehẽdiſſe ⁊ ꝓſcripſiſſe iac tantur: ſicut aratus ⁊ eudoxius: ⁊ ſi q̃ alij ſunt: eos libri huius cõtẽnit auc toritas. Hic ſane illa ſñia ponit cuius apl̃s meminit ꝓpter dei gr̃am cõmen dandã. Credidit. abraã deo ⁊ reputa tũ ẽ illi ad iuſtitiã: ne circunciſio gl̃ia ret genteſq; incircũciſas ad fidẽ chri ſti nollet admitti. Hoc. n. q̃ñ factũ eſt vt credenti abrae deputaret fides ad iuſtitiã: nondũ fuerat circunciſus.

De ſignificatione ſacrificij q̃ abra am offerre ꝓcept⁹ ẽ: cũ poſciſſet: vt de his q̃ credẽ docẽt. c. xxiiij.

i Et eodẽ viſu cũ loquẽtur ei de u⁹: ẽt hoc ait ad illũ. Ego deus qui te eduxi de regione caldeoꝝ: vt dẽ tibi terrã hanc vt heres ſis eius. Ubi cum interrogaſſet abram ſm quid ſci ret q̃ heres eius erit: dixit illi de⁹: Ac cipe mihi iuuencã trimã: ⁊ capram tri mam ⁊ arietem trimũm: ⁊ turturem ⁊ colũmbam. Accepit aũt ille hec om nia diuiſit illa media: ⁊ poſuit ea con tra faciem alterꝫ alteri. Aues aũt non diuiſit. Et deſcenderũt ſicut ſcriptum eſt aues: ⁊ ſederũt ſuper corpora q̃ di uiſa erant: ⁊ concedit illis abraã. Cir ca ſolis aũt occaſũ pauor irruit ſuper abraã ⁊ ecce timor tenebroſus magn⁹ incidit ei. Et dictũ eſt ad abraam. Sci endo ſcias quia peregrinum erit ſemẽ tuum in terra non propria: ⁊ i ſeruitu tem redigent eos ⁊ affligent eos qua dringentis annis: gentẽ aũt cui ſeruie rint iudicabo ego. Poſt hec vero exi bunt hinc cum ſupellectile multa. Tu autẽ ibis ad patres tuos cuz pace: nu tritus in ſenecta bona. Quarta vero generatiõe cõuertẽt ſe huc. Nondum .n. impleta ſunt peccata amorreoꝝ vſ q̃ adhuc. Cũ autem iã ſol erat ad oc caſũ: facta ẽ flamma: ⁊ ecce fornax fu mabunda ⁊ lãpades ignis: que ꝓtran ſierũt per media diuiſa illa. In die illa diſpoſuit dominus deus teſtamentuz ad abraam dicens: ſemini tuo dabo t̃ ram hãc a flumie egypti vſq; ad flum̃ magnuz euphratẽ: ceneos ⁊ cenezeos: ⁊ cethmoneos ⁊ cetheos: ⁊ perezeos ⁊ raphaim: ⁊ amorreos ⁊ cananeos: ⁊ euos ⁊ gergeſeos ⁊ iebuſeos. Hec õ nia in uiſu facta diuinitus atq; dicta ſunt: de quibus ſingulis enucleate diſ ſerere longum eſt: ⁊ intentionem ope ris huius excedit. Quod ergo ſatis eſt noſſe debemus: poſteaq̃ dictuz eſt credidiſſe abraam ⁊ deo deputatum

esse illi ad iustitiam:non eum in fide ꝺ
fecisse:vt dicēt dñator dñe ꝓm quid sci
am ꝙ heres eius ero. Terre quippe il
lius promissa erat hereditas. Non.n.
ait vnde sciam quasi adhuc non creꝺ
ret:sed ait secundum quid sciam:ut ei
rei quam crediderat aliqua similitu
do adhiberetur:qua eius modꝰ agno
scētur. Sicut nō est virginis marie dif
fidentia ꝙ ait:quomodo fiet istud qm̄
virum non cognosco. Quod enim fu
turum esse certa erat:modum quo fie
ret iquirebat. Et hoc cuz quesisset au
diuit spiritꝰ sanctus superueniet in te:
virtus altissimi obumbrabit tibi. Dēi
qz ⁊ hic similitudo data est de tribus
animalibus: iuuenca:capra ⁊ ariete:
⁊ duabus volucribus turture ⁊ colū
ba:vt secundum hec futuruz sciret qꝺ
futurꝫ esse iā non ambigeret. Siue er
go per iuuēcā significata sit plebs po
sita sꝺ iugo legis p caprā eadē plebs
ēt peccatrix futa per arietē eadē plebs
etiā regnatura:que animalia propter
trima dicuntur:quia cuz sint insignes
articuli temporū ab adā vsqz ad noe:
⁊ inde vsqz ad abraā:⁊ inde usz ad da
uid:qui reprobato saule primus in re
gno gentis israelitice est domini volū
tate fundatus in hoc ordine tertio q̄
tenditur ex abraam vsqz ad dauid:tā
q̄ tertiam etatem gerens illie populus
adoleuit:siue aliquid aliud conuenien
tius ista significent nullo modo tamē
dubitauerim spuales in ea typos pre
figuratos additamento turturis ⁊ co
lumbe. Et ideo dictum est aues autez
non diuisit quoniam carnales inter se
diuiduntur:spirituales autez nllo mō
siue a negociosis conuersationib⁹ ho
minum se ēmoueant sicut turtur:siue
inter illas degāt sicut colūba. Utraqz
tamen auis est simplex ⁊ inoxia:signi
ficans ⁊ in illo israelitico populo cui t
ra illa danda erat:futuros idiuiduos
filios promissionis ⁊ heredes regni in
eterna felicitate mansuros. Aues aūt
descendentes super corpora que diui
sa erāt:ñ boni aliquid sed sps indicāt
aeris huius pastū quendā suum ꝺ car
nalium diuisione querentes. Qꝺ aūt
illis cōcedit abraā:significat ēt inter il
las carnaliū diuisiones spuales eē nō
nullos veros vsqz in finem seculi pse
ueraturos fideles. Et circa solis occa
sum ꝙ pauor irruit ī abraam ⁊ timor
tenebrosus magnus significat circa
huius seculi finem magnā perturbati
onē ac tribulationē futurā fideliuz:ꝺ
q̄ dñs dixit in euangelio. Erit.n. tunc
tribulatio magna qual' ñ fuit ab initio.
Qꝺ vo dictum ē ad abraā:sciēdo sci
as qr peregrinū erit semen tuuz in ter
ra ñ ppria:⁊ in seruitutē redigēt eos et
affligent eos quadringentis ānis ꝺ po
pulo israel q̄ fuerat in egypto seruitur⁹
apertissime prophetatū ē. Nō ꝙ ī ea
dem seruitute sub egyptijs affligētib⁹
quadringentos annos ille populꝰ fue
rat peractur⁹:sz in ipsis quadrigētis ā
nis pnūciatū est hoc futuruz. Quēad
modū.n. scriptū ē de thare pre abrae
⁊ fuerunt dies thare in charra q̄nqz ⁊
ducēti āni:ñ qr ibi omnes acti sūt sed
qr ibi completi sunt:ita ⁊ hic propter
ipositū est ⁊ in seruitutem redigent e
os:⁊ affligent eos quadrigentis ānis:
qm̄ iste numerus in eadem afflictione
cōpletus ē:ñ qr ibi vniuersus perfect⁹
est. Quadringenti sane dicuntur āni
ppter numeri plenitudinem: q̄uis ali
quanto amplius sint:siue ex hoc tem
pore cōputent quo ista pmittebāt a
brae siue ex quo natus est isaac ppter
semen abrae de quo ista predicūt. Cō
putātur enim sicut superius iā dixim⁹
ab anno septuagesimo ⁊ q̄nto abrae:
quando ad eū facta est prima pmissio
vsqz ad exituz israel ex egypto quadri
gēti ⁊ triginta āni:quorū apostol⁹ ita
meminit. Hoc aūt inquit testamtuz ꝰ
firmatū a ꝺo:q̄ post quadringentos ⁊

triginta annos ē fēa lex:non ifirmata ad euacuandam ꝓmissionē. Iaz ergo isti quadrigēti ⁊ ṫginta āni:quadrigēti poterant nuncupari:qz non sunt mlto āplius. Quanto magis cū aliquot iā ex isto numero preterisset: qñ illa i visu demonstrata ⁊ dicta sunt abrae: vl quando isaac natus est centenario pri suo a pria ꝓmissiōe p vigitiquiqz annos:cum iaz ex istis quadringentis ⁊ ṫgita:quadrigēti ⁊ quiqz remanēnt: quos deus quadrigentos voluit noiare. ⁊ cetera que sequuntur in verbis p nunciantes dei:nullus dubitauerit ad israeliticum populum pertinere. Qd vero cum adiungitur cuz aūt sol erat ad occasum flamma facta ē:⁊ ecce fornax fumabunda ⁊ lampades ignis q̄ transierunt per media diuisa illa:significat iam in fine seculi per ignē iudicā dos eē carnales. Sicut eim afflictio ciuitatis dei qualis antea nunq̄ fuit q̄ sb antichristo futura speratur: significatur tenebroso timore abrae circa solis occasum id est propinquante iam fine seculi:sic ad solis occasuz.i. ad ipsū iam fine seculi significatur isto igne dies iudicij:dirimens carnales p ignē saluandos:⁊ in igne damnandos. Deinde testamentum factum ad abraam terrā chanaan proprie manifestat:et nominat in ea vndeciz gentes a flumine egypti vsqz ad flum̄ magnū euphraten. Non ergo a flumie magno egypti hoc est nilo:sed a paruo quod diuidit inter egyptum ⁊ palestinaz vbi est ciuitas tyrocūra.

De agar ancilla sare quam eadē sara abrae voluit eē concubinā.c.xxv.

i Am hic tpa cōsequūt filioz abrae:vnius de agar ancilla:alti us de sara libera:de qb in libro superiore iam diximus. Quod autē attiet ad rez gestaz:nullo modo est inferenduz de hac concubina crimen abrae. Usus est ea quippe ad generandaz prolem non ad explendam libidinem:nec insultans sed potius obediens ꝓiugi: que sue sterilitati credidit esse solatiuz si fecundū ancille vterum quoniā natura non poterat voluntate faceret suum:⁊ eo iure quo dicit apostolus similiter ⁊ vir non habet potestarez corporis sui sed mulier. vtens mulier ad pariendū ex altera quod non poterat ex seipso. Nulla est hic cupido lasciuie nlla neqtie turpitudo. Ab uxoī causa prolis ancilla marito traditur:a marito causa prolis accipitur:ab vtroqz ñ culpe luxus:sz nature fructus exqrit. Deniqz cum ancilla grauida dñe sterili superbiret:⁊ hoc sara suspitiōe mlibri viro potius iputaret:etiam ibi demonstrauit abraaz non se amatorem seruū:sed liberū fuisse se genitorez:⁊ i agar sare cōiugi pudicitiā custodisse: nec voluptatem suā sed voluntatē illius impleuisse:accepisse nec petisse:accessisse nec hesisse:sēinasse nec amasse. Ait enim ecce ancilla tua i manib tuis:vtere ea quō tibi placuerit. O virū viriliter vtentem feminis:ꝓiuge tēperāter:ancilla obtēperāt:nlla itēperāt.

De testificatione ad abraā: qua eidē seni de sterili sara filiū spopondit: partēqz euz gētiū statuit ⁊ promissi fides sacramento circuncisionis obsignatur.c.xxvi.

p Ost hec nat est ismael ex agar in quo putare posset ipletū qd ei promissū fuerat:cuz sibi vernaculū suū adoptare voluisset:dicente deo ñ erit heres tuus hic:sed qui exiet d te: ille erit heres tuus. Hoc ergo ꝓmissū ne in ancille filio putaret ipletuz:iā cū esset annorum nonaginta ⁊ nouem apparuit ei dominus ⁊ dixit illi. Ego sum deus:place in ꝓspectu meo ⁊ esto

ſine querela: ⁊ ponam teſtamentũ me
um inť me ⁊ inter te: ⁊ implebo te val
de. Et ꝓcidit abraam in faciẽ ſuã: ⁊ lo
cutus eſt illi deus dicens. Ecce ego et
ecce teſtamẽtũ meũ tecũ: ⁊ eris pater
multitudinis gentium: ⁊ non appella
bitur nom̃ tuũ adhuc abraã: ſed erit
nomen tuũ abraã: qui partẽ multarũ
gentiũ conſtitui te. Et augebo te val
de: ⁊ ponã te ĩ gentes: ⁊ reges ex te exi
bũt. Et ſtatuã teſtam̃tũ meũ inter me
⁊ te: ⁊ inter ſemen tuum p̃ te in gene
ratiões eorũ in teſtamentum eternũ:
vt ſiz ť de̊ ⁊ ſemini tuo poſt te. Et da
bo tibi ⁊ ſemini tuo poſt te terram in
qua incola es: õem terrã chanaan in
poſſeſſionẽ eťnã: ⁊ ero illi deus. Et di
xit deus ad abraam. Tu autez teſtam̃
tũ meũ ꝓſeruabis: tu ⁊ ſemen tuũ p̃
te in progenies ſuas: Et hoc eſt teſta
mentũ meũ qõ cõſeruabitis inter me
⁊ vos ⁊ inter ſemen tuuz poſt te in ge
nerationes ſuas. Circũcidet̃ õe veſtrũ
maſculinum: ⁊ circũncidetis carnem
preputij veſtri: ⁊ erit in ſignum teſta
menti inter me ⁊ uos. Et puer octo di
ex circuncidetur: ⁊ veſtrũ õne maſcu
linuz in progenies veſtras. Uernacul̃
⁊ emptitius ab omni filio alienigena
qui non eſt de ſemine tuo: circunſione
circuncidetur: ⁊ vernaculus dom̃ tue
⁊ emptitius. Et erit teſtamentuz meũ
in carne veſtra in teſtamentuz eternũ:
⁊ qui non fuerit circunciſus maſcul̃:
qui non circuncidet carnem preputij
ſui octauo die: interibit anima illa de
genere eius quia teſtamentum meum
diſſipauit. Et dixit deus ad abraam.
Sara vxor tua non appellabitur no
men eius ſarai: ſed ſara erit nomen e
ius. Benedicã autẽ illaz ⁊ dabo tibi ex
ea filium: ⁊ benedicã illuz ⁊ erit natio
nes: ⁊ reges gentium ex eo erũt: ⁊ pro
cidit abraaz ſuper faciez ſuam ⁊ riſit:
⁊ dixit in animo ſuo dicens. Si mihi
centum annos habenti naſcetur fili̊:
⁊ ſi ſara annorũ nonaginta pariet? Di
cit autem abraam ad deũ iſmael hic
viuat in conſpectu tuo. Deus autẽ di
xit ad abraam ita ecce ſara vxor tua
pariet tibi filium: ⁊ vocabis nomẽ eĩ̊
iſaac: ⁊ ſtatuam teſtamentum meũ ad
illũ in teſtamentũ eternũ: vt ſiz tibi de
us ⁊ ſemini eius poſt illum dem iſma
el autem ecce audiui te. Ecce benedixi
eum ⁊ ampliabo ⁊ multiplicabo illuz
ualde. Duodecim gentes generabit: ⁊
dabo illum in magnã gentez. Teſtam̃
tum autem meũ ſtatuã ad iſaac: quez
pariet tibi ſara in tempore hoc ad an
nuz ſequentẽ. Hic ꝓpertiora promiſſa
ſunt de vocatione gentiuz ĩ iſaac. i. in
filo promiſſiõis: quo ſignificatur gr̃a
non natura: quia de ſene ⁊ de anu ſte
rili promittitur filius. Quãuis enim
⁊ naturalem procreationis: excurſum
deus operetur: ubi tamen euidens o
pus dei eſt vitiata ⁊ ceſſante natura: i
bi euidentius intelligitur gr̃a. Et quia
hoc non per generationem ſed per re
generationem futurum erat: ideo nũc
imperata eſt circunciſio quando ō ſa
ra promiſſus eſt filius. Et q̃ omnes ñ
ſolum filios: verũ etiam ſeruos verna
culos ⁊ emptitios circuncidi iubet: ad
omnes iſtam gratiam pertinere teſta
tur. Quid enim aliud circũciſio ſigni
ficat: q̃ vetuſtate exuta naturaz reno
uatam. Et quid aliud q̃ chriſtũ octa
uus dies: qui in hebdomade cõpleta:
hoc ē p̃ ſabbatuz reſurrexit? Parẽtũ
mutantur ⁊ nomina: omnia reſonant
nouitatez: ⁊ in teſtamento veteri obũ
bratur nouum. Quid eſt enim quod
dicitur teſtamentum vetus: niſi noui
occultatio? Et quid eſt aliud quod di
citur nouuz niſi ueteris reuelatio? Ri
ſus abrae exultatio eſt gratulantis: ñ
irriſio diffidentis. Uerba quoqz eius
illa in animo ſuo: ſi mihi centum an
nos habenti naſcetur filius: ⁊ ſi ſara
annoruz nonaginta pariet: non ſunt

dubitantis sed admirãtis. Si quẽ vo mouet quod dictum est: ⁊ dabo tibi et semini tuo post te terram in qua tu incola es: omnem terram chanaan i possessionem eternam. quomodo accipiatur ipletũ siue adhuc expectetur iplendum: cuꝫ possessio quecunqꝫ terrena eterna cuilibet genti esse non possit: sciat eternuꝫ a nostris interpretari qd̃ greci appellant aeomon: quod a seculo deriuatũ est. Aeon quippe grece seculum nuncupatur. Sed non sunt ausi latini hoc dicere seculare: ne longe in aliud mitterent sensum. Secularia quippe dicuntur multa que in hoc seculo sic aguntur: vt breui etiam tp̃e transeant. Aemon autem quod dicit̃ aut non habet finem: aut vsqꝫ i huius seculi tenditur finem.

De masculo qui si octauo die non fuerit circuncisus perit aia eius: quia testamentum dei dissipauit. c. xxvij.

in huius operis iam fine requieſcere?
Tanto q̃ppe minus anima ſubditur
deo: q̃to minus deũ in ipſis ſuis co-
gitationibus cõcipit: ⁊ tãto minus a-
nime ſubditur caro:quãto magis ad-
uerſus ſpiritũ cõcupiſcit. Quãdiu ei-
go nobis ineſt infirmitas: hec peſtis:
hic languor:quomodo nos iam ſal-
uos: ⁊ ſi nõdum ſaluos:quomõ iam
beatos illa finali beatitudine dicẽ au-
debimus? Jam uero illa virtus cuius
nomẽ ẽ fortitudo in quãtacũq; ſapi-
entia cuidẽtiſſima teſtis ẽ malorũ hu-
manorum:que cõpellitur patiẽtia to-
lerare. Que mala ſtoici philoſophi

miror qua fronte mala nõ eẽ contẽ-
dant:quibus fatẽtur si tanta fuerint:
ut ea sapiens ul' nõ possit ul' nõ debe
at sustinere:eum cogi mortẽ sibimet
inferre:atq; ex hac uita migrare. Tã-
tus aũt superbie stupor ẽ in his ho-
minibus:hic se habere finem boni et
a seipsis fieri beatos putãtibus:ut sa-
piens eorum hoc ẽ qualem mirabili
uanitate describunt: etiam si cecetur:
absurdescat:obmutescat: mẽbris de-
bilitetur:doloribus crucietur:⁊ si q̃d
aliud talium malorum dici aut cogi-
tari potest incidat in eum: quo sibi
mortem cogatur inferre: hanc in his
malis uitam cõstitutam eos non pu-
deat uocare beatam. O uita beata: q̃
ut finiatur mortis querit auxilium.
Si beata ẽ maneatur in ea. Si uero
propter ista mala fugitur ab ea:quo-
modo ẽ beata? Aut quomodo ista nõ
sunt mala:que uincũt fortitudinis bo
num:eandemq; fortitudinem nõ so-
lum sibi cedere:uerum etiam deliraze
cõpellunt:ut ⁊ eandem uitam dicant
beatam:⁊ persuadeãt esse fugiendaz?
Quis usqueadeo cecus ẽ ut nõ uide-
at:ut si beata esset fugiẽda non esset?
Sed si propter infirmitatis pondus
qua premitur hanc fugiendam faten-
tur. Quid igitur cause ẽ? cur nõ etiaz
miserã fracta superbie ceruice fateãt?
Utrũ obsecro cato ille patiẽtia:an po
tius ipatientia se peremit? Non enim
hoc fecisset nisi uictoriã cesaris ipati-
enter tulisset. Ubi ẽ fortitudo? Nem-
pe cessit:nempe succubuit: nempe us-
queadeo supata ẽ:ut uitã beatã dere-
linqueret:desereret:ac fugeret. An nõ
erat iam beata? Misera ergo erat.
Quomodo ergo mala nõ erant: que
uitam miseram fugiendãq; faciebãt?
Quapropter etiã ipsi qui mala ista eẽ
cõfessi sunt:sicut pipatetici sicut uete-
res academici:quoꝝ sectam uarro de
fendit: tolerabilius quidẽ loquũtur:
sed eorũ quoq; mirus ẽ error:q̃ i his
malis ⁊si tam grauia sunt ut morte
fugienda sint:ab ipso sibimet illata q̃
hec patitur:uitam beatã tamẽ esse cõ-
tendunt. Mala sunt inquit tormenta
atq; cruciatus corporis ⁊ tanto sunt
peiora quãto potuerũt esse maiora:
quibus ut careas ex hac uita fugien-
dum ẽ. Qua uita obsecro? Hec iquit:
que tantis aggreuatur malis. Certe
ergo beata est in eisdem ipsis malis:
propter que dicis esse fugiendã an iõ
beatam dicis quia licet tibi ab his ma
lis morte recedere? Quid si ergo i eis
aliquo diuino tenereris iudicio:nec p
mittereris mori:nec unq̃ sine illis eẽ
sinereris? Nempe tũc saltem miseram
diceres talem uitam. Non igit̃ ppta
misera nõ est: quia cito relinquitur:
quandoquidem si sempiterna sit etiã
abs teipso misera iudicabitur:nõ ita-
que propterea quia breuis ẽ nulla mi
seria uideri debet:aut quod ẽ absur-
dius:quia breuis miseria ẽ ideo etiaz
beatitudo appellari. Magna uis ẽ in
eis malis:que cogunt hominẽ secun-
dum ipsos etiam sapientẽ:sibimet au
ferre q̃ homo ẽ:cum dicãt ⁊ uerũ di-
cant hanc esse nature primã quodam
modo ⁊ maximã uirtutem ut homo
cõcilietur deo:⁊ ppterea mortẽ natu-
raliter fugiat:ita sibi amicus ut esse
animal:⁊ in hac cõiunctione corporis
atque anime uelit uiuere uehemẽter-
que appetat. Magna uis ẽ in eis ma-
lis quibus iste nature uincit̃ sensus:
quo mors omnis modo omnibus ui-
ribus conatibusq; uitatur:⁊ ita uinci
tur ut que uitabatur optetur:appeta-
tur:⁊ si nõ potuerit aliunde cõtingẽ:
ab ipso homine sibimet inferat̃. Ma
gna uis ẽ in eis malis:que fortitudie
faciũt homicidam:si tamen adhuc di
cenda ẽ fortitudo:que ita his malis
uincitur:ut hominẽ quẽ sicut uirtus
regendũ tuendũque suscepit: nõ mõ

nō possit per patientiam custodire ſz ipsa insuper cogatur occidere. Debet quidē etiam mortem ferre sapiens patienter: sed que accidit aliūde. Secundum istos aūt si eam sibiipsi inferre compellitur: profecto fatendū ē eis: nō solum mala: sed intolerabilia etiā mala esse: que hoc eū ppetrare compellunt. Uita igitur que istoꝝ tā magnorum tam grauiūqꝫ maloꝝ aut pmitur oneribus aut subiacet casibus: nullo modo beata diceretur: si hoīes qui hoc dicunt sicut uicti malis ingrauescētibus cum sibi mortē ingerunt: cedūt infelicitati: ita uicti certis rationibus cum querūt beatā uitā dignarentur cedere ueritati: ⁊ nō sibi in ista mortalitate putarēt fine summi boni esse gaudendū: ubi ipse uirtutes q̄bus hic nihil certe melius atqꝫ utilius in homine reperitur: quāto maiora sūt adiutoria contra uim squallorū: laborum dolorū: tanto fidelioza testimōia miseriarū. Si enim uere uirtutes sūt: que nisi in eis quibus uera inē pietas esse nō possūt: nō se profitentur hoc posse: ut nullas miserias homines patiantur in quibus sunt. Neque enim mendaces sunt uere uirtutes: ut hoc profiteātur: sed ut uita humana que tot ⁊ tantis huius seculi maculis cogitur misera: spe futuri seculi sit beata sicut ⁊ salua. Quomodo eīm beata ē: que nōdum salua est? Unde ⁊ aplus paulus nō de hominibus imprudētibus: impatiētibus: intemperātibus: ⁊ iniquis: sed ō his qui secundum ueram pietatem uiuerent: ⁊ ideo uirtutes quas habent ueras haberent ait. Spe eīm salui facti sumus. Spes aūt que uidetur nō est spes. Quod enim q̄s uidet: quid sperat? Si aūt quod ñ uidemus speramus: per patientiam expectamus. Sicut ergo spe salui: ita spe beati facti sumus: ⁊ sicut salutez: ita beatitudinem non iam tenemus presentem sed expectamus futuram: ⁊ hoc per patientiam: quia in malis sumus que patienter tolerare debemus: donec ad illa ueniamus bona: ubi omnia erūt quibus ineffabiliter delectemur: nihil erit autem quod iā tolerare debeamus. Talis salus que in futuro seculo erit: ipsa erit etiā finalis beatitudo. Quam beatitudinē ipi philosophi quoniam nō uidentes nolunt credere: hic sibi conantur falsissimam fabricare quāto superbiore tāto mendaciore uirtute.

De sociali uita: que cū maxime expetenda sit multis offensionibus sepe subuertitur. c. v.

q Uod autem socialem uitam eē uolūt sapientes: nos multo amplius approbamus. Nam vnde ista dei ciuitas de qua huius operis ecce iam vnde nonumdecimum librū uersamus in manibus: uel inchoaretur exortu: uel progrederetur excursu: uel debitos apprehēderet fines: si nō eēt socialis uita sanctorū? Sed i hui⁹ mortalitatis erumna: quot ⁊ quātis abundet malis humana societas q̄s enumerare ualeat? Quis existimare sufficiat? Audiāt apud amicos suos: hominē cum sensu atqꝫ cōsensu omnium hominū dicere: duxi uxorē: quā ibi miseriam uidi: nati filij alia cura. Quid itidem illa que in amore uitia cōmemorat idē terētius: iiurie: suspitiones iimicitie: bellum: pax rursum. Nōne res hūanas ubiqꝫ ipleueīt? Nōne hec ⁊ in amicorū honestis amoribus plerunque contingunt? Nonne his usquequaque plene sunt res humane: ubi iniurias: suspitiones inimicitias: bellum certa mala sentimus: pacem uero incertum bonuz: quoniā corda eorum cum quibus eam tenere uolum⁹ ignoram⁹: ⁊ si hodie nosse

possemus:qualia cras futura essent utiq; nesciremus? Qui porro inter se amicitiores solent esse uel debent: q̃ qui una domo continentur? Et tamẽ quis inde securus est:cum tanta sepe mala ex eorum occultis insidijs extiterint:tanto amariora quãto dulcior pax fuit:que uera putata est cum astutissime fingeretur? Propter quod omnium pectora sic attingit:ut cogat in gemitum: quod ait tullius. Nulle sunt occultiores insidie: q̃ he que latent in simulatione officij: aut in aliquo necessitudinis nomine. Nam cũ qui palam est aduersarius facile cauendo uitare possis: hoc uero occultum:intestinum ac domesticũ malũ: nõ solum existit:uerum etiam opprimit antequam prospicere atq; explorare potueris. Propter qõ diuia uox illa:⁊ inimici hominis domestici eius cum magno dolore cordis auditur: quia ⁊ si quisque tam fortis sit ut equo animo perferat: uel tam uigilãs ut prouido cõsilio caueat:que aduersus eum molitur amicitia simulata: eorum tamen hominum perfidorum mala cum eos esse pessimos experit: si ipse bonus ẽ grauiter excruciet necesse ẽ:siue semp mali fuerint ⁊ se bonos finxerint:siue ĩ istã malitiã ex bonitate mutati sint. Si ergo dom' cõmune perfugiũ in his malis humani generis tuta nõ ẽ.quid ciuitas: q̃ q̃to maior ẽ tanto forũ eius litibus ciuilibus ⁊ criminalib' plenius etiam si quiescant nõ solum turbulẽte:uerum etiam sepius ⁊ cruente seditiones et bella ciuilia:a quorum euentibus sũt aliqñ libere ciuitates : a piculis nũq̃:

De errore humanorũ iudiciorũ cũ ueritas latet.c.vi.

q Uid ipsa iudicia hominum de hoĩbus:que ciuitatibus etiam in q̃talibet pace manẽtibus deesse nõ possunt:qualia putam' eẽ q̃misera: q̃dolẽda quãdo quidẽ hi iudicãt:qui cõscientias eorũ de quibus iudicant cernere nequeũt? Unde sepe cogũtur tormẽtis innocẽtiũ testiũ ad alienam causam pertinentẽ querere ueritatẽ. Quid cum in sua causa quisq; torquetur ⁊ cũ queritur utrũ sit nocens: cruciat' ⁊ inocens:luit ꝑ incerto scelẽ certissimas penas:nõ quia illud commisisse detegitur:sed quia nõ cõmisisse nescitur? Ac per hoc ignorãtia iudicis plerũq; ẽ calamitas innocentis. Sed quod intolerabilius ẽ magisque plangendũ:rigandũq; si fieri posset fontibus lachrymarũ:cuꝫ propterea iudex torqueat accusatum:ne occidat nesciens innocentẽ:fit per ignorantie miseriã ut ⁊ tortum ⁊ innocẽtem occidat:quem ne innocentem occideret torserat. Si enim secundum istorum sapientiã delegerit ex hac uita fugẽ: q̃ diutius illa sustinere tormenta: qõ nõ cõmisit cõmisisse se dicit. Quo dã nato ⁊ occiso:utrum nocentem an innocentem iudex occiderit adhuc nescit:quem ne innocentem nesciẽs occideret torsit:ac per hoc inocentẽ ⁊ ut sciret torsit ⁊ dum nesciret occidit. In his tenebris uite socialis sedebit iudex ille sapiẽs:an nõ audebit? Sedebit ille plane. Constringit eim eũ ⁊ ad hoc officiũ pertrahit humana societas:quã deserere nefas ducit. Hoc eiꝫ nefas eẽ nõ ducit: q̃ testes inocẽtes in causis torquẽtur alienis: q̃ hi qui arguuntur ui doloris plerũq; superati ⁊ de se falsa cõfessi etiam puniũtur innocentes: cum iam torti fuerint innocentes. Quod ⁊si non morte puniantur: i ipsis ul' ex ipsis tormẽtis plerũq; moriũtur. Quod aliqñ ⁊ ipsi q̃ arguũt humane societati fortasse ne crimina impunita sint ꝑdesse cupientes: ⁊ mentiẽtibus testibus reoq; ipso

contra tormēta durante immanit nec fatente: probare quod obūciūt nō valentes quamuis uera obiecerint: a iudice nesciēte dānātur. Hec tot ⁊ tanta mala deputat esse peccata. Nō eim hec fecit sapiens iudex uoluntate nocendi: sed necessitate nesciendi: ⁊ tamē quia cogit humana societas iudicādi etiam necessitate. Hec ē ergo quā dicimus miseria certe hominis: ⁊ si nō malitia sapientis. An uero necessitate nesciēdi atque iudicandi torquet isontes? punit isontes: ⁊ parū ē illi ꝙ nō ē reus: si nō sit insuper ⁊ beatus? Quāto consideratius ⁊ homie dignius ⁊ hominem agnoscit in ista necessitate eamque miseriam in se odit: ⁊ si pie sapit clamat ad deum: de necessitatib⁹ meis erue me.

De diuersitate linguarū qua societas hominū dirimit: ⁊ de miseria bellorum etiā que iusta dicūtur. c. vij.

Post ciuitatē uel urbem sequit orbis terre: in quo tertium gradum ponūt societatis humane: incipientes a domo atque inde ad urbē: deinde ad orbem terre progrediendo ueniētes. Qui utiq; sicut aquarū cōgeries quāto maior ē tanto periculis plenior. In quo primū linguarū diuersitas hominem alienat ab homie. Nam si duo sibimet iuicem fiāt obuiam: neq; preterire sed simul eē aliqua necessitate cogātur: quoꝝ neuter nouit linguā alteri⁹: facili⁹ sibi animalia muta ēt diuersi generis: ꝙ cū illi sint hoies ambo sociant. Quādo eim que sentiūt iter se cōmunicare nō possunt ꝓpter solam linguarum diuersitatē: nihil ꝓdest ad sociādos homines tāta similitudo nature: ita ut libētius hō sit cum cane suo: ꝙ cū homine aliēo. At eim opera data ē ut imperiosa ciuitas: nō solum iugum uerum etiam linguam suam domitis gentibus per pacem societatis imponeret: per quā nō deesset imo ⁊ abūdaret etiam interpretum copia. Uerum ē. Sed hoc ꝙ multis ⁊ ꝙ grandibus bellis: quanta strage hominum: quāta effusiōe humani sanguinis comparatū ē? Quibus transactis: nō ē tamē eorundem malorū finita miseria. Quāuis eim nō defuerint neque hostes desint extere nationes: cōtra quas semp bella gesta sunt ⁊ gerūtur: tñ etiaꝫ ipsa imperij latitudo peperit peioris generis bella: socialia scilicet atque ciuilia: q̄bus miserabilius quatitur genus humanū: siue cum belligeratur ut aliqñ conquiescāt: siue cum timet ne rursus exurgant. Quorum malorū multas ⁊ multiplices clades: duras ⁊ diras necessitates: si ut dignū ē eloqui uelit: quanq̄ nequaquā sicut res postulat possim: quis erit prolixe disputatiōis modus? Sed sapiens inquiunt iusta bella gesturus ē. Quasi nō se hominē meminit: multo magis dolebit iustorum necessitates sibi extitisse bellorū: quia nisi iusta essent: ei gerēda ñ eēnt. Ac per hoc sapiēti nulla bella essent. Iniquitas eim partis aduerse iusta bella ingerit gerēda sapiēti: q̄ iniqtas homini utiq; ē dolēda quia hominū ē: ⁊ si nulla ex ea belladi necessitas nasceretur. Hec itaq; mala tam magna: tam horrēda: tam seua: quisquis cuꝫ dolore cōsiderat: miseriā necesse ē fateatur. Quisquis autē l' patit ea sine animi dolore uel cogitat: multo utique miserius ideo se putat beatū q̄a ⁊ humanū perdidit sensum.

De amicitia bonorum secura esse nō possit: dū a periculis q̄ in hac vita sunt trepidare necesse ē cap. viij.

Si aūt nō cōtingat quedā ignorantia similis demētie: q̄ tamen

in huius vite misera cōditione sepe p-
tingit:ut credat' ul' amicus eē q̄ ĩimi-
cus ē:ul' ĩimicus q̄ amicus ē: q̄d nos
cōsolat' ĩ hac humana societate erro-
ribus erūniscꝫ plenissima:nisi fides ñ
ficta:ꝛ mutua dilectio verozꝫ bonorū
cꝫ amicorū quos q̄to plures ꝛ ĩ plu-
ribus locis habemus: tāto longi⁹ la-
tiuscꝫ metuimus:ne quid eis cōtigat
mali de tātis malozꝫ aggerib⁹ huius
seculi? Non eim tantummodo soliciti
sumus ne fame:ne bellis: ne morbis:
ne captiuitatib⁹ affligātur:ne in eadē
seruitute talia patiātur:qualia nec co
gitare sufficimus:uerū etiā ubi timor
multo amarior ē:ne in pfidiā malitī-
am:nequitiāq̄ mutentur. Et qñ ista
cōtingūt:tanto utique plura q̄to illi
sunt plures:ꝛ ĩ pluribus locis:ꝛ ĩ no-
stram notitiā proferūtur quibus cor
nostrū flagris uratur:quis potest nisi
qui talia sentit aduertere? Mortuos
q̄ppe mallemus audire:quāuis ꝛ hoc
sine dolore audire nō possem⁹. Quo-
rum eim nos uita ꝓpter amicitie so-
cialis solacia delectabat vnō fieri pōt
ut eorum mors nobis nullā ingerat
mestitudinē? Quā qui prohibet:phi
beat si potest amica colloquia: inter-
dicat amicabilem societatē uel inter-
cidat affectū omnium humanarū ne-
cessitudinum:uinculam mētis ĩmitis
immiti stupore dirūpat:aut sic eis u-
tendnz censeat:ut nulla ex eis animū
dulcedo perfūdat. Quod si fieri nul-
lo modo pōt:etiā hoc quo pacto fu-
turuz ē ut eius nobis amara mors ñ
sit:cuius dulcis ē uita. Hinc ē eim et
luctus quidā in humano corde qua-
si uulnus aut ulcus:cui sanādo adhi-
bentur officiose cōsolationes. Nō eiz
ꝓpterea nō ē quod sanet:qm̄ quanto
ē animus melior: tāto in eo facilius
citiuscꝫ sanatur. Cum igitur etiā de
carissimozꝫ mortibus:maxime quozꝫ
sunt humane societati officia necessa-
ria nūc mitius nūc asperius affligat
uita mortaliū:tñ eos mortuos quos
diligimus:q̄ uel a fide uel a bonis
morib⁹ lapsos:hoc ē in ipsa anima
mortuos audire seu uidere mallem⁹.
Qua ingēti materia malozꝫ plena est
terra:propter quod scriptū ē Nunq̄d
nō tentatio ē uita humana super ter-
tam? Et propter quod ipse dominus
ait:ue mūdo a scandalis. Et iterum.
Quoniam abūdauit inquit iniq̄tas
refrigescet caritas multozꝫ. Ex quo
fit ut bonis amicis mortuis gratule-
mur:ꝛ tamē mors eozꝫ nō cōtristet:
ipsa nos certius cōsoletur: quoniam
malis caruerūt quib⁹ ĩ hac vita etiaz
boni hoies ul' cōteruntur:uel depra-
uantur:ul' in vtrocꝫ periclitātur.

De amicitia angelozꝫ q̄ homini in
hoc mūdo nō pōt eē manifesta ꝓpter
fallaciā demonū:ĩ quos iciderūt qui
m'tos sibi ꝺos colēdos putauerūt.c.ix.

i N societate uero sanctozꝫ āge-
lorum:quā philosophi illi qui
nobis deos eē amicos uoluerūt quar
to cōstituerūt loco:velut ad munduz
veniētes ab orbe terrarū: ut sic quo-
dammodo cōplecterētur ꝛ celū nullo
modo quidē metuimus:ne tales ami-
ci ul' morte nos sua ul' deprauatione
contristēt. Sed quia nobis nō ea qua
homines familiaritate miscentur: qō
etiā ipsum ad erumnas ptinet huius
vite:ꝛ aliquādo sathanas sicut legi-
mus transfigurat se in angelum lucis
ad tentandos eos quos ita uel erudi-
ri opus ē:ul' decipi iustum est:magna
dei misericordia necessaria ē: ne quis-
quam cum bonos angelos amicos se
habere putat:habeat malos demōes
amicos fictos:eoscꝫ tāto nocētiores:
quāto astutiores ac fallaciores patiat'
ĩimicos. Et cui magna dei misericor-
dia ista ē necessaria nisi magne hūane

miſerie:que ignorãtia tãta premtur: ut facile iſtorꝫ ſimulatione fallat. Et illos quidẽ philoſophos ĩ impia ciuitate qui deos ſibi amicos eẽ dixerunt ĩ demones malignos incidiſſe certiſſimũ ẽ:quib⁹ tota ipſa ciuitas ſubdit eternũ cum eis habitura ſupplicium. Ex eorꝫ ꝗppe ſacris uĩ potius ſacrilegijs:quib⁹ eos colendos:⁊ ex ludis immũdiſſimis ubi eorꝫ crimina celebrãtur:quibus eos placãdos putauerunt:eiſdem ipſis auctorib⁹ ⁊ exactoribus taliũ tantorũq; dedecorꝫ: ſatis ab eis ꝗ colãtur apertum eſt.

Qui fructus ſãctis de ſupata hui⁹ uite tentatiõe pariatur.c.x.

ſ Ed neque ſancti ⁊ fideles uni⁹ ueri dei ſummiq; cultores ab eorum fallacijs ⁊ multiformi tẽtatiõe ſecuri ſũt. In hoc eim loco infirmitatis ⁊ diebus malignis etiã iſta ſolicitudo nõ ẽ inutilis:ut illa ſecuritas ubi pax pleniſſima atque certiſſima eſt deſiderio feruẽtiore querat. Ibi erũt eim nature munera:hoc ẽ que nature noſtre ab omniũ naturaruꝫ creatore donãtur:nõ ſolũ bona uerũ etiã ſempiterna:nõ ſolũ in animo qui ſanabit per ſapientiã:uerum etiam ĩ corpore quod reſurrectione renouabitur. Ibi uirtutes nõ contra ulla uitia uel mala quecunque certãtes: ſed habentes uictorie premiũ eternam pacem: quã nullus aduerſarius inquietet. Ipſa ẽ eim beatitudo finalis:ipſa perfectioiſ finis:qui conſumentem finem nõ habet. Hic autem dicimur beati: quãdo pacem habemus:quantulacunq; hic haberi poteſt in vita bona. Sed hec beatitudo illi quam finalem dicimus beatitudini comparata: prorſus miſeria reperitur.

De beatitudie pacis etne ĩ qua ſãctis finis ẽ id ẽ uera pfectio.c.xi.

h Anc ergo pacẽ qualis hic põt eẽ:mortales hoies ĩ reb⁹ mortalibus qñ habemus: ſi viuim⁹ recte bonis eius recte utit virtus: qñ uero eam nõ habemus.etiã malis que hõ patitur bene utitur uirtus. Sed tũc ẽ uera uirtus:quãdo ⁊ omnia bona ꝗbus utitur bene:⁊ quicq̃d ĩ bono uſu bonorꝫ ⁊ maloruꝫ facit: ⁊ ſeipſam ad eum finem refert:ubi nobis talis ⁊ tãta pax erit:qua melior ⁊ maior eẽ nõ poſſit. Quapropter poſſumus dicere fines bonorũ noſtrorum eſſe pacem: ſicut eternam diximus uitam:preſertim quia ipſi ciuitati dei de qua nobis eſt iſta operoſiſſima diſputatio: ĩ ſancto dicitur pſalmo. Lauda hieruſalem dñm:lauda deum tuum ſion. Quoniam confortauit ſeras portarꝫ tuarũ:benedixit filios tuos ĩ te. Qui poſuit fines tuos pacem. Quoniam confirmate fuerũt ſere portarum ei⁹: iam in illam nullus intrabit: nec ab illa ullus exibit. Ac per hoc fines eiuſ eam debemus hic intelligere pacem: quã uolumus demonſtrare finalem. Nam ⁊ ipſius ciuitatis myſticuꝫ nomen id ẽ hieruſalem:quod ut ante iã dixim⁹ uiſio pacis interpretat. Sed qm̃ pacis nomen etiam in his rebus mortalibus frequẽtatur:ubi utiq; nõ ẽ uita eterna:propterea finẽ ciuitatis huius ubi erit eius ſummũ bonum eternam uitam maluimus cõmẽorare ꝗ pacẽ. De quo fine apls ait. Nũc uero a peccato liberati:ſui aũt facti: deo habetis fructum veſtrum in ſanctificationem:finem uero vitam eternam. Sed rurſus quia vita eterna ab eis qui familiaritatem nõ habent cũ ſcripturis ſanctis:poteſt etiam accipi malorum uita: uel etiam ſecundum quoſdam philoſophos propter anime immortalitatem:uel etiã ſecundũ

fidem nostrā ꝓpter penas interminabiles impiorꝫ: qui utiq; ineternū cruciari nō poterūt: nisi etiam uixerint ineternū: profecto finis ciuitatis huiꝰ in quo summū bonum habebit: uel pax in uita eterna: uel uita eterna in pace dicēdus ē: ut ab omnibus faciliꝰ possit itelligi. Tantum ē enim pacis bonū: ut etiam in rebus terrenis atq; mortalibꝰ nihil gratiꝰ soleat audiri: nihil desiderabilius concupisci: nihil postremo possit melius inueniri. De quo si aliquāto diutius loqui uoluerimus: nō erimus qunatum arbitror onerosi legētibus: ⁊ propter finē ciuitatis huius de qua nobis sermo ē: et ꝓpter ipsam dulcedinē pacis que omnibus est cara.

Quod ēt bellantiū seuitia ōnesq; hoīum inquietudines ad pacis finem cupiāt peruenire sine cuius appetitu nulla natura sit. c. xij.

q Uod eim quisq; mecū res humanas naturāq; cōmunē utcū que intuet: agnoscit. Sicut eim nemo ē qui gaudere nolit: ita nemo ē q̄ pacem habere nolit. Quandoquidem ⁊ ipsi qui bella uolunt nihil aliud q̄ uincere uolūt: ad gloriosaz ergo pacē bellando cupiūt peruenire. Nam q̄d aliud ē uictoria: nisi subiectio repugnantium? Quod cum fuerit pax erit. Pacis ergo intētione geruntur bella ab his etiam qui uirtutem bellicam student exercere imperādo atq; pugnando. Unde pacem constat belli esse optabilem finem. Omnis eniz homo etiam belligerando pacem requirit: nemo autem bellum pacificādo. Naz ⁊ illi qui pacem in qua sunt perturbari uolūt: nō pacem oderūt: sed eā pro arbitrio suo cupiunt cōmutari. Non ergo ut sit pax nolūt: sed ut ea sit quā uolunt. Deniq; ⁊si per seditionem se ab alīs separauerint: cū eis ipsis cōspiratis uł coniuratis suis nisi qualēcūq; pacis speciē teneāt: nō efficiūt q̄ intendunt. Proinde latrones ipsi ut uehemētius ⁊ tutius infesti sint paci ceterorū: pacem uolunt habere sociorum. Sed ⁊si unus sit tam prepollēi uiribus ⁊ conscios ita cauens ut nulli socio se cōmittat: soluſq; insidians ⁊ preualens quibus potuerit oppressis ⁊ extinctis predas agat cum eis certe quos occidere nō potest: ⁊ quos uult latere quod facit: qualencunque umbram pacis tenet. In domo autē sua cū uxore cum filīs ⁊ si quos alios illic habet studet profecto eē pacatus: eis quippe ad nutū obtemperātibus sine dubio delectatur. Nam ⁊si non fiat idignat: corripit: uidicat: ⁊ domꝰ sue pacē si ita necesse sit etiam seuiendo cōponit: quam sentit eē nō posse: nisi cuidam principio quod ipse i domo sua est: cetera in eadem domestica societate subiecta sint: ideoq; si offerretur ei seruitus pluriū: uel ciuitatis uel gentis: ita ut sic ei seruirēt quēadmodum sibi domi sue seruire uolebat: nō se iam latronem latebris cōderet: sed regem conspicuū sublunaret: cum eadem in illo cupiditas ⁊ malitia permaneret. Pacē itaque cū suis omnes habere cupiūt: quos ad suum arbitrium uolūt viuere. Nam ⁊ cum quibus bellum gerunt: suos facere si possunt uolūt: eisque subiectis leges sue pacis imponere. Sed faciamus aliquem qualem canit poetica ⁊ fabulosa narratio. Quem fortasse ꝓpter ipsam insociabilē feritatem semihominem q̄ hominez dicere maluerūt. Quāuis ergo huius regnuz dire spelunce fuerit solitudo: tāq; malitia fuerit singularis: vt ex hac ei nomen sit inuentū: nam malus grece cacos dicitur: quod ille uocabatur ut nulla cōiunx ei blāde ferret referretq; ſmonē

nullis filijs uł alluderet paruulis:uel grādiusculis imperaret: nullo amici colloquio frueret:nec uulcani patris: quo uł huic tantū nō parum felicior fuit:quia tale monstrū ipse nō genuit:nihil cuiq; daret: sed a quo posset quicquid uellet ⁊ quantum ⁊ quādo posset:⁊ quantum uellet auferret. Tamen in ipsa sua spelunca solitaria:cuius ut describitur semper recēti cede tepebat humus:nihil aliud q̄ pacem uolebat in qua nemo illi molestus eēt nec eius quietē uis ullius terrorque turbaret. Cum corpore suo denique pacem habere cupiebat:⁊ quantū habebat:tantū illi bene erat. Quādoq; dem mēbris obtemperātibus ipcrabat:⁊ ut suā mortalitatē aduersuz se ex indigētia rebellātem: ac seditionez famis ad dissoluendā atq; excludēdā de corpore animā concitantē:quanta posset festinatione pacaret: rapiebat: necabat:uorabat:⁊ quāuis immanis ac ferus paci tamē sue uite ac salutis imaniter ac ferociter cōsulebat. Ac p hoc si pacem quā in sua spelūca atq; in seipso habere satagebat:cum alijs etiam habere uellet:nec malꝰ:nec mōstrum:nec semihomo uocaret. Aut si eius corporis forma ⁊ atrorū igniuz uomitus ab eo deterrebat hominum societatē:forte nō nocēdi cupiditate sz uiuēdi necessitate seuiebat. Uerum iste nō fuerit:uł quod magis credēdū ē talis nō fuerit:qualis uanitate poetica describit. Nisi eim nimis accusaret cacus:parū hercules laudaretur. Talis ergo hō siue semihomo melꝰ ut diri credit nō fuisse:sic mala figmēta poetarū. Ipse eiz fere seuissime vñ ille partē habuit feritatis: nā ⁊ semiferus dictus ē:genus ꝓpriū quadam pace custodiūt coeundo:gignēdo: pariendo:fetus fouēdo atq; nutriendo: cum sint plereq; insociabiles ⁊ soliuage. Non scilicet ut oues:cerui: colūbe sturni:apes:sed ut leones:uulpes:aq; le:noctue. Que eim tigris nō filijs suis mitis immurmurat:⁊ pacata feritate blanditur? Quis miluus quantumlibet solitarius rapinis circumuolet:nō coniugiū copulat:nidū congerit:oua confouet:pullos alit:⁊ quasi cū sua matrefamilias societatez domesticam quanta potest pace cōfuat? Quanto magis homo fertur quodā modo nature sue legibus ad ineundā societatem pacemq; cum hominibus quantum in ipso est omnibus obtinendam:cum etiam mali pro pace suorum belligerent: omnesque si possēt suos facere uelint:ut uni cuncti ⁊ cūcta deseruiant:quo pacto nisi ut in eis pacem uel amando uel timendo consentiant? Sic enim superbia peruerse deum imitatur. Deum nanq; odit:cū suis socijs nō equalitatem sub illo: sz imponere uult socijs dominationem suā pro illo. Odit ergo iustam pacez dei:⁊ amat iniquā pacez suā. Non amare tamē qualencūq; pacem nullomodo potest. Nullū ꝓpe uitium ita contra naturā ē:q̄ ut nature deleat etiā extrema uestigia. Itaq; pacē iniquorum in pacis cōparatione iustorum:ille uidet nec pacem esse dicendā qui nouit p̄ponere recta prauis ⁊ ordinata peruersis. Quod aūt etiam est peruersū:hoc necesse ē ut in aliqua et ex aliqua ⁊ cum aliqua rerum parte pacatum sit:in quibꝰ ē uel ex quibus cōstat. Alioquin nihil esset omnino. Uelut si quispiā capite deorsum pendeat:peruersus ē utique situs corpōis ⁊ ordo mēbrorum:quia id qō desup esse natura postulat:subtus est: ⁊ qō illa subter uult esse desuper factum ē. Conturbabit carnis pacem ista peruersitas:⁊ ideo est molesta. Uerumtamen anima corpori suo pacata est: et pro eius salute satagit:⁊ ideo ē q̄ doleat. Que si molestijs eius exclusa

dissesserit: q̃ diu manet cõpago membrorum nõ ẽ sine quadã partiũ pace quod remanet. Et ideo adhuc est qui pẽdeat: ⁊ q̃ terrenum corpus ĩ terraꝫ nititur: ⁊ uinculo quo suspensum est renititur: in sue pacis ordinẽ tendit: ⁊ locum que requiescat quodãmodo ponderis uoce poscit: iamque examine sine ullo sensu: a pace tamen naturali sue ordinis nõ recedit: ul cũ tenet eam: uel cum fertur ad eã. Si eim adhibeantur medicamẽta atq̃ curatio: que formã cadaueris dissolui dilabiq̃ nõ sinat: adhuc pax quedã partes partibus iũgit: totamq̃ moleꝫ applicat terreno ⁊ conuenienti: ac per hoc loco pacato. Si autem nulla adhibetur cura condiẽdi: sꝫ natuarali cursu relinquat: tandiu quasi tumulatur dissidẽtibus exhalationibus: ⁊ nostro incõuenientibus sensu: id eim ẽ qõ in putore sentit: donec mũdi conueniat elemẽtis: ⁊ in eorum pacem particulatim paulatiꝫq̃ discedat. Nullo mõ tamẽ inde aliquid legib⁹ summi illi⁹ creatoris ordinatorisq̃ subtrahitur: a quo pax uniuersitatis administratur. Quia ⁊ si de cadauere maioris animantis aialia minuta nascãtur: eadẽ lege creatoris queq̃ corpuscula ĩ salutis pace suis animalib⁹ seruiũt. Et si mortuoꝝ carnes ab alijs aialib⁹ deuorentur: easdẽ leges p cũcta diffusas ad salutẽ generis cuiusq̃ mortalium cõgrua cõgruis pacificãtes: quaquauersum trahãtur: ⁊ rebus quibuscũque iũgãtur: ⁊ in res quaslibet cõuertantur ⁊ cõmutẽtur inueniũt.

De pace uniuersali: q̃ iter quaslibꝫ pturbatiões p̃uari ñ põt lege natẽ: dũ sb̃ iusto iudice ad id q̃sq̃ puẽit ordinatione: qõ meruit uolũtate. c. xiij.

p Ax itaq̃ corporis ẽ ordinata tẽperatura partiũ. Pax aie irrationalis ordinata req̃es appetitionũ. Pax aie rationalis ordinata cognitionis actiõisq̃ cõsensio. Pax corporis ⁊ aie: ordinata uita ⁊ salus animantis. Pax hois mortalis ẽ dei immortalis ordinata ĩ fide sub eterna lege obediẽtia. Pax hominũ ordinata cõcordia. Pax domus ordinata imperãdi atq̃ obediẽdi cõcordia cohabitantiũ. Pax ciuitatis ordinata ĩperandi obediẽdiq̃ ꝓcordia ciuiũ. Pax celestis ciuitatis ordinatissima ⁊ concordissia societas fruẽdi deo ⁊ iuiceꝫ uidẽdi deũ. Pax õium rerũ trãquillitas ordinis. Ordo ẽ pariũ dispariuꝫ que rerũ sua cuiq̃ loca distribuens dispositio. Proinde miseri in quantũ miseri utiq̃ ĩ pace nõ sũt. Trãquillitate quidẽ ordinis carẽt: ubi pturbatio nulla ẽ. Uerũtamẽ quia merito iusteque miseri sũt: in ea quoque ipsa sua miseria preter ordinẽ esse nõ possunt nõ quidem coniũcti beatis: sed ab eis tamen ordinis lege seiuncti. Qui cuꝫ sine perturbatione nõ sint: rebus quibus sunt quãtacũq̃ congruentia coaptant. Ac per hoc ẽ in eis ordinis ñ nulla trãquillitas: inẽ ergo nonnulla pax. Uerũ ideo miseri sũt: quia ⁊ si in aliqua securitate nõ dolent: nõ tamen ibi sunt ubi securi esse ac dolere ñ debeant. Miseriores autem si pax eis cũ ipsa lege nõ est: qua naturalis ordo administratur. Cum aũt dolẽt ex qua parte dolent pacis pturbatio fẽa ẽ: nulla uero adhuc pax ẽ in qua nec dolor urit: nec cõpago ipsa dissoluit. Sicut ergo ẽ quedam uita sine dolore: dolor autẽ sine aliqua uita esse nõ potest: sic ẽ quedam pax sine ullo bello: bellum uero sine aliqua pace esse non potest: non secunduꝫ id quod bellum est: sed secundum id quod ab eis uel in eis geritur: que alique nature sunt: quod nullo modo essent si non qualicũq̃ pace subsisterẽt. Quapropt

natura ē i qua nullū malū ē:uel etiaz in qua nullū malū esse pōt. Esse autē natura in qua nullū bonū sit nō pōt. Proinde nec ipsius diaboli natura i quantū natura ē malum ē:sed peruersitas eam malam facit. Itaqz in ueritate nō stetit:sed ueritatis iudiciuz nō euasit. Quia in ordinis tranquillitate nō mansit:nec ideo tamē a potestate ordinatoris effugit. Bonum dei qd illi est in natura non eum subtrahit iusticie dei:qua ordinatur i pena: nec ibi deus insequitur bonū quod creauit:sed malum quod ille commisit. Neqz enim totū aufert quod nature dedit:sed aliquid adimit: aliquid relinquit:ut sit q̄ doleat q̄ adimit:ꝛ ipe dolor testimoniū ē boni adempti: et boni relecti. Nisi enim bonū relictum esset:bonum amissum dolere nō posset. Nam qui peccat peior ē si letatur in damno equitatis. Qui uero cruciatur:si inde nihil boni acquirat:dolet damnū salutis. Et quoniam equitas ac salus utrunqz bonum ē:bonique amissione dolendum ē potius q̄ letandum:si tamē nō sit cōpensatio melioris. Melior ē autem animi equitas q̄ corporis sanitas. Profecto cōueniētius iniustus dolet in supplicio q̄ letatus est in delicto. Sic ergo letitia deserti boni in peccato testis ē uoluntatis male:ita dolor amissi boni in supplicio:testis ē bone nature. Qui enim dolet amissam nature sue pacez: ex aliquibus reliquijs pacis id dolet: quibus fit ut natura sibi amica sit. Hoc autem in extremo supplicio recte fit ut iiqui ꝛ impij naturaliū bonorum damna i cruciatib⁹ defluāt sētientes eorū ablatorē iustissimū deū: quem cōtēpserūt benignissimū largitorem. Deus ergo naturarū omniuz sapientissimus cōditor ꝛ iustissimus ordinator: qui terrenoꝝ ornamētoꝝ maximū instituit mortale genus humanum:dedit hominibus quedā bona huic uite cōgrua:id ē pacē tēporalem pro modulo mortalis uite: i ipsa salute ꝛ icolumitate ac societate sui generis:ꝛ queque huic paci uł tuēde uł recuperāde sunt necessaria sicut ea q̄ apte ac cōueniēter adiacent sensibus: lux ista uisibilis:aure spirabiles:aque potabiles:ꝛ quicquid ad alendum uł tegendum: curandum:ordinandumque corpus congruit:eo pacto equissimo:ut quicunqz mortalis bonis talibus paci mortalium accommodatis recte usus fuerit:accipiat ampliora atqz meliora:ipsam scilicet immortalitatis pacem:eiqz conuenientē gloriam ꝛ honorē in uitā eternā: ad fruendum deo ꝛ proximo in deo. Qui autem perperam id ē iniuste: nec illa accipiat ꝛ hec amittat.

De ordine ac lege siue terrena siue celesti:p quā societati humane etiam dñando cōsulitur ꝛ consulendo seruitur.c.xiiij.

o Omnis igitur usus rerū tēporalium refertur ad fructū terrene pacis i ciuitate terrena:i celesti aūt ciuitate refertur ad fructū pacis eterne. Quapropter si irrationabilia essemus animātia:nihil appeteremꝰ pter ordinatam temperaturā partiū corporis:ꝛ requiem appetitionis. Nihil igitur preter quietē carnis ꝛ copiam uoluptatū:ut pars corporis pdesset paci anime. Si eim desit pax corpōis: impeditur etiā rationalis pax anime quia requiem appetitionū cōsequi ñ potest. Utrūque autem simul eiꝰ paci prodest:quam inter se habent anima ꝛ corpus:id est ordinate uite ac salutis. Sicut enim pacem corporis amare se ostendunt animantia cuz fugiūt dolorem:ꝛ pacem anime cū propter explendas indigentias appetitionem

uoluptatū cōsequūtur:ita mortē fugiendo satis indicāt quātū diligāt pacem:qua sibi cōciliātur aia ⁊ corpus. Sed q̄a homini rationalis aia inest: totū hoc q̄ habet cōmune cū bestijs: subdit paci anime rationalis ut mēte aliquid contēpletur:⁊ secundum hoc aliquid agat ut sit ei ordinata cognitionis actionisq̄ cōsensio:quā pacem rationalis anime dixeramus. Ad hoc enim uelle debet nec dolere molestari: nec desiderio perturbari: nec morte dissolui:ut aliquid utile cognoscat: ⁊ secūdū eam cognitionē uitā moresq̄ cōponat. Sed ne ipso cognitionis studio propter humane mentis ifirmitatem in pestē alicuius erroris incurrat:op' habet magisterio diuino cui certius obtemperet:⁊ adiutorio ut liber obtēperet. Et quoniam q̄diu ē in corpore mortali isto: peregrinatur a dño:per fidem ambulat nō per speciem:ac per hoc omnē pacem uel corporis uel animi: uel simul corporis ⁊ anime refert ad illam pacem: que homini mortali ē cū deo immortali: ut ei sit ordinata ī fide sub eterna lege obediētia. Jaz uero q̄ duo p̄cipua precepta hoc ē dilectionē dei ⁊ dilectionem p̄rimi docet magister deus:in quibus homo tria iuenit que diligat deū:seipsum:⁊ proximū:atq̄ ille ī se diligēdo nō ērat qui deū diligit: cōsequens ē ut etiam proximo ad diligēdum deum cōsulat:quem iubet' sicut seipsum diligere. Sic uxori: sic filijs: sic domesticis:sic ceteris hominibus quibus potuerit:⁊ hoc sibi a proximo si forte indiget consuli uelit. Ac p hoc pacatus erit quantū in ipso ē oī homini:pace hominū id est ordinata concordia:cuius ordo hic ē. Primuz ut nulli noceat. Deinde etiā ut prosit cui poterit. Primitus ergo inest ei suorum cura:ad eos quippe habet opportuniorē faciliorēq̄ aditū cōsulēdi uel ordine nature:uel ipsius societatis humane. Unde aplus ait. Quisquis aūt suis ⁊ maxie domesticis nō p̄uidet:fidem denegat:⁊ ē ifideli deterior. Hinc itaq̄ etiā pax domestica oritur: id ē ordinata imperandi obediendiq̄ concordia cohabitantiū. Imperāt eiz qui consulunt:sicut uir uxori: parentes filijs:⁊ dñi seruis: Obediunt autē quibus consulitur sicut mulieres maritis:filij parentibus: serui dominis: sed ī domo iusti uiuentis ex fide:⁊ ad huc ab illa celesti ciuitate peregrinantis:etiam qui imperant seruiūt eis q̄bus imperare uidētur. Neq̄ eim dominandi cupiditate imperāt:sed officio cōsulendi:neq̄ pricipādi supbia: sed prouidēdi misericordia.

De libertate naturali: ⁊ ō seruitute cui' pria cā peccatū ē:q̄ hō male uoluntatis ēt si nō ē mācipiū alteri' hominis:seruus ē p̄prie libidis.c.xv.

h Hoc naturalis ordo p̄scribit. Jta deus hoiem cōdidit. Nam dominet' inq̄t pisciū maris: ⁊ uolatiliū celi:⁊ omniū repentiū que repunt super terrā. Rationalē factū ad imaginem suā noluit nisi irrationalibus dominari:nō hoiem homini: sed hominem pecori. Inde primi iusti pastores pecorū magis q̄ reges hoium cōstituti sūt:ut deus etiā sic insinuaret quid postulet ordo creaturarū: ⁊ q̄d exigat meritū peccatorū. Conditio q̄ppe seruitutis iure ītelligitur imposita peccatori. Proinde nusq̄ scripturarū legimus seruū:anteq̄ hoc uocabulo noe iustus peccatum filij uindicaret. Nomē itaq̄ istud culpa meruit: non natura. Origo aūt uocabuli seruorū ī latina lingua inde credit' ducta:q̄ hi q̄ iure belli possent occidi a uictorib' cum seruabātur serui fiebant a seruādo appellati:quod ipsum etiam sine

peccati merito nõ ē. Nam ⁊ cũ iustuʒ geritur bellum: ꝑ peccato econtrario dimicat: ⁊ omnis uictoria cum malis etiaʒ prouenit: diuino iudicio uictos humiliat uł emendãs peccata uł puniens. Testis ē homo dei daniel cũ in captiuitate positus peccata sua ⁊ peccata ppłi sui cõfitebatur deo: ⁊ hanc esse cãm illius captiuitatis pio dolẽ testat. Prima ergo seruitutis causa peccatũ ē: ut hõ homini cõditiõis uiculo subderet: qõ nõ fit nisi deo iudicante: apud quẽ nõ ē iniquitas: ⁊ nouit diuersas penas meritis distribuẽ delinquentiũ. Sicut autem dñs supnus dicit. Omnis qui facit peccatum seruus est peccati: ac per hoc multi quidem religiosi dominis iniquis nõ tamen liberis seruiũt: a quo enim ꝗs deuictus ē: huic ⁊ seruus additus est. Et utiqʒ felicius seruitur homini q̃ libidini: cum seuissimo dominatu uastet corda mortaliũ: ut alias omittaʒ libido ipsa dominandi. Hominibus autem illo pacis ordine: quo alũ ſ alũ subiecti sunt: sicut prodest humilitas seruiẽtibus: ita nocet superbia dominantibus. Nullus aũt natura in qua deus prius hominem condidit: seruus ē hominis aut peccati. Uerum ⁊ penalis seruitus ea lege ordinatur: qua naturalem ordinem conseruari iubet: perturbari uetat. Quia si contra eam legem factum nõ esset: nihil esset penali seruitute coercendum. Iõ qʒ apłus monet seruos subditos esse dñis suis: ⁊ ex aio eis cũ bona uolũtate fuire: ut scilicet si nõ pñt a dñis liberi fieri: suam seruitutẽ ipsi quodãmodo liberã faciant non timore sub dolo sed seruiẽdo dilectiõe fideli: donec trãseat iniquitas ⁊ euacuetõnis principatus ⁊ potestas humana: ⁊ sit deus omnia in omnibus.

De equo iure dominandi. c. xvi.

q Uocirca etiã si habuerũt seruos iusti pies nostri: sic quidem administrabãt domesticã pacẽ: ut fm hec tẽporalia bona filiorum sortem a seruorꝫ cõditione distinguerẽt: ad deum autem colendum in quo eterna bona sperãda sunt: õibus domus sue mẽbris pari dilectione cõsulerẽt. Qõ naturalis ordo ita ꝑscribit: ut nomẽ patrunfamilias hinc exortum sit: ⁊ tam late uulgatuʒ ut inique etiã dominãtes hoc gaudeãt appellari. Qui aũt ueri patresfamilias sũt: õibus in familia sua tanq̃ filij ad colendum ⁊ promerendũ deum consulunt: desiderantes atqʒ optantes uenire ad celestem domũ: ubi necessariũ nõ sit imperandi officium mortalibus: quia ñ necessarium erit officium consulendi iam ī illa īmortalitate felicibus. Quo donec ueniatur: magis debent patres q̃ dominantur q̃ serui tolerare q̃ seruiunt. Si quis autem in domo per ī obedientiam domestice aduersatur paci: corripiatur uerbo seu uerbere: seu quolibet alio genere pene iusto atqʒ licito: quantum societas humana concedit: pro eius qui corripit utilitate: ut paci unde dissilierat coaptet. Sicut eim nõ ē beneficentie adiuuãdo efficere ut bonum quod maius ē amittatur: ita nõ ē innocẽtie parcẽdo sinere ut in malum grauius incidat. Pertinet ergo ad inocentis officium nõ solum nemini malum inferre: uerꝫ etiam cohibere a peccato uel punire peccatum: ut aut ipse qui plectit cõrigatur experimento: aut alij terreãtur exemplo: Quia igitur omnis domus initium siue particula debet esse ciuitatis: omne aũt initium ad aliquem sui generis finem: ⁊ omnis pars ad uniuersi cuius pars ē integritatem refertur: satis apparet esse consequens: ut ad pacem ciuicam pax domestica referatur: id est ordinata imperandi

obediendiq; cōcordia cohabitantiuz: referatur ad ordinatam imperandi o bediendiq; concordiam ciuium. Ita fit:ut ex lege ciuitatis precepta sumē patrēfamilias oporteat:quibus suaz domum sic regat:ut sit paci accommodata ciuitatis.

Unde celestis societas cū trena ciuitate pacē hēat ⁊ vñ discōdiā.c.xvij.

Sed domus hominū qui nō uiuunt ex fide:pacem terrenā ex huius tēporalis uite rebus cōmodisque sectatur. Domus ergo hominuz ex fide uiuentiū expectat ea que i futurum eterna promissa sūt:terrenisq; rebus ac tēporalibus tanq; peregrina utitur:nō quibus capiatur ⁊ auertat quo tendit in deū:sed quibus sustentetur ad facilius tolerāda minimeq; agenda onera corporis corruptibilis quod aggrauat animā. Iccirco reruz uite huic mortali necessariarū: utrisque hominibus fidelibus ⁊ infidelibus ⁊ utriq; domui cōmunis ē usus: sed finis utēdi cuiq; suus ꝓpri⁹: multūq; diuersus. Ita etiā terrena ciuitas q̄ nō uiuit ex fide:terrenā pacē appetit:in eoq; defigit imperādi obediēdique cōcordiā ciuiū:ut eis sit de rebus ad mortalē uitā ptinētib⁹:humanarū quedā cōpositio uolūtatum. Ciuitas autem celestis uł potius pars eius: q̄ in hac peregrinatur mortalitate ⁊ uiuit ex fide:etiam ista pace necesse est utat:donec ipsa cui talis pax necessaria mortalitas trāseat. Ac ꝑ hoc dum apud terrenā ciuitatē ueluti captiuā uitā sue pegrinationis agit:iā promissione redēptionis ⁊ spirituali dono tanquā pignore accepto:legibus terrene ciuitatis quibus hec amministrantur q̄ sustētāde mortali uite accōmodata sūt obtemperare nō dubitat. Ut quoniam cōmunis est ipsa mortalitas:seruetur in rebus ad eā pertinentibus it ciuitatē utrāq; concordia. Uerū quia terrena ciuitas habuit quosdam suos sapientes:quos diuina īprobat disciplina:qui uel suspicati uel decepti a d̄monib⁹:crederēt multos deos concilandos esse rebus humanis:atq; eorū diuersa quodāmō officia diuersa subdita ptinere ad alium corpus:ad aliū animū Inque ipso corpore ad aliū caput ad alium ceruicē:⁊ cetera singula ad singulos. Similiter i animo ad alium īgenium:ad alium doctrinā:ad alium iram:ad alium concupiscētiā: inque ipsis ĩbus uite adiacētibus: ad alium pecus:ad alium triticum:ad alium uinū.ad alium oleum:ad alium siluas:ad alium nummos:ad aliū nauigationē:ad alium bella atq; uictorias:ad alium coniugia:ad alium ptuz ac fecunditatez:⁊ ad alios alia cetera. Celestis autem ciuitas unum deuz solū colendum nosset: eiq; tantūmodo seruiendum seruitute illa que grece latria dicitur:⁊ non nisi deo debetur: fideli pietate censeret:factum est ut religionis leges cum eterna ciuitate non posset habere communes: proq; his ab ea dissentire haberet necesse atque oneri esse diuersa sentiētibus: eorūq; iras ⁊ odia ⁊ persecutionum impetus sustinere:nisi cum animos aduersantium aliquando terrore sue multitudinis:et semper diuino adiutorio ꝓpulsaret. Hec ergo celestis ciuitas cū pegrinatur in terra:ex omnibus gētib⁹ ciues euocat:atq; in omnibus linguis peregrinā colligit societatem: non curans quicquid in moribus legibus: istitutisq; diuersum est:quibus pax terrena uel conquiritur uel tenetur nihil eorum rescindens nec destruens: imo etiam seruans ac sequens: quod lz diuersum sit in diuersis nationibus:ad unum tamen eundemq; finem terrene pacis intenditur:si religionem qua

unus ſummus ⁊ uerus deus colēdus docetur ñ ipedit. Utitur ergo etiā celeſtis ciuitas in hac ſua peregrinatiōe pace terrena: ⁊ de rebus ad mortalez hominis naturam pertinētibus hūanarum uolūtatum cōpoſitionē ꝓtū ſalua pietate ac religione cōceditur: tuetur atq; appetit: eamque terrenaz pacem refert ad celeſtem pacem: que uere ita pax ē: ut rationalis duntaxat creature ſola pax habenda atque dicenda ſit ordinatiſſima ſcilicet atque cōcordiſſima ſocietas fruēdi deo: ⁊ in uicem in deo: quo cū uentū fuerit nō erit uita mortalis: ſed plane certeque uitalis nec corpus aiale quod dū corrūpitur aggrauat animā: ſz ſpuale ſine ulla indigētia ex ōni parte ſubditū uolūtati. Hanc pacē dum peregrinat i fide habet atque ex hac fide iuſte uiuit: cū ad illā pacem adipiſcendā ferfert q̄cquid bonarū actionū gerit erga deum ⁊ proximū: quoniā uita ciuitatis utique ſocialis ē.

Quā diuerſa ſit acadēie noua ābiguitas a ꝓſtātia fidei chriſtiāe. c. xvij.

q Uod aūt attinet ad illam dīaz quam de academicis nouiſ uarro adhibuit: quib⁹ ſunt incerta ōnia ōnino ciuitas dei talē dubitationem tanq̄ dementiā deteſtatur habens de rebus quas mente ac ratione cōprehendit: etiā ſi paruam ꝓpter corpus corruptibile quod aggrauat animaz: quoniā ſicut dicit apl'us ex parte ſcimus: tamē certiſſimā ſciētiā: creditq; ſenſibus in rei cuiuſque euidētia quibus p corpus anim⁹ utitur: quoniam miſerabilius fallit' qui nūq̄ eis putat eſſe credendū: credit etiā ſanctis ſcripturis ⁊ ueteribus ⁊ nouis quas canonicas appellamus: vnde fides ipſa cōcepta ē: ex qua iuſtus viuit: p quā ſine dubitatione ambulam⁹ quādiu peregrinamur a dño: qua ſalua atq; certa de quibuſdā rebus quas neque ſenſu neque ratione pcipimus: neque nobiſ p ſcripturā canonicā claruerūt: nec p teſtes quibus nō credere abſurdum ē in nīam notitiā peruenerūt: ſine iuſta reprehenſione dubitamus.

De habitu ⁊ moribus ppli chriſtiani. c. xix.

n Nihil ſane ad iſtam ptinet ciuitatem: quo habitu uel more uiuendi ſi nō ē cōtra diuina p̄cepta: iſtā fidem qua puenit' ad deū quiſq; ſectetur vnde ipſos quoque philoſophos quādo fiūt chriſtiani: nō habitum ul' cōſuetudinē uictus que nihil impedit religionē: ſed falſa dogmata pmutare compellit. Unde illam quā varro adhibuit ex cynicis differētiam: ſi nihil turpiter atque intēperāter agat: ōino nō curat. Ex tribus uero uite illi⁹ generibus: ocioſo: actuoſo: ⁊ ex utroq; compoſito: quāuis ſalua fide q̄ſque poſſit i quolibet vitam eoz ducere: ⁊ ad ſempiterna premia puenire: interē tamē q̄d amore teneat ueritatis: quid officio caritatis impēdat. Nec ſic q̄ſque debet eē ocioſus: ut in codē ocio utilitatē nō cogitet proximi: nec ſic actuoſus: ut contēplationē nō requirat dei. In ocio nō iners uacatio delectaī debet: ſed aut inq̄ſitio aut inuētio ueritatis: vt i ea q̄ſque pficiat ⁊ quod inuenerit teneat ⁊ alteri nō inuideat. In actione vero nō amādus ⁊ honor in hac vita: ſiue potētia: quoniā omnia vana ſub ſole: ſed opus ipſum quod per eundem honorē ul' potentiā fit: ſi recte atque vtilit' fit: id ē ut ad eaz ſalutem ualeat ſubditorū que ſecundū deum ē: vnde iam ſuperius diſputauimus. Propt' quod ait apl'us. Epiſcopatum qui deſiderat bonum opus deſiderat. Exponere uoluit quid ſit

episcopatus:quia nomē ē operis non honoris. Grecū est eim atq; inde ductū uocabulum:qō ille qui preficitur superintēdit curā scilicet eorū gerens. Epi q̄ppe super:scopos vero itētio ē. Ergo episcopin grece latine superintēdere possumus dicere:ut itelligat nō se episcopū:q̄ preesse dilexerit nō prodesse. Itaq; a studio cognoscēde veritatis nemo prohibet:qō ad laudabile ptinet ociū. Locus vero superior sine quo ppl'us regi non potest:⁊ si ita teneatur atque administret ut decet: tamē indecēter appetitur. Quāobrez ociū sanctū querit caritas ueritatis: negociū iustū suscipit necessitas caritatis. Quam sarcinā si nullus ipōit: percipiēde atque intuēde uacandū est ueritati. Si aūt iponit: suscipienda ē ppter caritatis necessitatē. Sz nec sic omni mō veritatis delectatio deserēda ē:ne subtrahat illa suauitas ⁊ opprimat ista necessitas.

Quod ciues sanctorū i huius vite tpe spe beati sint.c.xx.

q Uamobrem summū bonū ciuitatis dei cum pax sit eterna atque pfecta nō p quā mortales transeant nascēdo atque moriēdo: sed in qua immortales maneāt nihil aduersi ōimodo patiēdo q̄s ē qui illam uitā uel beatissimā neget:uel i eius cōparatione istam que hic agit quātislibet animi ⁊ corporis externarūq; rerum bonis plena sit:nō miserimā iudicet? Quā tñ quicūque sic habet: ut eius usum referat ad illius finē quem diligit ardētissime ac fidelissime sperat: nō absurde dici etiā nunc beatus pōt: spe illa potius q̄ re ista. Res uero ista sine spe illa:beatitudo falsa ⁊ magna miseria ē. Non eim ueris animi bonis utitur:quoniā nō ē sapiētia uera:que intentionē suā in his que prudenter discernit:gerit fortiter: cohibet tēperanter:iusteq; distribuit:nō in illū finē dirigit ubi deus erit ōia in ōibus eternitate certa atq; pace perfecta.

An fm diffinitiōes scipionis q̄ in dialogo ciceronis sāt:unq̄ fuerit romana resp.c.xxi.

q Uapropter nūc ē loc' ut q̄potero breuiter ac dilucide expediam:qō i secūdo libro huius operis me demonstraturū eē pmisi: secūduz diffinitiones quib' apud ciceronē utitur scipio in libris de republica: nūq̄ rempublicā fuisse romanā. Breuiter eim rempublicā diffinit eē rem ppl'i. Que diffinitio si uera ē:nunq̄ fuit romana respub.quia nūquā fuit res populi quā diffinitionē uoluit eē reipu. Populū eim eē diffinit cetū multitudinis iuris cōsensu ⁊ utilitatis cōmunione sociatū. Quid aūt dicat iuris cōsensum:disputādo explicat:per hoc ostendēs geri sine iustitia rempublicā nō posse. Ubi ergo iustitia uera nō ē: nec ius pōt esse. Quod eim iure fit pfecto iuste fit. Quod aūt fit iuste: nec iure fieri pōt. Non eim iura dicenda sunt u' putāda iniqua hominū cōstituta:cū illud etiā ipsi ius esse dicant: quod de iustitie fonte manauerit: falsumq; eē quod a quibusdam nō recte sentiētibus dici solet:id eē ius quod ei qui plus pōt utile ē. Quocirca ubi ñ ē uera iustitia:iuris cōsensu sociatus cetus hominū nō pōt esse: ⁊ ideo nec ppl'us iuxta illā scipionis diffinitionē u' ciceronis. Et si nō ppl's nec res populi:sed qualiscūq; multitudinis que ppl'i nomine digna nō ē:ac per hoc si respublica res ē ppl'i:⁊ ppl'us nō ē q̄ cōsensu nō sociatus ē iuris:nō ē autē ius ubi nulla ē iustitia:pculdubio colligitur:ubi iustitia nō ē nō eē rēpublicam. Justitia porro ea uirtus ē: q̄ suā

cuiq; distribuit. Que igitur iustitia ē hominis? q ipsū hominē de uero tollit: ⁊ imūdis demonibus subdit? Hoc nō ē cuiq; sua distribuere. An q̄ fundum aufert eius a quo ēptus ē: ⁊ tradit ei qui nihil habet ī eo iuris: iniust⁹ est: ⁊ qui seipsū aufert dominātī deo a quo factus ē: ⁊ malignis seruit spiritibus iustus ē? Disputat certe acerrime ac fortissime ī eisdem ipsis de re publica libris aduersus iniustitiā p iustitia. Et quoniā cum prius ageret pro iiustitie partibus cōtra iustitiā ⁊ diceret nisi p iniustitiā rempublicam stare augeriq; nō posse: hoc uelut ualidissimū positū erat: iniustum esse ut homines hoibus dominātibus seruiant: quam tamē iniustitiā nisi sequat imperiosa ciuitas cuius ē magna respublica: nō eam posse puincūs imperare. Responsum ē a parte iustitie iō iustū esse q̄ talib⁹ hoib⁹ sit util fuit⁹: ⁊ pro utilitate eoꝝ fieri cū aliquid recte fit: id ē cū improbis aufert iniuriarum licētia: ⁊ domiti se melius habebunt q̄ indomiti se habuerūt. Subditumq; ē ut ista ratio firmaret: uelut a natura sumptū nobile exemplū atque dictū ē. Cur igitur deus homini: animus corpori imperat: ratio libidī ceterisq; uitiosis animi partib⁹? Plane hoc exemplo satis edoctū ē: q̄busdam esse utilem seruitutē: ⁊ deo q̄dez ut seruiatur utile esse hoibus. Seruiens aūt deo animus recte corpori imperat: inq; ipso animo ratio domino deo subdita recte imperat libidini ceterisq; uitijs. Quapropter ubi homo deo nō seruit: quid in eo putādum est esse iustitie: quādo quidē deo nō seruiens nullo modo pōt iuste animus corpori: aut humana ratio uitijs imperare? Et si ī homine tali nō est ulla iustitia: proculdubio nec in hominuz cetu: qui ex talibus cōstat hominib⁹. Non ē ergo hic iuris ille consensus: qui hominū multitudinē populū facit: cuius res dicit esse respublica. Nā de utilitate quid dicam: cuius cōmunionem etiam sociatus hominū cet⁹: sicut sese habet ista diffinitio populus nūcuparur? Quāuis eim si diligenter attēdas: nec utilitas sit ulla uiuentiū qui impie uiuūt: sicut uiuit oīs q̄ deo nō seruit seruitq; demonibus: tanto magis impijs q̄to magis sibi cū sint imūdissimi spiritus tāq̄ dijs sacrificari uolūt. Tamē qō de iuris consensu dixim⁹ satis ēē arbitror: vñ appareat per hāc diffinitionē nō eē ppl'm cuius respub. eē dicat ī quo iustitia nō ē. Si eim dicūt nō imūdis spiritib⁹: ſz dijs bonis atq; sanctis ī sua repu. seruisse romanos nūquid eadē totiēs repetēda sūt: q̄ iā satis imo ultra q̄ satis est diximus? Quis eiz ad hūc locū p superiores huius opis libros puēit: qui dubitare possit malis ⁊ ipuris demonibus seruisse romanos: nisi l' nimiū stolidus ul' ipudētissime cōtētiosus? Sed ut taceā quales sūt quos sacrificijs colebāt: ī lege dei ueri scriptū est. Sacrificās dijs eradicabitur nisi dño tantū. Nec bonis igitur nec malis dijs sacrificari uoluit: qui hec cū tāta cōminatione precepit.

An uer⁹ sit de⁹ cui christiāi fuiūt: cui soli debeat sacrificari. c. xxij.

S Ed respōderi pōt: Quis iste deus ē: aut vnde dignus pbat cui deberēt obtēpare romāi: ut nullū deorū colerēt sacrificijs p̄t ipsū? Magne cecitatis ē adhuc quererē: q̄s iste deus sit. Ipse ē deus cui⁹ pphete p̄dixerūt ista q̄ cernim⁹. Ipse ē de⁹: a quo respōsum accepit abraā: ī semie tuo ōes bn̄dicent gētes. Quod ī christo fieri qui secundū carnē de illo semie exort⁹ ē: id ē ipi qui remāserūt huius nois inimici uelit nolitue cognoscāt. Ipse est

deus cuius diuinus spiritus p eos locutus ē: quorū predicta atq; cōpleta p ecclīaz quā uidemus toto orbe diffusā i libris supiorib⁹ posui. Ipse ē deus quē uarro doctissim⁹ romanoruz iouē putat: q̄uis nesciēs q̄d loquatur Quod tñ iō cōmemorādum putaui: qm̄ uir tāte sciētie nec illū istū deū potuit existiare nec uilē. Hūc eiz eū credidit: quē sūmū putauit deū. Postremo ipse ē deus quē doctissimus phōrum q̄uis christianorū acerrimus inimic⁹ etiā p eorū oracula quos deos putat: deū magnū porphyrius confitetur.

Que porphyrius dicat oracul' deorū responsa in christo. Cap. xxiij.

n Am in libris quos theologiō philosophias appellat: i q̄bus exeq̄t' atq; cōscribit' rerū ad phiaz pti nētiū uelut diuia rñsa: ut ipsa uerba eius quēadmodū ex greca ligua i latīnā iterpretata sunt ponā. Interrogāti iq̄t quē deū placādo reuocare posset uxorē suā a christianismo: hec ait uersibus apollo. Deide uerba uelut apollinis ista sunt. Forte magis poteris i aqua ipressis lītis scribere: aut inflans pēnas leues p aera ut auis uolare: q̄ semel pollute reuoces ipie uxoris sensū: pgat quomodo uult inanibus fallacīs pseuerās: ⁊ lamentatiōibus fallacissimis mortuū deū cantas: quē iudicib⁹ recta sentiētibus pditū pessima in speciosis ferro uincta mors interfecit. Deinde post hos uersus apollinis q̄ nō stāte metro latine iterpretati sūt subiunxit atq; ait. In his quidē tergiuersationē irremediabilis sentētie eorū manifestauit dicēs. Quoniaz iudei suscipiūt deū magis q̄ isti. Ecce uti ō colorās christū iudeos ppōsuit christianis: cōfitēs q̄ iudei suscipiant deū. Sic enim exposuit uersus apollinis: ubi a iudicibus recta sētiētib⁹ christū dicit occisū: tanq̄ illis iuste iudicātibus: merito sit ille punit⁹. Uiderit q̄d de christo uates mēdax appollis dixerit: atq; iste crediderit aut fortasse uatē qō nō dixit dixisse iste ipse cōfinxerit: quā sibi cōstet ul' ipsa oracula int' se faciat cōuenire: postea uidebimus. Hic tñ iudeos tāq̄ dei susceptores recte iudicasse dicit ō christo: q̄ eū morte pessima excruciādū eē censuerint. Deus itaq; iudeoz cui phibet testioniū: audiēd⁹ fuit sic dicēs. Sacrificās dūs eradicabit' nisi dño tm̄. Sed ad manifestiora ueniam⁹: ⁊ audiam⁹ q̄ magnū deū dicat eē iudeoz. Item ad ea q̄ iterrogauit apollinē q̄d melius: uerbū: siue ratio: an lex: Respōdit inq̄t uersib⁹ hec dicēs. Ac subiecit apollinis uersus: i quib⁹ ⁊ isti sūt: ut q̄tū satis ē ide decerpā. In deū uerū iquit generatorē: ⁊ i regē añ oia: quē tremz celū ⁊ terra atq; mare: ⁊ ifernoz abdita: ⁊ ipsa numina phorrescūt. Quorū lex ē pat: quē ualde sācti honorāt hebrei. Tali oraculo dei sui apollinis porphyrius tā magnū deū eē hebreorū dixit: ut eū ⁊ ipsa numina phorrescāt. Cū ergo de⁹ iste dixerit: sacrificās dūs eradicabitur: miror q̄d ipse porphyri⁹ nō perhorruerit ⁊ sacrificans dūs eradicari nō formidauerit. Dicit etiā bona de christo phūs iste: quasi oblitus illi⁹ de qua pauloante locuti sum⁹ cōtumelie sue: aut quasi i sōnis dū ei⁹ maledixerit christo: ⁊ euigilantes eū bonū eē cognouerit. digneque laudauerint. Deniq; tāquā aliq̄d mirabile atq; icredibile platur⁹: ptez opinionē inq̄t pfecto q̄busdā uideat' esse q̄d dicturi sum⁹. Christū eiz dū pūssimū pnūciauerūt: ⁊ imortalē factū: et cū bona pdicatiōe ei⁹ memiērūt. Christianos aūt pollutos inq̄t ⁊ cōtamiatos ⁊ errore iplicatos eē dicūt: ⁊ mltis talib⁹ aduersus eos blasphemīs utūtur. Deinde subīcit uelut deorum

oracula blasphemātium christianos.
Et post hec de christo aūt iqt itrogā-
tibus si ē deus: ait hecate. Quoniaz
q̃dē imortalis aia post corp' ut icedit
nosti:a sapiētia aūt abscisa erat semp
uiri pietate prestātissimi ē illa aia:hāc
colūt alieni a ueritate. Deinde p' v̄ba
eius quasi oraculi sui ipse cōtexēs. Pi
issimū igit' uirū inqt eū dixit: ⁊ eius
aiam sic ⁊ alioz pioz post obitū im-
mortalitati donatā:⁊ hāc christianos
colere errātes. Interrogātib' aūt in-
quit. Cur ergo dānatus ē:oraculo res
pondit dea corp' q̃dē debilitātib' tor
mentis semp oppositū ē:aia aūt pio-
rū celesti sedi isidet. Illa uero aia alīs
animab' fatalit' dedit:quib' fata non
annuerūt deoz obtinē dona:neqz ha-
bere iouis imortalis agnitionē erroze
iplicari. Propterea ergo dīs exosi:
qz quib' fato ñ fuit nosse deū:nec do-
na a dīs accipē:his fatalit' dedit iste
iplicari errorē. Ipse uero pi' ⁊ in celū
sicut pī icessit. Itaqz hūc quidē ñ blas
phemabis. miraberis aūt dementiam
hoim:ex eo i eis facile p̄cepsqz piculū.
Quis ita stultus ē ut nō itelligat aut
ab hoie callido eoqz christianis imi-
cissimo hec oracula fuisse cōficta:aut
cōsilio sili ab ipuris demonib' ita fu-
isse responsa:ut.s.qm laudāt christū:
ꝓpterea credātur ueracit' uituperare
christianos atqz ita si possint iterclu-
dant uiā salutis eterne i qua quisque
fit christian':Sue q̃ppe nocēdi astu-
tie milleformi sentiūt nō eē cōtrariuz:
si credat' eis laudātib' christū: dū tm̃
credat' ēt uituperātib' christianos:ut
eū q̃ utrūqz crediderit talē christi fa-
ciāt laudatorē:ne christian' eē uelit.
Ac sic q̃uis ab illo laudatus ab istoz
tm̃ demonū domiatu cū ñ liberet chri
stus:preserti qz ita laudāt christū: ut
quisq̃s i eū talē crediderit qualis ab
ipsis p̄dicat':christian' uer' nō sit. Sz
fotinianus heretic' q̃ tātūmō hoiem
nō etiā deū nouerit christū:⁊ iō p eū
saluus eē nō possit:nec istoz mēdaci-
loquoz demonū laqueos uitare uel
soluere. Nos aūt neqz apollinē uitu-
perantē christū:neqz hecatē possum'
approbare laudantē. Ille aūt tanq̃ in
iquū christū uult credi:qm̃ a iudicib'
recta sentiētib' dicit esse occisum: ista
hoiem p̄ssimū:sed hoiem tm̃. Una ē
tm̃ ⁊ illi' ⁊ hui' intētio:ut nolit hoies
eē christianos qz nisi christiani erūt:
ab eoz erui potestate ñ poterūt. Iste
uero phūs u' poti' q̃ talib' aduersus
christianos quasi oraculis credūt: p'
faciāt si p̄nt:ut iter se de ipso christo
hecate atqz apollo cōcordēt:eūqz ābo
uituperēt aut ambo collaudēt. Q̃ō si
facē potuissent:nihilomin' nos ⁊ ui-
tuperatores ⁊ laudatores christi fal-
laces demones uitarem'. Cū uero eo
rū deus ⁊ dea iter se de christo ille ui-
tuperādo:ista laudādo dissentiāt: p'
fecto eis blasphemātib' christianos
nō credūt hoies:si recte ipsi sentiant:
sane christū laudās u' porphiri' uel
hecate:cū dicāt eū ip̄m fatalit' dedisse
christianis ut iplicarētur errore: cās
tm̃ eiusdē sicut putat pandit erroris:
quas anteq̃ ex v̄bis ei' exponā:prius
quero si fatalit' dedit christ' christia-
nis erroris iplicationē. Utrū uolens
aut nolēs dederit. Si uolens quomō
iustus:Si nolēs quō beat':Sed iam
ipsius erroris cās audiam'. Sūt inqt
spus terreni minimi loco terreno quo
dam:maloz demonū potestati subie-
cti:ab his sapiētes hebreoz quorum
un' ēt iste iesus fuit:sic audistis diuia
apollinis oracula q̃ supius dicta sūt:
ab his ergo hebrei demonibus pessi-
mis ⁊ mioribus spiritib' uetabāt re-
ligiosos:⁊ ipsis uacare ꝓhibebāt: ue-
nerari aūt magis celestes deos: āpli'
autē uenerati deū patrē. Hec autē in-
quit ⁊ dī p̄cipiūt:⁊ i superiorib' ostē
dimus quēadmodū aiaduertere ad

deũ monẽt ⁊ illũ impãt colẽ ubique. Uerũ idocti ⁊ ipie nature: q̃bus uere fatũ nõ ꝓcessit a dñs dona obtiere: ne q̃ꝫ habere iouis imortalis notiones: nõ audiẽtes ⁊ deos ⁊ diuinos uiros: deos quidẽ ões recusauerũt: phibitos aũt demones nõ solũ nullis odñs ise qui: sz ẽt reuereri delegerũt. Deũ autẽ simulãtes se colẽ ea sola p q̃ deus adoratur nõ agũt. Nã de⁹ quidẽ utpote omniũ pat̃ nulli⁹ idiget: sed nobis est bñ cũ eũ p iustitiã ⁊ castitatẽ aliasque adoram⁹ v̊tutes: ipam uitã p̃cẽ ad ipsum faciẽtes p imitationẽ ⁊ inq̃sitionem de ipso. Inq̃sitio eim purgat inq̃t: imitatio deificat affectionẽ ad ipsum operãdo. Bene quidẽ predicauit deũ p̃iem ⁊ quib⁹ morib⁹ sit colẽdus dixit. Quibus p̃ceptis pphetici libri pleni sũt hebreoꝝ: qñ sanctoꝝ uita siue laudat̃ siue uituperat̃. Sed i christianis tm̃ erat: aut tantũ calũniatur quãtũ uolũt demones quos deos opinat̃: quasi cuiq̃ difficile sit recolere que turpia: que dedecora erga deorũ obsequiũ i theatris agebãtur ⁊ tẽplis ⁊ attẽdẽ q̃ legãtur: dicãt̃: audiãt̃ i ecclesiꝫ: uel deo v̊o q̃d offerat̃: ⁊ hinc itelligẽ ubi edificiũ ⁊ ubi ruina sit morũ. Quis aũt dixit huic ůl̃ ispirauit: nisi diabolicus sp̃us tã uanũ aptũq̃ mẽdaciũ: q̃ demones ab hebreis coli phibitos reuereãt̃ potius q̃ oderint christiani? Sed deus ille quẽ coluerũt sapiẽtes hebreoꝝ ẽt celestib⁹ sanctis angelis ⁊ uirtutib⁹ dei quos beatissimos tanq̃ ciues i hac nr̃a peregrinatione mortali ueneramur ⁊ amam⁹: sacrificari uetat itonãs i lege sua quã dedit pplo suo hebreo: ⁊ ualde miaciter itulit dicẽs Sacrificãs dñs eradicabitur. Et ne quisq̃ putaret demonibus pessimis terrenisq̃ spiritibus: quos iste dicit mimos ůl̃ minores: ne sacrificet̃ eẽ preceptũ: qr ⁊ i scripturis sanctis ipsi dicti sũt dñ: nõ hebreorũ sed gentiũ: quod euidẽter in psalmo septuaginta iterpretes posuerũt dicẽtes. Quoniã ões dñ̃ gentiũ demonia: ne q̃s ergo putaret istis quidẽ demonibus phibitũ eẽ: celestib⁹ aũt ůl̃ õnibus ůl̃ aliq̃bus sacrificari eẽ pmissũ: mox addidit: nisi dño soli: id ẽ nisi domino tantum: ne forte q̃ ait dño soli: deũ solez credat eẽ quispiã cui sacrificandũ putat. Quod nõ ita eẽ itelligẽdum i scripturis grecis facillie repit̃. Deus igit̃ hebreoꝝ cui tã magnũ tãtus etiã iste phũs phibet testimoniũ: legẽ dedit suo opl̃o hebreo: hebreo sermone cõscriptã: nõ obscurã ⁊ icognitam: sed õibus iam gẽtibus diffamatam in qua lege scriptũ ẽ. Sacrificãs dñs eradicabit̃: nisi dño tantũ. Quid opus ẽ i hac eius lege eiusq̃ pphetis de hac re multa pquirere: imo nõ pquirere? Non eim obstrusa uel rara sũt: sed apta ⁊ crebra colligẽ: ⁊ in hac disputatione mea ponere quibus luce clarius apparet: nulli õnino nisi tãtũ sibi deũ ueꝝ ⁊ summũ sacrificari uoluisse. Ecce hoc unũ breuiter imo grãditer: minaciter: sed ueracitez dictũ ab illo deo quẽ tã excellẽtes eoꝝ doctissimi predicãt: audiat̃: timeat̃: impleat̃: ne inobediẽtes eradicatio cõsequat̃. Sacrificãs dñs eradicabit̃ inq̃t: nisi dño tantũ. Non quo rei egeat alicuius: sed qr nobis expedit ut res eius simus. Huic eim canit̃ in sacris litteris hebreoꝝ. Dixi dño deus meus es tu: quoniã bonoꝝ meoꝝ nõ egeſ. Huius aũt preclarissimũ atq̃ optimũ sacrificiũ nosipsi sumus. Hec ẽ ciuitas eius: cuius rei mysteriũ celebram⁹ oblationibus nr̃is: q̃ fidelib⁹ note sunt: sicut i libris precedẽtib⁹ disputauim⁹. Cessaturas eim uictimas quas i umbra futuri offerebãt iudei: ⁊ unũ sacrificiũ gentes a solis ortu usq̃ ad occasum sicut iã fieri cernim⁹ oblaturas p pphetas hebreos oracula icepuerũt

diuina. Ex quib⁹ quãtũ ſatis uiſum ẽ nõnulla ꝓtulim⁹: ⁊ iã huic opi aſpſimus. Qu apropter ubi nõ ẽ iſta iuſtitia: ut ſm ſuã gẽam ciuitati obediẽti deus iparet unus ⁊ ſumm⁹: ne cuiq̃ ſacrificet niſi ſibi tãtũ: ⁊ p hoc i oĩbuſ hoibus ad eandẽ ꝓtinẽtibus ciuitatez atq; deo obediẽtib⁹: animus ẽt corpi: atq; uitijs ratio ordie legitimo iperet fideliter: ut quẽadmodũ iuſtus unus: ita cetus ppl'uſq; iuſtoꝝ uiuat ex fide q̃ operat p dilectionẽ: qua homo diligit deũ ſicut diligẽdus ẽ de⁹: ⁊ proximũ ſicut ſeipſum. Ubi ergo nõ ẽ iſta iuſtitia: ꝓfecto nõ ẽ cet⁹ hominũ iuriſ cõſenſu ⁊ utilitatis cõmunione ſociatus. Quod ſi nõ ẽ utiq; ppl'us nõ ẽ: ſi uera ẽ hec ppl'i diffinitio: ergo nec reſ pu. ẽ: qz res ppl'i nõ ẽ: ubi ipſe populus nõ eſt.

Qua diffinitione cõſtet ppl'i ⁊ reipublice nũcupationẽ recte ſibi ñ ſolũ romanos ſed etiã regna alia uẽdicare cap. xxiiij.

ſ Ꝯ autem ppl'us nõ iſto ſed alio diffiniat' mõ:: uelut ſi dicat' populus ẽ cetus multitudinis rational': rerũ quas diligit cõcordi cõmunione ſociatus ꝓfecto ut uideat' qualis q̃ſque ppl'us ſit iſta ſunt intuẽda q̃ diligit. Quecũq; tñ diligat ſi cetuſ ẽ multitudinis nõ pecorũ ſed rationalũ cẽaturarũ: ⁊ eoꝝ que diligit cõmuniõe cõcordi ſociat⁹ ẽ: ñ abſurde ppl's nũcupat': tãto utiq; melior quãto i melioribus tãtoq; deterior quãto ẽ in deterioribus cõcors. Secundũ iſtã diffinitionẽ nã am romanuſ ppl'us ppl's ẽ: ⁊ res eius ſine dubitatiõe reſpublica. Quid aũt primis tẽporib⁹ ſuis q̃due ſequẽtib⁹ ppl'us ille dilexerit ⁊ quib⁹ moribꝰ ad cruẽtiſſimas ſeditiones: atque ide ad ſocialia atq; ciuilia bella ꝓueniens ipſam cõcordiã que ſalus eſt quodãmodo ppl'i ruperit: atq; corruperit teſtat' hiſtoria de qua i precedẽtibus libris multa poſuim⁹: Nec ibo tñ ul' ipſum nõ eſſe ppl'm: ul' eius rez dixerim nõ eſſe rẽpu. quãdiu manet qualiſcũq; multitudinis rational' cet⁹ rerũ quas diligit cõcordi cõmunione ſociat⁹. Quod aũt de iſto ppl'o ⁊ de iſta repu. dixi: hoc de athenienſiũ uel quorũcunq; grecoꝝ ul' egyptioꝝ hoc de illa priore babylone aſſyriorũ: qñ in reb⁹ ſuis publicis iperia ul' parua ul' magna tenuerũt: ⁊ de alia quacũq; aliaꝝ gentiũ itelligar dixiſſe atque ſenſiſſe. Generaliter q̃ppe ciuitas ipiorum cui nõ iperat deus obediẽti ſibi: ut ſacrificiũ non offerat niſi tantũmõ ſibi: ⁊ per hoc i illa ⁊ animus corpori ratioq; uitijs recte ac fideliť imperet: caret iuſtitie ueritate.

Qõ nõ poſſint ibi uere eẽ uirtutes: ibi nõ ẽ uera religio. c. xxv.

q Uamlibet eim uideat' animus corpori: ⁊ ratio uitijs laudabiliter iperare ſi deo anim⁹ ⁊ rõ ipſa nõ ſeruit ſicut ſibi ſeruiẽdũ eẽ ipſe deus ꝓcepit nullo mõ corpori uitijſq; recte iperat. Nam qual' corporis atq; uitiorum põt eẽ mens domia: dei ueri ne ſcia: nec eius iperio ſubiugata: ſed uitioſiſſimis demonib⁹ corrũpentibus proſtituta? Proide uirtutes quas ſibi hie uidet' p quas iperat corpori ⁊ uitijs: ad quodlibet adipiſcẽdũ ul' tenendũ retulerit niſi ad deũ: etiã ipſa uitia ſũt potius q̃ uirtutes: nã lz a quibuſdã tũc uere ⁊ honeſte putẽt' eẽ uirtutes cũ ad ſeipſas referũt': nec ꝓpt' aliõ expetũtur: tũc ẽt iſlate atq; ſupbe ſt': ⁊ ideo nõ uirtutes ſed uitia iudicãda ſũt. Sicut eim nõ ẽ a carne ſed ſuper carnem quod carnẽ facit uiuere: ſic ñ eſt ab homine ſed ſuper hominez q̃ hominem facit beate uiuere: nec ſolũ

hominē ſed etiam quālibet poteſtatez uirtutemque celeſtem.

De pace ppli alieni a deo qua utit̃ ad pietatē ppl̃us dei dū ī hoc peregri nus ē mūdo.c.xxvi.

q Uocirca ut uita carnis aia eſt: ita beata uita hois de ē: ꝗ quo dicūt ſacre lie hebreoꝝ. Beatus ppl̃s cuius ē dominus deus ipſius. Miſer igitur ppl̃us ab iſto alienatus ē deo. Diligit tamē etiam ipſe quandam pacem ſuā nō improbandā: quā quidez nō habebit in fine: qui nō ea bñ vtitur ante finem. Hanc autem ut interiz habeat in hac uita noſtra etiam intereſt: quoniā quandiu permixte ſūt ambe ciuitates: utimur ⁊ nos pace babylonis: ex qua ita per fidem dei populus liberatur: ut apud hāc interim peregrinetur. Propter quod ⁊ apl̃us ammonuit eccl̃am ut oraret pro regibuſ eius atqꝫ ſublimib̃: addens ⁊ dicens ut quietā ⁊ tranquillā uitā agam̃ cū omni pietate ⁊ caritate. Et propheta hieremias cum ppl̃o ueteri dei uenturam prenūciaret captiuitatē: ⁊ diuinitus imperaret ut obediēter ī babyloniam irent: deo ſuo etiam iſta patiētia ſeruiētes: monuit ⁊ ipſe ut oraret̃ pro illa dicēs: quia ī pace eius eſt pax uīa. Utiqꝫ interim tēporalis pax que bonis maliſque cōmunis ē.

De pace ſeruiētiū deo: cui̇ pfecta trāquillitas ī hac tēporali uita ñ pōt apprehendi.c.xxvij.

p Ax aūt nīa ppria ⁊ hic ē cum deo per fidem: ⁊ ī eternū erit cū illo per ſpeciem. Sed hic ſiue illa cōmunis: ſiue nīa propria taliſ ē pax: vt ſolatium miſerie ſit potius q̃ beatitudinis gaudium. Ipſa quoqꝫ nīa iuſtitia quāuis uera ſit: propter ueri boni finem ad quem refertur: tamē tāta ē in hac uita: ut potius peccatoꝝ remiſſione cōſtet q̃ perfectione uirtutum. Teſtis ē oratio totius ciuitatis dei q̃ peregrinatur in terris. Per ōia q̃ppe mēbra ſua clamat ad deū. Dimitte nobis debita noſtra: ſicut ⁊ nos dimittimus debitorib̃ noſtris. Nec pro eiſ ē efficax hec oratio: quorum fides ſine operibus mortua ē: ſed pro eis quoꝝ fides p dilectionē operatur. Quia eiz deo quidē ſubdita: in hac tamē cōditione mortali ⁊ corpore corruptibili quod aggrauat animā: nō pfecte uitij̃s ratio imperat: ideo neceſſaria eſt iuſtis talis oratio. Nam pfecto quan q̃ iperet̃: nequaq̃ ſine conflictu uitij̃s imperat̃. Et utiqꝫ aliquid ſubrepit in hoc loco ifirmitatis ēt bene cōfligēti: ſiue hoſtibus talib̃ uictis ſubditiſqꝫ dominātī: vnde ſi nō facili opatione certe labili locutiōe aut uolatili cogitatione peccet̃. Et ideo quādiu uitij̃s imperat̃ plena pax nō ē: quia ⁊ illa q̃ reſiſtūt periculoſo debellātur prelio: ⁊ illa que uicta ſūt nōdum ſecuro triumphantur ocio: ſed adhuc ſolicito premūtur iperio. In his ergo tentationibus de quib̃ omnibus ī diuinis eloquij̃s breuiter ē dictū: nunquid nō tentatio ē uita humana ſuper terraz? quis ita uiuere ſe preſumat ut dicere deo dimitte nobis debita nīa nō neceſſe habeat: niſi homo elatus: nec vō magnus ſed inflatus ac tumidus: cui per iuſtitiā reſiſtit qui gratiā largitur hominibus: propter quod ſcriptū eſt deus ſuperbis reſiſtit humilib̃ autez dat gratiā? Hic itaqꝫ in unoquoqꝫ fideli iuſtitia ē: ut obediēti deus homi: animus corpori: ratio aūt uitij̃s etiaz repugnātibus imperet: uł ſubigendo ł reſiſtēdo: atqꝫ ut ab ipſo deo petatur ⁊ meritorū gratia ⁊ uenia delictorū: ac de acceptis bonis gratiarū actio pſoluat̃. In illa uero pace finali quo

referēda ⁊ cuius adipiſcēde cauſa ha
benda ē iſta iuſtitia quoniā ſanata im
mortalitate atque incorruptione na-
tura uitia nō habebit:nec unicuique
noſtrū uł ab alio uł a ſeipſo quicquā
repugnabit:nō opus erit ut ratio ui-
tijs que nulla erūt iperet:ſed iperabit
deus homini:animus corpori:tātaq;
obediēdi ibi erit ſuauitas ⁊ facilitas:
quāta uiuēdi regnādique felicitas:⁊
hoc illic in omnib⁹ hominib⁹ atq; in
ſingulis eternū erit:eternūq; eſſe cer-
tum erit:⁊ ideo pax huius beatitudi-
nis:uel beatitudo pacis huius ſum-
mum bonum erit.

In quem finē uēturus ſit exit⁹ im-
piorum.c.xxviij.

e Orum aūt qui nō pertinēt ad
iſtam ciuitatē dei:erit ⁊ ecōtra-
rio miſeria ſempiterna:que etiam ſe-
cunda mors dicitur: quia nec anima
ibi uiuere dicēda ē:que a uita dei alie-
nata erit:nec corpus quod eternis do
loribus ſubiacebit. Ac per hoc ideo
durior iſta ſecūda mors erit:quia fi-
niri morte nō poterit. Sed quoniam
ſicut miſeria beatitudini ⁊ mōs uite:
ita bellū paci uidetur eſſe contrariū:
merito queritur ſicut pax in bonorū
finibus predicata ē atq; laudata: qō
uel quale bellum in finibus maloruz
econtrario poſſit intelligi. Uerum q̄
hoc querit:attendat quid in bello no-
xium perniciosumq; ſit ⁊ uidebit ni-
hil aliud q̄ eſſe inter ſe rerum aduer-
ſitatem atq; conflictū. Quod igitur
bellum grauius ⁊ amarius cogitari
poteſt:q̄ ubi uolūtas ſic aduerſa eſt
paſſioni:⁊ paſſio uolūtati:ut nullius
earum victoria tales inimicitie finian
tur ⁊ ubi ſic confligit cum ipſa natura
corporis uis doloris:ut neutrū alteri
cedat? Hic enim quando cōtingit iſte
conflictus:aut dolor uincit ⁊ ſenſum
mors adimit:aut natura uincit ⁊ do-
lorem ſanitas tollit. Ibi autem ⁊ do-
lor permanet ut affligat:⁊ natura p-
durat ut ſentiat. Quia utrunq; ideo
non deficit:ne pena deficiat. Ad hos
autem fines bonorum maloruz:illos
expetēdos iſtos cauendos: quoniam
per iudicium tranſibunt ad illos bo-
ni:ad iſtos mali:de hoc iudicio quā-
tum deus donauerit in conſequēti vo
lumine diſputabo

Aurelij augustini de ciui
tate dei liber.xx.

Quod q̄uis omni tempore deus
iudicet:in hoc tamen libro de nouiſſi-
mo eius iudicio ſit proprie diſputan-
dum.c.i.

d E DIE UL-
timi iudicij dei
quod ipſe dona
uerit locuturi:
eumq; aſſertu-
ri aduerſus im-
pios ⁊ incredu-
los:tanq̄ in edi
ficij fundamēto prius ponere teſtimo
nia diuina debemus. Quibus qui no
lunt credere humanis ratiūculis fal-
ſis atq; fallacibus cōtrauenire conāt
ad hoc ut aut aliud ſignificare cōten-
dant:quod adhibetur teſtimoniuz de
litteris ſacris:aut omnino diuinitus
eſſe dictum negent. Nam nullū exiſti-
mo eē mortaliū qui cum ea ſicut dēa
ſunt intellexerit: ⁊ a ſummo ac uero
deo per animas ſanctas dicta eſſe cre
diderit:nō eis cedat atq; conſentiat:
ſiue id ore etiam fateatur:ſiue aliquo
uitio fateri erubeſcat aut metuat: uel
etiā puicacia ſimillima inſanie id qō
falſum eē nouit aut credit:etiā cōten-
tioſiſſime defendere moliatur. Quod
ergo in cōfeſſione ac pfeſſione tenet

omnis ecclia dei ueri: christū de celo esse uenturū ad uiuos ac mortuos iudicandos: hūc diuini iudicij ultimuz diem dicim⁹: id est nouissimū tēpus. Nam per quod dies hoc iudiciū tendatur incertū ē: sed more sanctarum scripturarū diem poni solere pro tēpore: nemo qui illas lias quālibet negligenter legerit nescit. Ideo aūt cum diem iudicij dei dicimus: addimus ultimum uł nouissimū: quia ⁊ nunc iudicat: ⁊ ab hnmani generis initio iudicauit: dimittēs de paradiso ⁊ a ligno uite separans primos hoies magni peccati perpetratores. Immo etiā qñ angelis peccātibus nō pepcit: quorū princeps hoies a seipso subuersos inuidēdo subuertit: ꝓculdubio iudicauit: nec sine illius alto iustoq; iudicio ⁊ i hoc aerco celo ⁊ in terris ⁊ demonum ⁊ hoim miserrima uita ē: erroribus erumnisq; plenissima. Uerū ⁊ si nemo peccasset: nō sine bono rectoq; deus iudicio uniuersam creaturam rationalem pseuerantissime sibi domino suo coherentem in eterna beatitudine retineret. Iudicat etiā nō solum uniuersaliter de genere demonū atq; hoim: ut miseri sint ꝓpter ꝑmorum meritū peccatoꝝ: sed etiā de singulorū operib⁹ proprijs que gerunt arbitrio uolūtatis. Nam ⁊ demones ne torqueātur precātur: nec iuste utiq; uel parcitur eis: uel pro sua quiq; iprobitate torquētur. Et hoies plerū que aperte: plerūq; occulte luūt ꝑ suis factis diuinit⁹ pēas: siue i hac uita siue p⁹ mortē: q̄uis nullus hoiz agat recte nisi diuio adiuuet⁹ auxilio: null⁹ demonū aut hoim agat inique nisi diuino eodēq; iustissimo dei iudicio permittatur. Sicut eim ait apl⁹us: nō est iniquitas apud deū. Et sicut ipse dic alibi iscrutabilia sūt iudicia dei. ⁊ inuestigabiles uie eius. Non igit⁹ i hoc libro de illis primis: nec de istis medijs dei iudicijs: sed de ipso nouissimo iudicio quātū ipse tribuerit disputabo: quādo christus de celo uēturus ē uiuos iudicaturus ⁊ mortuos. Iste q̄ppe dies iudicij proprie uocatur: eo q̄ nullus ibi imperite erit querele loc⁹: cur iiustus ille sit felix: ⁊ cur iust⁹ ille ifelix. Omniū nāque tunc nō nisi bonorū plena ⁊ uera felicitas: ⁊ omniuz nō nisi malorum digna ⁊ summa infelicitas apparebit.

De uarietate rerū humanarū cui nō pōt dici deesse iudiciū dei q̄uis nequeant inuestigari. c. ij.

n Unc aūt ⁊ mala equo animo ferre discimus: que patiūtur et boni: ⁊ mala nō magnipēdere q̄ adipiscūtur ⁊ mali. Ac per hoc etiā i his rebus i quibus nō apparet diuina iustitia: salutaris ē diuina doctrina. Ne scimus eiz quo iudicio dei bonus ille sit paup: mal⁹ ille sit diues. Iste gaudeat quē ꝑ suis pditis morib⁹ crucia ri debuisse merorib⁹ arbitramur: cōtristetur quē uita laudabilis gaudere debuisse psuadet: exeat de iudicio nō solū iultus uerū etiā dānatus inocēs: aut iniq̄tate iudicis pressus: aut falsis obrutus testimonijs. Ecōtrario scelestus aduersarius eius nō solū ipunit⁹ uerū ēt uidicatus isultet. Impius optime ualeat: pius languore tabescat. Latrocinētur sanissimi iuuenes: ⁊ qui nec vbo ledē quēq̄ potuerūt diuersa morboꝝ atrocitate affligātur: ifantes utiles reb⁹ humanis imatura morte rapiātur: ⁊ q̄ uidētur nec nasci debuisse diutissime insuper uiuāt: plenus criminib⁹ sublimet⁹ honoribus: ⁊ hoiez sine querela tenebre ignobilitatis abscondant: ⁊ cetera huiusmōi. Que q̄s colligit? Quis enumerat? Que si haberent uelut in ipsa absurditate cōstātiam: ut in hac uita in qua sicut sacer

psalmus eloquit' hō uanitati similis factus ē: ⁊ dies ei' sicut ūbra ptereūt nō nisi mali adipiscerētur trāsitoria bona ista atq; trena: nec nisi boni talia paterēt mala: posset hoc referri ad iudiciū dei iustū: siue etiā benignū ut qui nō erāt assecuturi bona eterna q̄ beatos faciūt: his tēporalib' l' decipe rentur p malitia sua: ul' p dei misericordia cōsolarētur bonis ⁊ qui nō erant passuri eterna tormēta: tēporalibus uel pro suis quibuscūq; ul' quātuliscūq; peccatis affligerētur: ul' ppt' implēdas uirtutes exercerētur malis. Nūc uero quādo nō solū i malo sunt boni ⁊ i bono mali: quod uidetur iiustum: uerū ēt plerūq; ⁊ malis mala eueniūt: ⁊ bonis bona p̄ueniūt magis iscrutabilia fiūt iudicia dei: ⁊ iuestigabiles uie eius. Quāuis ergo nesciam' quo iudicio deus ista ul' faciat l' fieri sinat: apud quē summa uirtus ē ⁊ sūma sapiētia: summaq; iustitia: nulla infirmitas: nulla temeritas: nulla iiquitas: salubriter tñ discimus nō magnipendere seu bona seu mala q̄ uidem' bonis malisq; cōmunia: ⁊ illa bona q̄ rere que bonor̄: atq; illa mala maxie fugē que ppria sunt malor̄. Cū uero ad illud iudiciū dei uenerimus: cuius tēpus iam pprie dicit' dies iudicij: et aliquādo dies domini nūcupat': non solum quecūq; tūc iudicabūtur uerū etiam quecūque ab initio iudicata: et quecūque usq; ad illud tēpus adhuc iudicāda sūt: appebūt eē iustissima: ubi hoc quoq; māifestabit' q̄ iusto dei iudicio fiat: ut nūc tā multa ac pene oia iusta dei iudicia lateāt sēsus mortalesq; mētes: cū tñ i hac re pior̄ fidē nō lateat esse iustū quod latet.

Quid i libro ecclesiasten salomon de his que in hac uita bonis ⁊ malis sūt cōmunia disputauit. c. iij.

n Empe salomon sapiētissimus rex israel q̄ regnauit i hierusalem: librū q̄ uocat' ecclesiastes ⁊ a iudeis quoq; habet' in sacrarū canonē liarū sic exorsus ē. Uanitas uanitatū dixit ecclesiastes: uanitas uanitatū et oia uanitas. Que homini abūdantia ex oi labore suo q̄ laborat sub sole? Et cū ex hac sñia cōnecteret cetera: cō memorās crūnas errorēsque huius uite: ⁊ euanescētes iterea tēporū lapsus: ubi nihil solidū nihil stabile retinetur i ea rerū uanitate sub sole: illud etiā deplorat quodāmō: q̄ cum sit abundātia sapiētie super isipientiā sic ē lucis abūdantia sup tenebras sapiētisque oculi sint i capite ipsi': ⁊ stultus i tenebris ambulet: unus tñ omnibus incurrat utique i hac uita que agit' sb̄ sole significās uidelicet ea mala que bonis ⁊ malis uidemus eē cōmunia. Dicit etiā illud q̄ ⁊ boni patiātur mala tanq̄ sint mali: ⁊ mali tanq̄ boni sint adipiscātur bona: ita loquēs. Est iquit uanitas que facta ē super terrā: quia sūt isti sup quos uenit sicut fēm ipior̄: ⁊ sūt impij sup quos uenit sic iustorū factum. Dixi quoniā hoc quoque ē uanitas: i hac uanitate cui q̄tū satis uisum ē intimandum istū librū totum uir sapiētissimus deputauit: nō utique ob aliud nisi ut eā uitā desideremus que uanitatē nō habet sub sole sed ueritatem sub illo q̄ fecit hūc solem: i hac ergo uanitate: nūquid nisi iusto rectoque dei iudicio similis ei dem uanitati fact' uanesceret homo? In diebus tamen uanitatis sue interē plurimū: utrū resistat an obtemperet uanitati: ⁊ utrū sit expers uere pietatis an particeps. Non ppter uite huius ul' bona acquirēda: ul' mala uitāda uanescendo trāseuntia: sed ppter futurū iudiciū: per quod erūt bonis bona ⁊ malis mala sine fine māsura. Deniq; iste sapiēs hūc librū sic pclusit

ut diceret. Deum time ⁊ mãdata eius custodi: hoc ẽ õnis homo: quia õne hoc opus deus adducet i iudiciũ i õi despecto: siue bonũ siue malũ. Quid breuius: uerius: salubri⁹ dici potuit? Deũ inq̃t time: ⁊ eius mãdata custodi: quia hoc ẽ õis homo. Quicũq̃ eiz ẽ: est custos utiq̃ mandatoꝝ dei: qm̃ qui hoc nõ ẽ nihil ẽ. Non eim ad ueritatis imaginẽ reformat̃ remanens in similitudine uanitatis. Quia omne hoc opus id ẽ qõ ab homine fit i hac uita siue bonũ siue malũ: deus adducet in iudiciũ in omni despecto: id ẽ in omni ẽt qui cõtemptibilis hic uidet̃: ⁊ ideo nec uidet̃ quia deus ⁊ ipsum uidet nec eum despicit: nec eum cum iudicat preterit.

Qõ ad differẽdũ de nouissimo iudicio dei noui ꝑmũ testamẽti: ac deinde ueteris testimonia ꝓlat⁹ sit. c. iiij.

b Uius itaq̃ ultimi iudicij dei testimonia de sãctis scripturis: q̃ ponere istitui ꝑus eligẽda sũt de libris testamẽti noui: postea de ueteri. Quãuis eim uetera ꝑora sint tp̃a: noua tñ anteponẽda sũt dignitate: quoniam illa uet̃a ꝑconia sũt nouoꝝ. Noua igit̃ ponẽda sunt prius: q̃ ut firmius ꝓbemus assumẽtur ⁊ uetera. In ueterib⁹ habẽtur lex ⁊ ꝓphete: in nouis euangeliũ ⁊ apostolice lĩe. Ait autem apostolus. Per legem eim cognitio peccati. Nũc autẽ sine lege iustitia dei manifesta ẽ: testificata ꝑ legẽ ⁊ ꝓphetas. Iustitia aũt dei ꝑ fidem iesu christi in ões qui credũt. Hec iustitia dei ad nouum ꝑtinet testamẽtum: ⁊ testimonium a ueteribus libris habet: hoc ẽ a lege ⁊ ꝓphetis. Prius igitur ipsa causa ponenda ẽ: ⁊ postea testes introducẽdi. Hũc ⁊ ipse iesus christus ordinem seruandum eẽ demonstrans: scriba inq̃t eruditus in regno dei: similis ẽ patrifamilias proferẽti de suo thesauro noua ⁊ uetera. Non dixit uetera ⁊ noua: quod utiq̃ dixisset nisi maluisset meritorũ ordinem seruare q̃ꝑ temporum.

Quibus sententijs domini saluatoris diuinum iudicium futuꝝ i fine seculi declaretur. c. v.

c Ego ipse saluator cũ obiurgaret ciuitates i quib⁹ magnas uiz tutes fecerat neq̃ crediderãt: ⁊ eis alienigenas anteponẽt. uerũtñ iquit dico uobis: tyro ⁊ sydoni remissius erit i die iudicij q̃ꝑ uobis. Et paulopost alteri ciuitati. Amẽ inq̃t dico uobis qz terre sodomoruz remissius erit in die iudicij q̃ꝑ tibi. Hic euidẽtissime ꝑdicat diẽ iudicij eẽ uenturum. Et alio loco. Uiri inquit niniuite surgẽt in iudicio cũ ista generatiõe: ⁊ cõdemnabũt eã: quia penitentiã egerunt in predicatione ione. Et ecce plus q̃ꝑ iona hic regia austri surget in iudicio cũ generatiõe ista: ⁊ condemnabit eam: quia uenit a finibus terre audire sapientiam salomonis: ⁊ ecce plus q̃ꝑ salomon hic. Duas hoc loco res discimus: ⁊ esse iudicium: ⁊ cum mortuorum resurrectione uenturum. De niniuitis eim ⁊ regina austri quãdo hec dicebat: de mortuis sine dubio loquebat̃: quos tñ in die iudicij resurrecturos eẽ predixit. Nec ideo dixit cõdemnabũt: q̃a ipsi iudicabũt: sed quia ex ipsoruz cõparatione isti merito dãnabũt̃. Rursus alio loco cum de maloꝝ hoium ⁊ bonoꝝ nunc ꝑmixtione postea separatiõe: q̃ utiq̃ die iudicij futura est loquerẽt̃: adhibuit similitudinẽ õ tritico seminato ⁊ sup̃ seminatis zizanijs eãq̃ suis exponẽs discipulis. Qui seminat inq̃t bonũ semẽ ẽ filius hois: ager autẽ ẽ hic mundus: bonũ semen autẽ hi sunt filij regni: zizania autem

filij sunt nequã. Inimicus autẽ q̃ se-
minauit ea: ẽ diabolus. Messis uero
cõsumatio seculi ẽ: messores aũt ange
li sũt. Sicut ergo colligũtur zizania
⁊ igni cõburuntur: sic erit ĩ cõsuma-
tione seculi. Mittet filius hois ange-
los suos: ⁊ colliget de regno eĩ õnia
scandala: ⁊ eos q̃ faciũt iiquitatem: et
mittẽt eos ĩ caminũ ignis. Ibi erit fle-
tus ⁊ stridor dentiũ. Tũc iusti fulge-
bunt sicut sol ĩ regno pr̃is eorũ. Qui
habet aures audiẽdi audiat. Hic q̃dẽ
iudiciũ ul' diẽ iudicij nõ nomiauit: ſ3
multo eũ clarius ipsis rebꝰ expressit:
⁊ ĩ fine seculi futurũ eẽ predixit. Item
discipulis suis Amẽ iquit dico uobis
q̃ uos qui secuti estis me: ĩ regenera-
tione cũ sederit filius hois in sede ma
iestatis sue sedebitis ⁊ uos sup sedes
duodecim iudicãtes duodecim tribus
israel. Hinc discimus cũ suis discipul'
iesum iudicaturũ. Unde ⁊ alibi iudeis
dixit. Si ego in beelzebub eĩcio de-
monia: filij uestri ĩ quo eĩciunt? Ideo
ipsi iudices uestri erũt. Hec quoniam
super duodecim sedes sessuros eẽ ait
duodecim solos hoies cũ illo iudica-
turos debemus putare. Duodenario
q̃ppe numero uniuersa q̃dã significa-
ta ẽ multitudo iudicãtiũ ꝓpter duas
ptes numeri septenarij: quo plerũq̃
significat' uniuersitas: q̃ due ptes id ẽ
tria ⁊ quatuor altera p alterã multi-
plicate duodecim sũt ul' faciũt. Nam
quatuor ter ⁊ tria quater duodecim
sũt: ⁊ si qua alia hui' duodenarij nũe
ri q̃ ad hoc ualeat ratio reperit'. Alio
quin quoniã in loco traditoris iude
ap'lum matthiam legimus ordinatũ.
Apostolus paulus qui plus illis õib'
laborauit: ubi ad iudicandũ sedeat ñ
habebit qui ꝓfecto cũ alijs sanctis ad
numerũ iudicũ se pertinẽ demõstrat
cũ dixit. Nescitis quia angelos iudi-
cabimus? De ipsis quoq̃ iudicãdis ĩ
hoc numero duodenario similis cã ẽ.

Non eim quia dictum ẽ iudicãtes du
odecim tribus israel: tribus leui que
tertiadecima ab eis ẽ iudicãda ñ erit.
Aut solum illum populum nõ etiam
gentes ceteras iudicabũt. Quod aũt
ait in regeneratione: ꝓculdubio mor-
tuorũ resurrectionẽ nomine regeneratio-
nis uoluit itelligi. Sic eim caro nr̃a
regenerabit' p incorruptionẽ: quẽad-
modum anima nr̃a regenerata ẽ p fi-
dem. Multa ꝓtereo q̃ de ultimo iudi
cio ita dici uidẽtur: ut diligẽter cõside
rata reperiãtur ambigua: ĩ magis ad
aliud pertinẽtia: siue scilicet ad eũ sal
uatoris aduẽtũ: quo p totũ hoc tẽpꝰ
ĩ eccl'a sua uenit: hoc ẽ ĩ mẽbris suis
particularit' aut paulati: qm̃ tota cor
pus eius ẽ: siue ad excidiũ terrene hie
rusalem: quia ⁊ de illo cũ loquit' ple-
rũq̃ sic loquitur tanq̃ de fine seculi
atq̃ de illo die iudicij nouissimo et
magno loquat': ita ut dignosci nõ pos
sit õino: nisi ea que apud tres euãge-
listas: mattheũ: marcũ ⁊ lucã: de hac
re similit' dicta sunt: int' se õia cõferãt'.
Quedam quippe alter obscurius: alt'
explicat planius: ut ea que ad unã rẽ
pertinẽtia dicũtur appareat vnde di-
cantur. Quod facere utcũq̃ curaui ĩ
quadam epistola quam rescripsi ad
beate memorie uirũ esychiũ salonitane
urbis episcopum: cuius epl'e ti-
tulus ẽ de fine seculi. Proinde iã illõ
hic dicam quod in euãgelio secundũ
mattheũ de separatione bonorũ ⁊ ma
lorũ legitur: per iudiciũ presentissimũ
atq̃ nouissimũ christi. Cum autẽ ue-
nerit iquit filius hominis ĩ maiestate
sua: ⁊ ões angeli cũ eo. tunc sedebit su
per sedẽ maiestatis sue. Et cõgrega-
bũt' aũ eũ gentes: ⁊ sepabit eos ab in
uicem: sic pastor segregat oues ab he-
dis. Et statuet quidẽ oues a dextris
suis: hedos aũt a sinistris. Tũc dicet
rex his q̃ a dextris eius erũt. Uenite
benedicti patris mei: possidete patũ

uobis regnũ a cõstitutiõe mũdi. Esuriui eiz ⁊ dedistis mihi mãducaĩ: sitiui ⁊ dedistis mihi bibere. Hospes erã et collegistis me. Nudus: ⁊ coopuistis me. Infirm⁹. ⁊ uisitastis me. In carcẽ erã: ⁊ uenistis ad me. Tũc respondebũt ei iusti dicẽtes. Domine qñ uidimus te esurientẽ ⁊ pauim⁹? Sitientez ⁊ dedim⁹ tibi potũ? Qñ aũt te vidim⁹ hospitẽ: ⁊ collegim⁹ te? Aut nuduz: ⁊ coopuim⁹ te? Quãdo aũt te ĩfirmum uidim⁹ aut ĩ carcere ⁊ uenim⁹ ad te? Et respondẽs rex dicet illis. Amẽ dico uobis: q̃ diu fecistis uni de his fratribus meis minimis: mihi fecistis. Tũc dicet ⁊ his q̃ a sinistris eius erũt. Discedite a me maledẽti ĩ ignẽ eternũ: q̃ paratus ẽ diabolo ⁊ angelis ei⁹. Deinde siliter ẽt his enumerat: q̃ illa nõ fecerint q̃ dexteros fecisse memorauit. Similiterq̃ iterrogãtib⁹ qñ eũ uiderint ĩ eox idigẽtia cõstitutũ: qõ minimis suis nõ ẽ factũ: sibi factũ nõ fuisse respondet. Sermonẽq̃ cõcludẽs: ⁊ hi inquit ibũt ĩ supplicũ eternũ: iusti autẽ in uitã eternã. Joãnes uero euãgelista aptissime narrat eũ ĩ resurrectione mortuoꝝ futurũ p̃dixisse iudiciũ. Cũ eim dixisset neq̃ eim pat̃ iudicat quẽq̃: sed õe iudicũ dedit filio: ut ões honorificẽt filiũ sicut honorificãt patrẽ: q̃ nõ honorificat filiũ: nõ honorificat patrẽ qui misit illũ: ꝓtinus addidit. Amẽ amẽ dico uobis: qz q̃ uerbum meũ audit ⁊ credit ei q̃ misit me: habz uitã eternã: ⁊ in iudiciũ nõ ueniet: sed a morte transit in uitam. Ecce hic dixit suos etiam fideles in iudicum nõ uenire. Quomodo ergo per iudicium separabuntur a malis: ⁊ ad eius dexteram stabunt: nisi quia hoc loco iudicium pro damnatione posuit? In tale enim iudicium non uenient qui audiunt uerbum eius: ⁊ credunt ei q̃ illum misit.

Que sit prima resurrectio: que secunda. c. vi.

d Deinde adiungit ⁊ dicit. Amen amen dico uobis: quia uenit hora ⁊ nunc est: quando mortui audiẽt uocem filij dei: ⁊ qui audierint uiuẽt: Sicut enim pater habet uitam in semetipso: sic dedit ⁊ filio habere uitaz in semetipso. Nondum de resurrectione secũda id ẽ corporum loquitur: q̃ in fine futura est: sed de prima q̃ nunc est. Hanc quippe ut distingueret ait. Uenit hora ⁊ nunc ẽ. Non autez ista corporum sed animarum est. Habẽt enim ⁊ anime mortem suam in impietate atque peccatis: secundum quaz mortem sunt mortui: de quibus idez dominus ait. Sine mortuos sepelire mortuos suos: ut scilicet in aĩa mortui ĩ corpore mortuos sepelirẽt. Propter istos ergo impietate ⁊ iniquitate ĩ anima mortuos: uenit inquit hora ⁊ nũc est: quando mortui audient uocẽ filij dei: ⁊ qui audierint uiuent. Qui audierint dixit: qui obedierint qui credidérint: ⁊ usq̃ in finez pseuerauerit. Nec fecit hic ullam differentiã bonorum ⁊ maloꝝ. Omnibus eim bonũ ẽ audire uocẽ istius ⁊ uiuere ad uitam pietatis ex ipietatis morte transeũdo. De qua morte ait apostolus paulus. Ergo ões mortui sunt: ⁊ pro omnib⁹ mortuus ẽ unus: ut qui uiuũt ñ iam sibi uiuant: sed ei qui pro ipsis mortuus ẽ ⁊ resurrexit. Omnes itaq̃ mõtui sũt ĩ peccatis nemine prorsus excepto siue originalibus siue etiam uoluntate additis: uĩ ignorando uĩ sciẽdo nec faciendo quod iustum ⁊ pro omnibus uiuis mortuis uiuus mortuus est unus: id est nullum habens omnino peccatum: ut qui per remissionẽ peccatoꝝ uiuũt: iaz nõ sibi uiuãt sed ei qui pro omnib⁹ mortuus ẽ ꝓpter peccata nostra: ⁊ resurrexit ꝓpter

iustificationē nostrām:ut credētes in eum qui iustificat impiuz: ex ipietate iustificati tanq̄ ex morte viuificati:ad primā resurrectionē que nūc ē pertinere possumus. Ad hanc eim primaz nō pertinēt nisi qui beati erunt i eternum·ad secundā uero de qua mox locuturus ē:z beatos docebit ptinere z miseros. Ista ē misericordie:illa iudicij:ppter quod in psalmo scriptuz ē. Misericordiā z iudiciū cantabo tibi domine:De quo iudicio cōsequenter adiūxit atqz ait. Et potestatē dedit ei iudiciū facere quia filius hominis ē. Hic ostēdit q̄ in ea carne ueniet iudicaturus:i qua uenerat iudicādus. Ad hoc eim ait quoniā filius hominis ē. Ac deinde subiūgens vñ agimus. Nolite iquit mirari hoc quod dixi: quia ueniet hora i qua oes q̄ i monumētis sūt audiēt uocē filij dei:z procedēt q̄ bona fecerūt i resurrectionē uite:qui uero mala egerūt i resurrectionē iudicij. Hoc ē illud iudiciū quod pauloañ sicut nūc pro damnatiōe posuerat dicens Qui uerbū meum audit z credit ei qui misit me:habet uitā eternā: z in iudiciū nō ueniet:sed transibit a morte in uitam:id ē pertinēdo ad primā resurrectionē qua nūc trāsitur a morte animaz ad uitā uirtutū:in dānationē nō uēiet quā significauit appellatione iudicij. Sicut etiā i hoc loco ubi ait. Qui uero mala egerūt i resurrectionē iudicij id ē dānatiōis. Resurgat ergo in ṗma q̄ nō uult i secūda resurrectione dānari. Uenit ergo hora z nūc ē:qñ mortui audiēt uocē filij dei:z q̄ audierint uiuēt id ē i dānationem nō ueniēt:que secūda mors dicitur:in quā secundā mortē post ſam que corporū futura ē resurrectionem precipitabūtur:qui i ṗma que animarum ē nō resurgūt. Ueniet eiz hora: ubi nō ait z nūc ē:quia i fine seculi erit:hoc ē in ultimo z maximo dei iudicio:quādo omnes q̄ in monumētis sunt audiēt uocem eius z procedent. Non dixit quēadmodū in ṗma:z qui audierint uiuēt. Non eim omnes uiuent:ea uita que scilicet quoniā beata ē sola uita dicēda ē. Nā utiqz nō sine qualicunqz uita possent audire: z de monumētis resurgēte carne procedē. Quare aūt nō oēs uiuēt:in eo quod sequitur docet. Qui bona iquit fecerunt:in resuerectionē uite: q̄ vo mala egerūt i resurrectionē iudicij. Hi sunt q̄ nō uiuēt:quia secūda morte moriētur. Mala q̄ppe egerūt:quoniā male uixerūt:male aūt uixerūt: q̄a i prima que nūc ē aiaz resurrectione nō reuixerūt:aut i eo q̄ reuixerāt: nō usqz in finē manserūt. Sicut ergo due sūt regenerationes de quib⁹ iam supra locut⁹ sum:una que secundū fidē ē que nūc fit p baptismū:altera secūdū carnem q̄ fiet i eius icorruptiōe atqz immortalite p iudiciū magnū atqz nouissimū:ita sūt z resurrectiones due: una ṗma q̄ nūc ē:z ē animarū:q̄ uenire i mortē secundā nō permittit: alia secūda que nūc nō ē:sed in fine seculi futura ē:nec animarū sed corporū ē: que per ultimū iudiciū alios mittit i secūdam mortē:alios i eam uitaz que nō habet mortem.

De duab⁹ resurrectionib⁹ z ō mille annis q̄d i apocalypsi ioānis scriptū sit:z q̄d de eis rōnabilit sētiat.c.vij.

d E his duab⁹ resurrectionibus idē ioānes euāgelista i eo libro q̄ dicit apocalypsis eo modo locutus ē:ut ṗma eaz a quibusdā nostris nō intellecta:etiā in quasdā ridiculas fabulas uerteret. Ait quippe i libro memorato ioannes apostolus. Et uidi angelū descendētē de celo: habentem clauē abyssi:z catenā i manu sua:z tenuit draconē illum serpentē antiquū

qui cognominat' ē diabolus ⁊ sathanas: ⁊ alligauit illū mille annis: ⁊ misit illū in abyssū: ⁊ clausit ⁊ signauit super eū: ut iam nō seduceret gentes donec finiātur mille anni. Post hec oportet eū solui breui tēpore. Et uidi sedes: ⁊ sedētes super eas: ⁊ iudicium datū ē illis: ⁊ aias occisoꝝ ꝓpter testimonium iesu: ⁊ ꝓpter uerbū dei. Et si qui nō adorauerūt bestiā nec imaginem eius: neq; acceperūt inscriptionē ī fronte aut in manu sua: ⁊ regnauerūt cū iesu mille annis. Reliqui eorū nō uixerūt: donec mille anni finiant'. Hec resurrectio prima ē. Beatus ⁊ sāctus ē qui habet ī hac prima resurrectione partē. In istis secūda mors nō habet potestatē: sed erunt sacerdotes dei ⁊ christi: ⁊ regnabūt cū eis annis mille. Qui propter hec uerba huius libri primā resurrectionē futurā suspicati sunt corporalē: iter cetera maxime numero annoꝝ mille permoti sūt: tanq; oporteret ī sanctis eo modo uelut tāti tēporis fieri sabbatismum uacationē scilicet sanctā post labores annoꝝ sex miliū ex quo creatus ē hō: ⁊ magni illius peccati merito ē huius mortalitatis crūnas de paradisi felicitate dimissus ē: ut quoniā scriptum ē unus dies apud dñm sicut āni mille: ⁊ mille āni sicut dies unus: sex annorum milib' tāq; dieb' sex ipletis sequatur uelut sabbati septim' ī annis mille postremis ad hoc scilicet sabbatum celebrandū resurgētib' sanctis. Que opinio eēt utcūq; tolerabilis si delitie alique spirituales ī illo sabbato affuture sanctis per dñī' presentiaz crederētur. Nā nos hoc etiā fuimus opinati aliquādo. Sed cū eos q̄ tunc resurrexerint dicāt īmoderatissimis carnalibus epulis uacaturos: ī q̄bus cibus sit tātus ac potus: ut nō solum nullā modestiā teneāt: sed modū quoq; ipsius īcredulitatis excedāt: nullo mō pñt nisi a carnalib' ista credi. Hi aūt q̄ spuales sūt istos ista credentes chiliastas uocāt greco uocabulo. Quō uerbū e uerbo exprimētes: nos possumus miliarios nūcupare. Eos autez longū ē refellere ad singula: sed potiꝰ quēadmodū hec scriptura accipienda sit iam debemus ostendere. Ait ipse dñs noster iesus christus. Nemo pōt ītroire in domū fortis ⁊ uasa eiꝰ erīpere: nisi prius alligauerit fortē: diabolum uolēs intelligi fortē: q̄a ipse genus humanū potuit tenere captiuuz: uasa uero eius q̄ fuerat erepturus: fideles suos futuros quos ille ī diuersis peccatis atq; īpietatib' possidebat. Ut ergo alligaret' hic fortis: ꝓpterea uidit iste aplus ī apocalypsi angelū ō celo descendētē habentē clauē abyssi: ⁊ catenā ī manu sua. Et tenuit inquit draconē illū serpentē antiquū q̄ cognominat' diabolus ⁊ sathanas: ⁊ alligauit illū mille ānis: hoc ē potestatez eius ab eis seducēdis ac possidēdis q̄ fuerāt liberādi cohibuit atq; frenauit. Mille aūt annis duob' mōis pñt quantū mihi occurrit ītelligi. Aut q̄a ī ultimis mille annis res ista agitur id ē sexto annorum miliario: tanq; sexto die cuius nūc spacia posteriora uoluuntur: secuturo deide sabbato quod nō habet uesperā: requiē scilicet sanctorum que nō habet finē: ut huius miliariī tanq; dici nouissimā partē: que remanebit usq; ad terminū seculi: mille annos appellauerit: eo loquēdi mō quo pars significat' a toto. Aut certe mille annos pro annis omnib' huius seculi posuit: ut perfecto numero notaretur ipa temporis plenitudo. Millenari' q̄ppe numerus denariī nūeri quadratū solidum reddit. Decem q̄ppe decies ducta: fiunt centum: que iaz figura quadrata sed plana est. Ut autem in altitudine surgat ⁊ solida fiat: rursus centum decies multiplicātur: ⁊

tra uitia et gerendũ acriter: ne ad dã
nabilia peccata pducat. Et ſi quidem
nondũ uictoriaz cõſuetudine robora
ta ſunt:facilius uincunt et cedũt : ſin
autẽ uincere atq; ĩperare cõſueuerũt:
laborioſa difficultate ſuperant. Neq;
enĩ id fit ueraciter atq; ſinceriter: niſi
uera delectatõe iuſtitie. Hoc eſt autez
fide chriſti. Nã ſi lex iubẽs adſit ⁊ ſpi
ritus iuuans deſit p ipſã ꝓhibitiõem
deſiderio creſcente atq; uincẽte pecca
ti etiã reatus p̃uaricatõis accedit: ut
nõnunquã ſint aptiſſima uitia que a-
lijs uitijs uincũt occultis:queque pu-
tant eſſe uirtutes:in q̃bus regnat ſup
bia:⁊ quedã ſibi placẽdi altitudo rui
noſa. Tũc itaq; uicta uitia deputãda
ſunt:cũ dei amore uincunt:que niſi õ
us ipſe nõ donat:nec aliter niſi p me-
diatorẽ dei et hoiuz hoiez chriſtũ ie-
ſũ q̃ factus eſt pticeps mõtalitatiſ no
ſtre:ut nos pticipes faceret diuitatis
ſue. Pauciſſimi autẽ ſunt tãte felicita
tis ut ab ipſa ineũte adoleſcẽtia nulla
dãnabilia peccata cõmittãt:uel in fla
gitijs uel in facinorib⁹: uel in nefarie
cuiuſquã ĩpietatis errore: ſz magna
ſpiritus largitate opprimãt:q̃cquid ĩ
eis poſſet carnali delectatione dñari.
Plimi uero p̃cepto legis accepto cuz
prius uicti fuerint p̃ualentibus uitijs
et p̃uaricatores effecti tũc ad gratiaz
cõfugiũt adiuuantẽ:qua fiãt et amari
us penitẽdo et uehemẽtius pugnãdo
pri⁹ deo ſubdita atq; ita carni p̃poſi-
ta mẽte uictores. Quiſquis ergo pe
nas cupit euadẽ ſẽpitnas non ſolum

baptizet nerũ etiã iustificet i christo: ac sic ve trãseat a diabolo ad christũ. Purgatorias autẽ pẽas nullas futas opinet nisi añ illõ ultimũ tremẽdũq; iudiciũ. Nequaq; tñ negandũ est: etiã ipsũ etnũ ignẽ p diuersitate meritorꝫ q̃uis malorũ alijs leuiorẽ alijs futuꝫ esse grauiorẽ: siue ipsius uis atq; ardor p pena digna cuiusq; uariet: siue ipse equalr ardeat: sꝫ nõ equali molestia sẽtiat.

De his q̃ putãt nullorꝫ hoiũꝫ pẽas i etnũ eẽ mansuras. cap. xvij.

n Unc iã cũ misericordib⁹ nostris agendũ esse uideo: ⁊ pacifice disputandũ q̃ uel oibus illis hominib⁹ quos iustissimus iudex dignos gehẽne supplicio iudicabit: uel q̃busdã eorũ nollunt credere penã sẽpiternã futurã: sed post certi tẽporis metas: pro cuiusq; peccati quantitate longioris siue breuioris eos inde existimant liberãdos. Qua in re misericordior p fecto fuit origenes qui ⁊ ipsũ diabolũ et angelos eius post grauiora p meritis et diuturniora supplicia ex ill⁹ cruciatib⁹ eruendos atq; sociãdos sãctis angelis credidit. Sed illũ et ppt hoc et ppter alia nõnulla: et maxime ppt alternãtes sine cessatõe beatitudinie ⁊ miserias et statutis seculorũ iterualis ab istis ad illas atq; ab illis ad istas itus ac reditus interminabiles nõ imerito reprobauit ecclesia. Quia ⁊ hoc q̃ misericors uidebat amisit. faciendo sanctis ueras miserias q̃b⁹ penas luerẽt ⁊ falsas beatitudines in quibus uerum ac securum hoc est sine timore certũ sempitni boni gaudiũ nõ hẽrent. Lõge autẽ alit istorũ misericordia humano erat affectu: q̃ hominũ illo iudicio dãnatorũ miseriias tẽporales: omniũ uero q̃ uel citius uel tardius liberant: eternã felicita tẽ putant. Que sentẽtia si propterea uera et bona quia misericors est: tanto erit melior et uerior quanto misericõdior. Extendatur ergo ac profundat fõs huius misericordie usq; ad dãnatos angelos saltẽ post multa atq; plixa quantũlibet secula liberãdos. Cui usq; ad uniuersam naturã manat humanam: ⁊ cũ ad angelicam uentum fuerit mox arescit. Non audẽt tamen se ulterius miserando porrigere: ⁊ ad liberatõem ipsius quoq; diaboli puenire. Uerꝫ si aliq̃s audeat uincit nẽpe istos: ⁊ tamen tanto inuenit errare õformius: ⁊ contra recta dei uerba peruersius quanto sibi uĩ sentire clemẽtiꝫ

De his q̃ nouissio iudicio propter intercessionem sanctorum neminẽ putant damnandũ esse. cap. xviij.

s Unt etiã quales in collucutõibus nostris ipse sum exptus: q̃ cũ uenerari uideantur scripturas sanctas: moribus iprobandi sunt: ⁊ agẽdo causam suam: multo maiorem q̃ isti misericordiam deo tribuunt erga humanũ genus. Dicunt enĩ de malis ⁊ infidelibus hominib⁹ diuinit⁹ qui dẽ uerum p̃dictum esse q̃ digni sunt: sed cum ad iudiciuꝫ uentũ fuerit: misericordiã esse supaturam. Donabit enĩ eos inquiunt misericors deus precibus ⁊ intercessionibus sanctorum suorũ. Si enim orabant p ill⁹ qñ eos patiebant inimicos: quãto magis qñ uidebunt humiles supplicesq; pstratos? Neq; enĩ credendũ est aiunt tunc amissuros sanctos uiscera misericordie cum fuerint plenissime ac pfectissime sanctitatis: ut q̃ tũc orabãt p inimicis suis qñ ⁊ ipsi sine peccato non erãt: tũc ñ orẽt p supplicibus suis qñ nullã ceperunt hẽe peccatũ. Aut uero deus tunc eos nõ exaudiet tot ⁊ tãtos filios suos: qñ in tãta corꝫ sanctitate nullã iueniet orõis impedimentum.

Testimōiū uero psalmi et illi q̄ pmit tūt ifideles atq; ipios hoies saltē lō go tēpore cruciari: ⁊ postea de mal' oī bus erui: sz magis isti p se dicunt esse ubi legit'. Nunqd obliuiscet' misereri deus: aut ꝓtinebit in ira sua suas mi- seratōes. Ira ei' ē inq̄unt: ut oēs indi gni beatitudie sēpiterna ipso iudicāte puniant' supplicio sēpitno. Sz si ut lō gū ul' uilū esse pmiserit: pfecto ut pos sit hoc fieri cōtiebit in ira sua misera tōes suas: qō eū psalmus dicit nō esse facturū. Nō eni ait affirmādo cōtine bit: sz negatōez sub iterrogatōe ponēs cū an cōtinebit itrogat: nimirū oñdit q̄a nō diu miseratōes suas ī ira conti neat. Sic ergo isti uolūt iudicū dei cō minatōem nō esse mēdacē: q̄uis sit ne minē dānaturus: quēadmodū eius cō minatōez qua dixit euersuꝝ se esse ni niuē ciuitatē: mēdacē nō possumus di cē: ⁊ tñ nō est factū inquiūt qō sine ul la cōditōe pdixit. Non eni ait niniue euertet' si nō egerint penitētiā seqz cō rexerint: sz hoc nō addito pnuntiauit euersionem futuram illius ciuitatis. Quā cōminatōem ꝓpterea ueracem putāt: q̄a hoc pdixit de' q̄ uere digni erāt pati: q̄uis hoc nō eēt ipse factu rus. Nā et si penitētib' pepcit inq̄unt utiqz illos penitentiā non ignorabat acturos: ⁊ tñ absolute ac diffite eoꝝ euersionē futurā eē pdixit. Hoc ergo erat inq̄ūt ī ueritate seueritatis: qua digni: sz ī rōe miseratōis nō erat: quā nō continuit in ira sua ut ab ea pena supplicib' pcēt quā fuerat cōtūacib' cōminatus. Si autē tūc pepcit aiunt: qñ sanctū suū ꝓphetā fuerat pcendo cōtristatur': q̄to magis tūc mirabili' supplicātib' pcet: qñ ut pcat oēs sācti ei' orabūt. Sz hoc qō ipsi suis cordi- b' suspicāt': iō putāt scriptas tacuisse dīnas: ut multi se corrigāt uel plixaꝝ uel etnaꝝ tiore penaꝝ: et sint q̄ pos- sint orare p eis q̄ non se correxerint.

Hec tñ opināt' oīmō id eloq̄a dīna ta cuisse. Nā quo ptinet inq̄unt qō scrip tū est: q̄ multa multitudo dulcedinis tue dñe quā abscōdisti timētib' te: ni si ut itelligam' ꝓpter timorē fuisse ab scōditā misericordie dīne tā multā se cretāqz dulcedinē. Addūt etiā ꝓptēa dixisse apostolū: cōclusit eni deus oēs in ifidelitate ut oibus misereat': quo significaret q̄ ab illo nemo dānabit'. Nec isti tñ q̄ hoc sentiunt: hāc opinio nē suā usqz ad liberatōem uel nullaz dānatōem diaboli atqz angeloꝝ eius extendūt. Humana q̄ppe circa solos hoies mouent' misericordia: ⁊ causaz maxime agunt suā: p generalē in gēs humanū quasi dei miseratōem ipuni tatē falsā suis pditis moribus pollicē tes. Ac p hoc supabunt eos in predi- cāda dei misericordia: q̄ hanc ipunita tē etiā pricipi demonū et eius satellitī b' pollicēt'.

De his q̄ ipunitatē oīum peccatoꝝ promittunt etiā hereticis propter pti cipationē corporis christi. cap. xix.

ī Tē sūt alij ab eterno supplicio liberationē nec ipsis saltē oib' hōibus ꝓmittentes: sed tātūmō chri sti baptismate ablutis q̄ pricipes fūt corporis eius: quōlibet uixerit: ī qua cūqz heresi uel ipietate fuerit ꝓpter il lud quod ait iesus. Hic est panis qui de celo descēdit: ut si quis ex ipso mā ducauerit nō moriatur. Ego sum pa nis uiuus qui de celo descendi. Si q̄s manducauerit ex hoc pane uiuet in eternum. Ab eterna ergo morte iqui unt necesse est istos erui: et ad uitam eternā quandoqz perduci.

De his qui nō oibus sz eis tantū q̄ apud catholicos sūt regenerati: etiā si postea in multa crima erroresqz prū- perit indulgentiā pollicent'. cap. xx.

i Tē sunt qui hoc nec oibus hñti bus baptismatis christi et eius corporis sacramētū: ſz ſol catholicis q̄uis male uiuentibus pollicent: quia nō solū sacramēto ſz re ipsa māducaueruṇt corp̄ christi in ipso corpe eius cōstituti. De quo dicit aplus: un̄ panis unū corp̄ multi sumus: ut etiā si postea in aliquā heresi uel etiā i gētiliū idolatriā lapsi fuerit: tantū quia i corpe christi id est in catholica ecclesia sūpserūt baptismū christi ⁊ mādducauerunt corpus christi nō moriant in eternū: ſz uitā q̄q̄ consequant ētnā: atq̄ illa ois ipietas quāto maior fuerit: non eis ualeat ad eternitatē: ſz ad diuturnitatē magnitudinēq̄ penarum.

De his q̄ eos q̄ pmanēt i catholica fide: ēt si pessime uixerit: ⁊ ob hoc uri meruerit: tñ ppt fidei fundamētū saluandos esse diffiniūt. cap. xxi.

ſ Unt aūt q̄ ppter id qō scriptū est qui pseuerauerit usq̄ in finē hic saluus erit: nō nisi i ecclesia catholica pseuerātibus q̄uis in ea male uiuentibus hoc pmittūt: p ignē uidelz saluandis: merito fundamenti ō quo ait aplus. Fūdamētū eni aliud nemo pōt ponē pret id qō positū est: quod ē christus iesus. Si q̄s aūt edificauerit supra fundamentū hoc aurū: argētū: lapides preciosos: ligna: fenū: stipulā. uniuscuiusq̄ opus manifestabit. Dies eni dñi declarabit: quia in igne ñue labit: ⁊ uniuscuiusq̄ opus quale sit ignis pbabit. Si cuius opus pmanserit qō supedificauit: mercedē accipiet. Si cuius opus autē arserit: detrimentū patiet: ipse autē saluus erit: sic tñ quasi p ignē. Dicūt ergo cuiuslibz uite catholicū christianū christū hīe in fundamēto: qō fundamentū nulla heresis hēt a corpis eius unitate precisa: ⁊ iō ppter hoc fundametū etiā si male uite fuerit catholicus christianus: uelut qui superedificauerit ligna fenū: stipulā: putant eū saluū fieri per ignē: id ē post penas ignis illi liberari: quo igne i ultio iudicio punientur mali.

De his qui putant ea crimina que inter elemosynarū crimina cōmittūt ad dānatōis iudiciū ñ uocari. c. xxij.

c Omperi autē etiā quosdā putare eos tantūmō arsuros illius ētnitate supplicij: q̄ p peccatis suis facē dignas elemosynas negligūt. Juxta illud apostoli iacobi. Judiciū autē sine misericordia fiet illi q̄ nō fecit misericordiā. Qui ergo fecerit inquiunt q̄uis mores in melius nō mutauerit sed iter ipsas suas elemosynas nefarie ac neqter uixit: cū misericordia illi iudiciū futurū est: ut aut nulla dānatiōe plectat: aut post aliquod tēp̄ siue puū siue plixū ab illa dānatōe liberetur. Jō iudicē ipsū uiuoꝝ atq̄ mortuorū noluisse existimāt aliud cōmemorare se esse dicturū: siue dextris quib̄ daturus est uitā eternā: siue sinistris quos eterno supplicio dānatur̄: nisi elemosynas siue factas siue nō factas. Ad hoc ptinere aiūt: ⁊ in oratōe dñica quotidianā postulatōem. Dimitte nobis debita nostra sicut ⁊ nos dimittim̄ debitorib̄ nr̄is. Quisq̄s eni illi q̄ in eū peccauit dimittit ignoscendo peccatū: pculdubio elemosynā facit. Quā rē dñs ipse sic cōmēdauit ut dicēt. Si eni dimiseritis peccata hōib̄: dimittet uobis et pat̄ uester peccata uestra. Si autē nō dimiseritis hōibus neq̄ pr̄ uester q̄ in cel̄ est dimittet uobis. Ergo ⁊ ad hoc gen̄ elemosynarū ptinet quod ait apostolus iacob̄: iudiciū futurū sine misericordia ei q̄ nō fecit misericordiā. Nec dixit dominus inq̄unt magna uel pua: ſz dimittet uobis pater uester peccata uīa: si

⁊ uos dimiseritis hoibus. Ac p hoc putant etiã eis qui pdite uixerint donec claudãt diẽ uite huius extremã. p hãc orõez qualiacũq; et quãtacũq; fuerit oia quotidie peccata dimitti: sicut ipsa quotidie frequẽtat oratio: si hoc tantũmõ custodire meminerint. ut qñ ab eis uenia petũt q̃ eos peccato qualicũq; leserũt: ex corde dimittãt. Cũ ad hec oia deo donãte respõdero: liber iste claudendus est.

Cõtra opinionẽ eorũ q̃ dicunt nec diaboli nec hominũ maloꝝ ppetua futura supplicia. cap. xxiij.

a Cprimũ queri optz atq; agnosci cur ecclesia ferre nequiuerit hoiuz disputatõez diabolo etiã post maxias et diuturnissias penas purgatõez uel indulgentiã pollicẽtẽ. Neque enim tot sãcti ⁊ sacris uetibus ac nouis litis eruditi mũdatõez ⁊ regni celoruz beatitudinẽ post qualiacũq; ⁊ quãtacũq; supplicia qualibetcũq; ⁊ quãtiscũq; ãgelis iuiderũt: sz potiꝰ uiderũt diuinã uacuari uꝫ infirmari nõ posse sentẽtiã: quã se pnũciauit dñus in iudicio ꝓlaturũ atq; dicturũ. Discedite a me maledicti in ignẽ eternũ: q̃ patꝰ est diabolo ⁊ ãgelis eius: sic q̃ppe oñdit etno igne diabolũ ⁊ ãgelos eiꝰ arsuros. Et q̃ scriptũ ẽ i apocalypsi diabolus q̃ seducebat eos missus ẽ in stagnuz ignis ⁊ sulfuris: quo ⁊ bestia et pseudo ꝓpheta cruciabunt die ac nocte in secula seculorũ. Qõ ibi dictũ ẽ eternũ: hic dictũ est i secula seculoꝝ. Quibus uerbis nihil scriptꝯa dũna significare cõsueuit: nisi q̃ finẽ nõ hz tẽporis. Quãobrẽ ꝓrsus nec alia causa nec iustior atq; manifestior iueniri potest: cur uerissima potestate teneatur fixũ ⁊ imobile: nullũ regressũ ad iustitiã uitãq; sanctorũ diabolũ ⁊ ãgelos eiꝰ hituros: nisi a scriptura que neminẽ fallit dicit eis deũ nõ pepcisse: ⁊ sic ab illo se esse it̃ ipios p̃dãnatos ut carcerib⁹ caligis iferni retrusi traderẽt̃ seruandi atq; ultio iudicio puniendi: qñ eos eternꝰ ignis accipiet: ubi cruciabũt̃ in secula seculoꝝ. Qõ si ita est: quõ ab huius et̃nitate pene uꝫ uniuersi uel quidã hoies post quãtũlibet tẽporis subtrahent̃: ac nõ stati enerua bit̃ fides qua credit̃ sempiternũ õmonũ futurũ eẽ suppliciũ. Si enim q̃bꝰ dicetur discedite a me maledicti in ignez et̃nũ q̃ patus ẽ diabolo ⁊ ãgel̃ eius ꝫ uniuersi uel aliq̃ eorũ nõ semper ibi erũt: quid cãc ẽ cur diabolus ⁊ ãgeli eiꝰ sẽper ibi futuri eẽ credãt. An forte dei sñia que in malos ãgelos ⁊ hoies ꝓferet̃: i ãgelos uera erit: in hoies falsa. Ita plane hoc erit si nõ qõ deus dixit: sz qõ suspicãt̃ hoies plꝰ ualebit. Qõ fieri q̃a nõ põt: nõ argumentari aduersus deũ: sz dino potiꝰ dũ tẽpus est debẽt pere p̃cepto: q̃ sẽpit̃no cupiũt carẽ supplicio. Deinde quale est et̃nũ suppliciũ ꝓ igne diut̃ni tẽporis existiare: ⁊ uitã et̃nã cedere sine fine: cũ christꝰ eodẽ ipso loco in una eadẽq; sentẽtia dixerit utrũq; cõplexus: sic ibũt isti in suppliciũ eternũ: iusti autẽ in uitã eternã. Si utrũq; eternũ profecto aut utrũq; cũ sie diut̃nũ: aut utrũq; sine fine ppetuũ dz itelligi: par pari enim relata sunt: hinc suppliciũ et̃nũ inde uita et̃na. Dicẽt autẽ in hoc uno eodẽq; sensu: uita eterna sine fine erit suppliciũ eternũ finẽ hẽbit: multũ absurdũ est. Unde q̃a uita eterna sãctorũ sine fine erit: suppliciũ quoq; eternũ quibus erit: proculdubio finẽ nõ hẽbit.

Cõtra coꝝ sensũ q̃ in iudicio dei oibus reis ꝓpt̃ sanctorũ p̃ces putãt esse parcendum. cap. xxiiij.

b Oc autẽ ⁊ aduersus eos ualz: q̃ suas agẽtes cãs ꝓt̃ dei uẽtre

ꝑba uelut miſericordia maiore conāt
ut ío uidelicet uera ſint: q̃a ea que di
xit hoies eſſe paſſuros pati digni ſūt
nō q̃a paſſuri ſunt. Donabit eni eos i
quiūt ꝓcibus ſāctoꝝ ſuoꝝ: et tūc tan
to magis orātiū ꝑ inimicis ſuis q̃to
ſunt utiq; ſāctiores: eorūq; eſt effica
cior oīo et exauditōe dei dignior: ia;
nullā hñtiū oio peccatū. Cur ergo ea
dē pfectiſſima ſāctitate: ⁊ cūcta impe
trare ualētibus mūdiſſis ⁊ miſericor
diſſis ꝓcibus etiā ꝑ āgel' nō orabūt q̃
bus paratus eſt ignis eternus: ut de'
ſententiā ſuā mitiget ⁊ reflectat i me
lius: eoſq; ab illo igne faciat alienos.
An erit forſitā q̃ſq̃ q̃ ⁊ hoc futuru;
eſſe ꝓſumat: affirmās etiā ſanctos an
gelos ſimul cū ſāctis hōibus q̃ tunc
equales erūt āgel' dei: ꝑ dānādis ⁊ ā
gel' ⁊ hōibus oraturos ut miſericor
dia nō patiant' qd̄ ueritate merentur
pati: qd̄ nemo ſane fidei dixit: nemo
dicturus eſt. Alioq̃n nulla cā eſt cur
nō etiā ꝑ diabolo nunc ⁊ angel' eius
oret eccleſia: quā magiſter de' pro ini
micis ſuis iuſſit orare. Hec igitur cā
qua fit ut ñc eccleſia nō oret ꝑ malis
angelis: quos ſuos nouit eē inimicoſ
cadē ipſa cā eſt qua fiet ut in illo tunc
iudicio etiā pro hominib' eterno igni
cruciādis: q̃uis pfecta ſit ſāctitate nō
oꝝ. Nūc eni ꝓpterea ꝑ eis orat quoſ
in genere humano hꝝ inimicos: quia
tēpus eſt penitētie fructuoſe. Nam ut
q̃d maxie ꝑ eis orat: niſi ut det ill' de'
ſicut dicit apoſtolus penitentiā ⁊ reſi
piſcant de diaboli laqueis a quo cap
tiui tenēt' ſecundū ipſius uoluntatē:
deniq; ſi de aliq̃bus ita certa eſſet: ut
q̃ ſt' illi ēt noſſet: q̃ lꝝ adhuc in hac ui
ta ſint cōſtituti: tñ ꝑdeſtinati ſūt in et'
nū igne ire cū diabolo: tā ꝑ eis ñ ora
ret q̃ nec ꝑ ipſo. Sed q̃a de nullo cer
ta eſt: orat ꝑ oībus duntaxat hōibus
inimicis ſuis in hoc corpe cōſtitutis:
nec tñ pro oibus exaudit'. Pro biſ.n.
ſol' exaudit': qui etſi aduerſant' eccle
ſie: ita ſūt tñ ꝑdeſtinati ut ꝑ eis exau
diat' eccleſia: ⁊ filij efficiāt' eccleſie. Si
q̃ autē uſq; ad mortē hēbūt cor ipeni
tens: nec ex inimicis cōuert'et' in filios
nūq̃d iā ꝑ eis id eſt pro taliū defūcto
rū ſpiritib' orat eccleſia? Cur ita niſi
q̃a in pte iā diaboli cōputāt': q̃ dum
eſſent in corpe nō ſūt trāſlati ad chri
ſtū. Eadē itaq; cā eſt cur nō oret' tunc
pro hōibus et'no igne puniēdis: q̃ cā
eſt ut neq; nūc neq; tūc oret' pro āge
lis mal': que itidē cā eſt: ut q̃uis ꝑ ho
minibus nunc uiuis oret' etiā malis:
tñ iā nec nūc oret' ꝑ ifidelib' ipij; ſq; ō
functis. Nā pro defūctis q̃buſdā uel
ipſius eccleſie uel quorūdā piorū ex
audit' oratio: ſꝝ pro his quoꝝ i chri
ſto regeneratorū nec uſq; adeo uita i
corpore male geſta eſt ut tali miſeri
cordia iudicentur digni non eſſe: nec
uſq; adeo bene ut talē miſericordiam
repiant' neceſſariā nō hēre: ſicut etiaꝝ
facta reſurrectōe mortuorū: ñ deerūt
q̃bus poſt penas quas patiunt' ſpiri
tus mortuorū ipertiat miſericordia:
ut in ignē nō mittant' eternum. Neq;
eni de q̃buſdā ueracitē diceret' q̃ nō
eis remittat' neq; in hoc ſeculo neq; i
futuro niſi eſſent quibus etſi nō i iſto
tñ remitteret' in futuro. Sꝝ cū dictu;
fuerit a iudice uiuorū atq; mortuoꝝ
uenite bñdicti ꝓtis mei: poſſidete pa
tū uobis regnū a cōſtitutōe mūdi: et
alij; ecōtrario: diſcedite a me maledi
cti in ignē et'nū q̃ patus eſt diabolo ⁊
angel' ei': ⁊ ibūt iſti in ſupplicū eter
nū: iuſti autē in uitā eternā: nimie ꝑ
ſūptōis eſt dicere cuiq̃ eorū eternum
ſupplicū nō futurū: quos deus it'os
in ſupplicū dixit eternū: ⁊ ꝑ huiuſ ꝑ
ſūptōnis ꝓſuaſionē facere: ut de ipſa
quoq; uita uel deſpet' uel dubitet' et'
na. Nemo itaq; ſic itelligat pſalmum
canentē. Nunq̃d obliuiſcet' miſereri
deus: aut cōtinebit i ira ſua miſatōes

ſuas:ut opinet de hōibus bonis uerā de malis falſā:aut de bonis hōibus ⁊ mal angelis uerā.de malis aūt homi bus falſā dei eē ſententiā. Hoc eni qò ait pſalmus ad uaſa miſericordie pti net:⁊ ad ipſos filios pmiſſionis:quo rū erat unus etiam ipſe ppheta. Qui cū dixiſſet nunqd obliuiſcet miſereri deus:aut cōtinebit in ira ſua miſerati ones ſuas: cōtinuo ſubiecit. Et dixi nūc cepi. Hec ē imutatio dextere excel ſi. Expo ſuit pfecto qd dixerit. Nūqd cōtinebit i ira ſua miſratōes ſuas. Ita eni dei ē ēt iſta uita mortalis: ubi hō uanitati ſimilis factus ē: ⁊ dies eius uelut ūbra ptercūt:i qua tñ ira ñ obli uiſcit miſereri deus:faciēdo ſolē ſuuz oriri ſup bonos ⁊ malos:⁊ pluendo ſup iuſtos et iniuſtos: ac ſic nō ptinz i ira ſua miſeratōes ſuas. Maxieqz i eo qò expreſſit hic pſalmus dicēdo nūc cepi. Hec ē imutatio dextē excelſi qm i hac ipſa eoz uāiſſima uita que ira dei ē uaſa miſicordie mutat i me lius:q̄uis adhuc i huius corruptōis miſeria maneat ira ei:qa nec in ipſa ira ſua cōtinet miſeratōes ſuas. Cum ergo in iſto mō cōpleat dini illius cā tici ueritas:nō eſt eā neceſſe etiā illic i telligi:ubi nō ptinentes ad ciuitatem dei ſēpiterno ſupplicio punient. Sz q̄ bus placet iſtā ſententiā uſqz ad illa i piorū tormēta ptendē ſaltē ſic itelli gāt ut manente in eis ira dei que eter no eſt pnūciata ſupplicio:nō contine at deus in hac ira ſua miſeratōes ſu as:⁊ faciat eos nō tanta quāta digni ſunt penaz atrocitate cruciari:ut eaſ penas uel nunq̄ ſubeāt uel aliqñ fini āt:ſz ut eas mitiores q̄ merita ſūt eo rū leuioreſqz patiant. Sic eni ⁊ ira ōi manebit:⁊ in ipſa ira ſua miſeratōes ſuas nō cōtinebit:qò qdē nō iō cōfir mo:qa nō reſiſto. Ceterū eos q̄ putāt minaciter potius q̄ ueraciter dictum diſcedite a me maledicti in ignē ētnū: ⁊ ibunt iſti in ſupplicīū eternuz ⁊ cru ciabunt in ſecula ſeculorū: ⁊ uermis eoz nō moriet:⁊ ignis nō extinguetur ⁊ cetera huiuſmodi:nō tā ego q̄ ipſa ſcriptura dīna planiſſime atqz pleniſ ſime ĩdarguit ac refellit. Niniuite qp pe in hac uita egerūt penitētiā: ⁊ iōo fructuoſā uelut in hoc agro ſeiantes in quo uoluit deus cū lachrymis ſeia ri qò poſtea cū letitia meteret. Et tñ quis negabit q̄ dñs pdixit in eis fuiſ ſe cōpletū niſi parū aduertat quēad modū peccatores deus nō ſolū irat̄: uerū etiā miſeratus euertat. Euertūt eni peccatores duobus modis:aut ſi cut ſodomite ut pro peccatis ſuis ipi hoies puniantur:aut ſicut niniuite ut ipſa hoium peccata penitendo deſtru ant. Factū ē ergo qò pdixit de̅. Euer ſa eni eſt niniue que mala erat:⁊ bōa edificata eſt que nō erat. Stantib̅.n. menibus atqz domibus :euerſa eſt ci uitas in pditis moribus. Ac ſic q̄uis ppheta fuerit cōtriſtatus:qa non eſt factū qò illi hoies timuerūt illo pphe tāte uenturū:factū ē tñ qò fuerat ōo pſcientie pdictū:quoniā nouerat q̄ p dixit quomō in melius eſſet iplendū. Ut autē nouerint iſti in puerſū miſeri cordes quo ptineat qò ſcriptum eſt. Quāmulta multitudo dulcedis tue dñe quā abſcōdiſti timentibus te:legāt ⁊ qò ſequtur:pfeciſti aūt ſpātibus : ni ſi qa ill q̄ timore penarū ſuarū ſuam uolunt iuſtitiā cōſtituere:que in lege ē nō eſt iuſtitia dei dulcis:qa neſciunt eā. Nō eni guſtauerunt eā: in ſe nāqz ſperant nō in ipſo:⁊ iō abſcōdit eis multitudo dulcedis dei:quoniā timet qdē deū:ſed illo timore ſeruili q̄ nō ē in caritate:qa perfecta caritas foras mittit timorē. Jō ſperātibus in eū pfi cit dulcedinē ſuā:in ſperādo eis cari tatē ſuā:ut timore caſto non quē cari tas foras mittit:ſed permanente in ſe culū ſeculi:cū gloriant i dño gloriet.

Iustitia dei quippe christus est:qui fa
ctus est nobis sicut dicit apostolus sa
pientia a deo:⁊ iustitia:⁊ sanctificatō
⁊ redēptio:ut quēadmodū scriptū est
qui gloriatur in dño glorietur. Hanc
dei iustitiam quam donat gratia sine
meritis:nesciunt illi qui suam iustitiā
uolunt cōstituere ⁊ ideo iustitie dei q̄
est christus non sunt subiecti. In qua
iustitia ē m'lta m'litudo dulcedis dei
propter quā dicit in psalmo. Gusta
te ⁊ uidete q̄ dulcis est dominus. Et
hanc quidem in hac peregrinatōe ge
stantes non ad satietatem sumentes:
esurimus eam potius ac sitimus: ut
ea postea saturemur cum uidebimus
eum sicuti est: ⁊ implebitur qd̄ scrip
tum est. Satiabor cum manifestabit'
gloria tua. Ita perficit christus mul
tam multitudinē dulcedis sue speran
tibus in eum. Porro autē si eā quaz
illi putant dulcedinē suā deus absco
dit timentibus eū:qua non est ipios
dānaturus:ut hoc nesciētes ⁊ dānari
timētes recte uiuāt:ac si possint esse
q̄ orent pro nō recte uiuētibus: quo'
modo eā perficit sperantibus in eum
quandoquidē sicut somniāt per hāc
dulcedinē nō dānaturus est eos q̄ nō
sperant i eū. Illa igitur eius dulcedo
queratur:quā perficit sperantibus in
eū:nō quā perficere putatur contem'
nentibus ⁊ blasphemantibus eum.
Frustra itaq̄ hō positus i hoc corpo
re occultorū dei iudiciorum sibi noti
tiā arrogare presumit. Illud quoque
apostolicū:conclusit eni deus omnes
in infidelitate ut omnibus misereat'.
non ideo dictum est q̄ sit neminē dā'
naturus:sed superius apparet unde
sit dictum. Nā cum de iudeis postea
cīdituris apostolis loqueretur ad gē
tes:ad quas utiq̄ iam credentes scri
bebat epistolas. Sicut enim uos inq̄t
aliquando non credidistis deo: nunc
autem misericordiam consecuti estis
illorum incredulitate:sic ⁊ hi non cre
dideruntin uestra misericordia: ut et
ipsi misericordiam consequantur. De
inde subiecit unde isti sibi errādo blā
diuntur atq̄ ait. Conclusit enim deus
omnes in infidelitate ut omnib' mise
reatur. Quos omnes nisi de quibus
loquebatur tanquam dicens ⁊ uos ⁊
illos. Deus ergo ⁊ iudeos ⁊ gentiles
quos presciuit ⁊ predestinauit confor
mes fieri imaginis filij sui: omnes in
infidelitate cōclusit ut de amaritudie
infidelitatis sue penitendo confusi:et
ad dulcedinē misericordie dei creden
do conuersi:clamarēt illud ī psalmo.
Quāmulta multitudo dulcedinis tue
domine:quam abscondisti timētibus
te:perfecisti autē sperantibus non in
se sed in te. Omnium itaq̄ miseretur
uasorum misericordie quidem omni
um:⁊ eorum scilicet quos ex gentib'
⁊ eorum quos ex iudeis predestiauit:
uocauit:iustificauit:glorificauit: non
omnium hominum:sed istorum om-
nium neminem dānaturus.

An hi qui inter hereticos baptiza
ti sunt:⁊ deteriores postea male uiuē
do sunt facti:uel hi qui apud catholi
cos renati ad hēses aut scismata trā'
sierunt:uel hi qui a catholicis apud
quos renati sunt non recedentes cri'
minose uiuere perstiterunt: possint p̄
uilegio sacramentorum remissionez
eterni sperare supplicij.cap.xxv.

S Ed iam respondeamus etiam
illis qui non solum diabolo et
angelis eius sicut nec isti: sed ne ipsis
quidem omnibus hominibus libera
tionem ab eterno igne promittunt:
uerum eis tantum qui christi baptis
mate abluti:⁊ corporis eius ⁊ sāgui
nis participes facti sunt: quomodoli
bet uixerint:ī quacūque heresi uel im
pietate fuerint. Sed contradicit eis

apostolus dicens. Manifesta autem sunt opera carnis. Que sunt fornicatio: immunditia: luxuria: idolorum seruitus: ueneficia: inimicicie: contentiones emulationes: animositates: dissensiones: heresis: inuidie: ebrietates: comessationes: ⁊ his similia: que predico uobis sicut predixi: quoniam qui talia agunt regnum dei non possidebunt. Hec profecto apostolica sententia falsa est: si tales post quantalibet tempora liberati regnum dei possidebunt. Sed quoniam falsa non est: profecto regnum dei non possidebunt. Et si in regni dei possessione nunquam erunt eterno supplicio tenebuntur: quoniam non est medius locus ubi non sit in supplicio: qui illo non fuerit constitutus in regno. Quamobrem quod ait dominus iesus hic est panis qui de celo descendit: si quis ex ipso manducauerit non morietur: ego sum panis uiuus qui de celo descendi: si quis manducauerit ex hoc pane uiuet in eternum: quomodo sit accipiendum merito queritur. Et ab istis quidem quibus nunc respondemus: hunc intellectum auferunt illi: quibus deinde respondendum est. Hi sunt autem qui hanc liberationem nec omnibus hominibus sacramentum baptismatis ⁊ corporis christi: sed solis catholicis quamuis male uiuentibus pollicetur. Quia non solum inquiunt sacramento sed re ipsa manducauerunt corpus christi: in ipso scilicet eius corpore constituti de quo ait apostolus. Unus panis unum corpus multi sumus. Qui ergo est in eius corporis unitate id est in christianorum compage membrorum: cuius corporis sacramentum fideles communicantes de altari sumere consueuerunt: ipse uero dicendus est manducare corpus christi: et bibere sanguinem christi. Ac per hoc heretici ⁊ scismatici ab huius unitate corporis separati possunt idem percipere sacramentum: sed non sibi utile: imo uero etiam noxium: quo iudicetur grauius q̃ uel tardius liberetur. Non sunt quippe in eo uinculo pacis quod in illo exprimitur sacramento. Sed rursus etiam isti qui recte intelligunt non dicendum eum manducare corpus christi qui in corpore non est christi: non recte promittunt eis q̃ uel in heresim: uel etiam in gentilium superstionem ex illius corporis unitate labuntur: liberationem quandoq; ab eterni igne supplicij. Primo quia debent attendere q̃ sit intolerabile atq; a sana doctrina nimis deuium ut milti ac pene omnes qui heresis impias condiderint exeuntes de catholica ecclesia: ⁊ facti sunt heresiarche: meliores habeant causas q̃ hi qui nunquam fuerunt catholici: cum in eorum laqueos icidissent: si illos heresiarchas hoc facit liberari a supplicio sempiterno. q̃ in catholica ecclesia baptizati sunt ⁊ sacramentum corporis christi i uero christi corpore primitus acceperunt: cum peior sit utiq; desertor fidei: ⁊ ex desertore oppugnator eius effectus. q̃ ille qui non deseruit quam nunquam tenuit. Deinde quia et his occurrit apostolus eademq; uerba proferens: ⁊ enumeratis illis carnis operibus eadem ueritate predicens: quoniam qui talia agunt regnum dei non possidebunt. Unde nec illi in perditis et damnabilibus moribus debent esse securi: q̃ usq; in finem quidem uelut in communione ecclesie catholice perseuerant i tuentes quod est dictum. Qui perseuerauerit usq; in finem hic saluus erit: ⁊ per uite iniquitatem ipsam uiam iustitie quod eis christus est deserunt: siue fornicando: siue alias immunditias flagitiorum quas nec apostolus exprimere uoluit i suo corpore ppetrando: siue turpitudine luxurie defluendo

ſiue aliq̃d aliud eorũ agẽdo:de q̃bus
ait:quoniã qui talia agunt regnũ dei
non poſſidebunt. Ac per hoc q̃cunq̃
agunt talia:niſi in ſupplicio ſempiter
no nõ erunt:q̃a in regno dei eſſe non
potuerunt. In his enim perſeuerãdo
uſq̃ in huius uite finẽ:non utiq̃ dicẽ
di ſunt in chriſto pſeuerasſe uſq̃ in fi
nẽ:q̃a in chriſto perſeuerare eſt i eius
fide pſeuerare:que fides ut eã diffinit
apoſtolus p dilectionẽ operatur. Dile
ctio autẽ ſicut ipſe alibi dicit malũ nõ
operat. Nec iſti duo ergo dicendi ſũt
manducare corpus chriſti: quoniam
nec in membris cõputandi ſunt chri
ſti. Ut enĩ alia taceam:non poſſunt ſi
mul eſſe ⁊ membra chriſti ⁊ mẽbra
meretricis. Deniq̃ ipſe dicens q̃ man
ducat carnẽ meã ⁊ bibit ſanguinem
meũ:in me manet:⁊ ego in eo:oſtẽdit
quid ſit non ſacramento tenus:ſed re
uera corpus chriſti manducare: ⁊ eiꝰ
ſanguinẽ bibere. Hoc eſt enĩ in chriſto
manere:ut in illo maneat ⁊ chriſtus.
Sic enĩ hoc dixit tãquã diceret. Qui
nõ in me manet ⁊ in quo ego nõ ma
neo:non ſe dicat aut exiſtimet mãdu
care corpus meũ:aut bibere ſanguiẽ
meũ. Nõ itaq̃ manet in chriſto:q̃ nõ
ſunt mẽbra eiuſ. Nõ ſunt autẽ mẽbra
chriſti: q̃ ſe faciunt mẽbra meretricis
niſi malũ illud penitendo eſſe deſtite
rint:⁊ ad hoc bonum reconciliatione
redierint.

Quid ſit in fundamento habere
chriſtum:⁊ quibus ſpondeatur ſalus
quaſi p ignis uſturã.cap.xxvi.

ſ Ed habent iquiunt chriſtiani
catholici in fundamẽto chriſtũ
a cuius ueritate nõ receſſerunt:tñ ⁊ſi
huic fundamẽto ſupedificauerũt q̃li
bet peſſimã uitã: uelut ligna:fenũ: ſti
pulã. Recta itaq̃ fides per quã chri
ſtus eſt fundamentũ:quãuis cũ dãno
quoniã illa que ſupedificata ſunt exu
rent:tamẽ poterit eos quãdoq̃ ab il
lius ppetuitate ſaluare. Reſpondeat
eis breuiter iacobus apoſtol⁹. Si q̃s
dicat ſe fidẽ habere:opera autẽ nõ ha
beat:nunq̃d poterit fides ſaluare eũ?
Et quis eſt inq̃ũt de quo dicit apſto
lus paulus. Ipſe autẽ ſaluus erit: ſic
tamen quaſi p ignẽ. Simul quis iſte
ſit inquiramus. Hunc tñ non eſſe cer
tiſſimũ eſt:ne duorũ apoſtolorũ ſen
tentias mittamus in rixã. Si unuſ di
cit etiã ſi mala opera quis habuerit
ſaluabit eũ fides per ignẽ:alius autẽ
ſi opa nõ habeat nunq̃d poterit fides
ſaluare eũ. Inuẽiemus ergo q̃ poſſit
p ignẽ ſaluari: ſi prius inuenerimus
q̃d ſit in fundamẽto habere chriſtuz.
Quod ut de ipſa ſimilitudine quãto
cius aduertamus:nihil in edificio pre
ponitur fundamẽto. Quiſquis itaq̃
ſic hẽt in corde chriſtũ: ut ei terrena
⁊ tẽporalia nec ea que licita ſunt atq̃
cõceſſa preponat fundamentũ habz
chriſtũ. Si autẽ preponit: etſi uideat
habere fidẽ chriſti:nõ eſt tamen in eo
fundamentũ chriſtus:cui talia prepo
nuntur. Quãto magis ſi ſalutaria p
cepta contemnens committat illicita
etiam non prepoſuiſſe chriſtum: ſed
poſtpoſuiſſe conuincitur: quem poſt
habuit imperantem ſiue concedentẽ:
dum contra eius imperata ſiue con
ceſſa ſuam per flagitia delegit expleze
libidinẽ. Si quis itaq̃ chriſtianuſ di
ligit meretricẽ:eiq̃ adherens unum
corpus efficitur:iã fundamentũ non
habet chriſtum. Si quis autẽ diligit
uxorem ſuã ſi ſecundum chriſtũ: q̃s
ei dubitet in fundamẽto eſſe chriſtũ.
Si uero ſecundũ hoc ſeculum ſi car
naliter:ſi morbo concupiſcentiarum
ſicut ⁊ gentes que ignorant deum:et
hoc ſecundum ueniam concedit apo
ſtolus:imo per apoſtolum chriſtus.
Poteſt ergo et iſte i fũdamẽto habere

christum. Si enim nihil ei talis affectiōis uoluptatisq; preponat: quāuis superedificet ligna: fenū: stipulā: christus est fundamētum: propt̄ hoc saluus erit per iguem. Delicias quippe huiusmodi amoresq; terrenos: ꝓpter cōiugalem quidem copulam nō damnabiles tribulatiōis ignis exuret: ad quē pertient ignem: ⁊ orbitates ⁊ quecūq; calamitates que auferūt hec. Ac per hoc ei qui edificauit erit edificatō ista damnosa: quia nō habebit quod superedificauit: ⁊ eorum amissiōe cruciabitur. quibus fruēdo utiq; letabatur: sed per hunc ignem saluus erit merito fundamēti: quia etsi utrum id an christum habere malet a persecutore preponeretur: se malet christum habere q̄ ista liberrime profiteretur. Uide in apostoli uerbis hominez edificantem super fundamētū hoc: aurꝫ: argentum: lapides preciosos. Qui sine uxore est inquit: cogitat que sunt dei quomodo placeat deo. Uide aliū edificantē ligna: fenum: stipulā. Qui autem matrimonio iunctus est iquit: cogitat que sunt mūdi quomodo placeat uxori. Uniuscuiusq; opus quale sit manifestabit̄. Dies enim domini ō clarabit: dies utique ire dies tribulationis: quoniā in igne iquit reuelabit̄. Eandemq; tribulationem ignem uocat: sicut alibi legitur. Uasa figuli probat fornax et homines iustos tentatio tribulatōnis. Et uniuscuiusq; op' quale sit ignis ꝓbabit. Si cuius opus permanserit: permanet enim quod q̄sq; cogitat que sunt dei quomodo placeat deo quod superedificauit: mercedem accipiet: id est ūde cogitauit hoc sumet. Si cuius autem opus arserit: damnum patietur: quoniam quod dilexerat non habebit. Ipse autem saluus erit quia nulla eus tribulatio ab illius fundamēti stabilitate semouit. Sic tamen quasi per ignē. Quod enim sine illiciente amore non habuit: sine urente dolore non perdit. Ecce quantū mihi uidetur inuentus est ignis: q̄ nullā eorū damnet: sed unū ditet: alterum damnificet: ābos probet. Si aūt ignem illum loco isto uoluerimus accipere: de quo dominus dicit sinistris Discedite a me maledicti in ignē eternū: ut in eis etiam isti esse credantur qui edificant super fundamētū ligna: fenū: stipulam: eosq; ex illo igne post tempus pro malis meritis impertitū liberet boni meritū fundamenti: quid arbitramur dexteros quibus dicetur uenite benedicti patris mei possidete paratum uobis regnum: nisi eos qui superedificauerunt super fundamētū: aurū: argentū: lapides preciosos. Sz in illū ignem de quo dictum est: sic tamen quasi per ignē: si hoc modo ē intelligendus: utriq; mittēdi sunt: ⁊ dexteri scilicet ⁊ sinistri. Illo quippe igne utriq; probandi sunt de quo dictum est: dies eni domini declarabit: quia i igne reuelabitur: ⁊ uniuscuiusq; opus quale sit igis ꝓbabit. Si ergo utrūq; probabit ignis ut sit si cuius opus ꝑ manserit id est non fuerit igne cōsumptum quod superedificauit: mercedez accipiet: si cuius autem opus arserit: damnum patietur: profecto non ē ille ipse eternus ignis. In illum enim soli sinistri nouissima ⁊ perpetua damnatione mittentur: iste autem dextros probat. Sed alios eoꝫ sic probat ut edificiū super christum fundamentū ab eis inuenerit esse cōstructum: non exurat atq; cōsumat: alios autē aliter id est ut quod superedificauerūt ardeat damnāq; inde patiantur: salui fiāt autē quoniam christum in fundamētum stabiliter positum precellenti caritate tenuerunt. Si autem salui fient: profecto ⁊ ad dexteram stabunt ⁊ cū ceteris audient: uenite benedicti pātis mei: possidete paratū uobis regnum

nō ad ſiniſtrā ubi illi erunt qui ſalui nō erūt: ⁊ ideo audient diſcedite a me maledicti in ignem eternū. Nemo q̄p pe ab illo igne ſaluabitur: quia in ſup pliciū eternum ibunt illi oēs: ubi uer mis eorū non morietur ⁊ ignis non extinguetur: quo cruciabuntur die ac nocte in ſecula ſeculorum. Poſt iſti' ſane corporis mortem: donec ad illū ueniatur qui poſt reſurrectōnē corpo rū futurus eſt damnatōis et remune ratōis ultimus dies: ſi hoc tēporis interuallo ſpiritus defunctorum eiuſ modi ignē dicuntur perpeti: quē non ſentiant illi qui nō habuerunt tales mores et amores in huius corporis uita ut eorū ligna ⁊ fenum ⁊ ſtipula cōſumatur: alq̄ uero ſentiāt q̄ eiuſmo di ſecū edificia portauerūt: ſiue ibi tā tū: ſiue hic et ibi: ſiue iō hic ut nō ibi: ſecularia q̄uis a dānatōe uenalia cō cremantē ignē trāſitorie tribulatōis ī ueniāt: nō redarguo: q̄a forſitan uerū eſt. Poteſt quippe ad iſtā tribulatōēz ptinere etiā mors ipſa carnis que de peccati primi ppetratōe cōcepta eſt: ⁊ ſecundū cuiuſq̄ edificiū tempore ſuo ab uno quoq̄ ſuſcepta: poſſunt ⁊ per ſecutōes eccleſie quibus martyres co ronati ſunt: ⁊ quas patiunt q̄cunque Chriſtiani probant utraq̄ edificia ue lut ignis: ⁊ alia cōſumunt cū ipſis edi ficatoribus: ſi chriſtū in eis nō iueni unt fundamentū: alia ſine ipſis ſi iue niunt: q̄a licet cū dāno ſalui erūt: ipſi non cōſument propter chriſti uidelicz meritū in fundamento reperti q̄ ma net in eternū. Erit enim tribulatio in fine ſeculi tempore antichriſti qualis nunquam antea fuit: quia multa erūt tunc edificia ſiue aurea ſiue fenea ſup optimum fundamentum quod ē chri ſtus ieſus: ut ignis ille probet utraq̄ ⁊ de alīs gaudium de alīs inferat dā num. Neutros tamen perdat: in qui bus hec inueniet propter ſtabile fun damentum. Quicunq̄ autē non dico uxorē cuius etiā cōmixtiōe carnis ad carnalem utitur uoluptatē: ſed ipſa que ab huiuſmodi delectatōibus alie na ſunt nomia pietatis: humano mo re carnaliter diligēdo: chriſto antepo nit: nō eū habet in fundamēto. Et iō nō per ignem ſaluus erit: ſed ſaluus non erit: quia eſſe cū ſaluatore nō po terit: q̄ de hac re aptiſſime loquēs ait. Qui amat patrē aut matrem pluſ q̄ me nō eſt me dignus: ⁊ qui amat filiū aut filiā ſuper me: nō eſt me dignus. Uez qui has neceſſitudines ſic amat carnaliter: ut tam eas chriſto domio non preponat: malitq̄ ipſis carere q̄ chriſto: ſi ad hunc fuerit articulū ten tationis adductus: p ignē erit ſaluus quia et earum amiſſione tantum ne ceſſe eſt urat dolor: quantum beſerat amor. Porro qui patrem: matrem: fi lios: filias ſecūdum chriſtū dilexerit. ut ad eius regnū obtinendum eiq̄ co herendum eis cōſulat: uel hoc ī eis di ligat q̄ mēbra ſūt chriſti: abſit ut iſta dilectio reperiat in lignis: feno: et ſti pula cōſumēda: ſz p̄ſus edifio aureo argenteo gēmeoq̄ deputabit. Quo mō autē pōt eos plus amare q̄ chri ſtū: quos amat utiq̄ ppter chriſtū.

Cōtra eorū pſuaſionē q̄ putāt ſibi nō obfutura peccata in quib' cū ele moſynas facerēt pſtiterūt. cap. xxvij.

r Eſtat eis reſpōdere: qui dicunt eterno igne illos tantūmō arſu ros q̄ pro peccatis ſuis dignas facere elemoſymas negligūt ppter illud q̄ ait apoſtolus iacob': iudiciū autē ſine miſericordia illi q̄ nō fecit miſericor diā. Qui ergo fecit inq̄unt quāuis ñ correxerit pditos mores: ſed nefarie ac neq̄ter inter ipſas ſuas elemoſynaſ uixerit: cū miſericordia illi futurū eſt iudiciū: ut aut nō damnetur omino.

aut post aliquod tēpus a damnatiōe nouissima liberetur. Nec ob aliud existimant christū de solo delictu atque neglectu elemosynarū discretionē inter dextros ⁊ sinistros esse facturū quoꝫ alios in regnum alios in supplicium mittet eternum. Ut autē quotidiana sibi opinetur que facere omnino non cessant: qualiacūq; ⁊ quantacunque sint: per elemosynas dimitti posse peccata: orationem quam docuit ipse dominus: ⁊ suffragatricem sibi adhibere conantur et testem. Sicut enī nullus est inquiūt dies quo a christianis hec oratio non dicatur: ita nullus est quotidianum qualecunque peccatum: quod per illam non dimittatur cū dicimus dimitte nobis debita nostra: si quod sequitur facere curemus: sicut ⁊ nos dimittimus debitoribꝰ nostris. Non enī ait dominus inquiunt: si dimiseritis peccata hominibus: dimittet uobis pater quotidiana parua peccata: sed dimittet inquit uobis peccata uestra. Qualiacūq; ergo uel quātacūq; sint etiā si quotidie ꝓpetrentur: nec eis uita discedat in melius cōmutata per elemosynā uenia nō negata remitti sibi posse presumunt. Sed bene qō isti dignas pro peccatis elemosynas cōmonēt esse faciēdas. Quoniā si dicerent qualescūq; elemosynas ꝑ peccatis quotidianis ⁊ magnis: ⁊ quātacunq; scelerꝫ cōsuetudie misericordiā posse ipetrare diuinā: ut ea quotidiana remissio sequeret: uiderēt se rē dicere absurdā atq; ridiculā. Sic enim cogerentur fateri fieri posse ut opulentissimus hō decem denarijs diurnis in elemosynas ipensis homicidia ⁊ adulteria ⁊ nefaria queq; facta redimerē. Qō si absurdissimū ⁊ insanissimū ē dicere profecto si queratur que digne sint elemosyne pro peccatis de q̄bus etiā ꝑ christi ꝑcursor ille dicebat facite ergo fructus dignos penitētie: procul dubio nō inuenientur eas facere qui uitā suam usq; ad mortē quotidianorum criminū perpetratione cōfodiūt. Primum quia in auferēdis rebus alienis longe plura diripiūt: ex quibus perexigua paupibus largiēdo christū se ad hoc pascere existimāt: ut licētiā malefactorū se ab illo emisse uel quotidie potius emere credentes securi dānabilia tāta cōmittant. Qui si ꝑ uno scelere omnia sua distribuerēt indigētibus membris christi: nisi desisterent a talibus factis hñdo caritatē que non agit perperā: aliq̄d eis prodesse non posset. Qui ergo dignas pro suis peccatis elemosynas facit: prius eas incipit facere a seipso. Indignū est enī ut in se non faciat qui facit in proximū: cuꝫ audiat dicentē deum diliges proximū tuum tanquam teipsum. Item audiat. Miserere anime tue placens deo. Hāc elemosynā id est ut deo placeat non faciēs anime sue: quomodo dignas pro peccatis suis faceī elemosynas est dicendus. Ad hoc enī ⁊ illō scriptum est. Qui sibi malignus est cui bonus erit? Orātōes quippe adiuuant elemosyne. Et utiq; intuendum est quod legimus. Fili peccasti: nō adiicias iterū: ⁊ de preteritis tuis deprecare ut tibi dimittantur. Propt̄ hoc ergo elemosyne faciende sunt: ut cū ō ꝑteritis peccatis deprecamur exaudiamur: nō ut in eis ꝑseuerantes licētiā malefaciendi nos ꝑ elemosynas cōparare credamꝰ. Jō aūt dñs ⁊ dextris elemosynas ab eis factas: ⁊ sinistris nō factas se iputaturum esse predixit: ut hinc ostenderet quātum ualeant elemosyne ad priora delenda: non ad ꝑpetua impune cōmittenda peccata. Tales autē elemosynas non dicendi sunt facere: qui uitam nolunt a cōsuetudine scelerum in melius commutare. Quia ⁊ in hoc quod ait: quando uni ex minimis meis nō fecistis mihi

non fecestis:ostendit eos nō facere ēt
quādo se facere existimāt. Si enī chri
stiano esurienti panē tānq̄ christo da
rent:profecto sibi panē iustitie quod
ipse christus est nō negarent. Quoni
am deus non cui detur sed quo anio
detur attendit. Qui ergo christū dili-
git in christiano hoc anio ei porrigit
elemosynaz quo accedit ad christum
nō quo uult recedere īpunitus a chri
sto. Tanto enim magis quisq̄ ōserit
christum:quanto magis diligit quod
improbat christus. Nam quid cuiq̄
prodest q̄ baptizatur si nō iustificat.
Nonne qui dixit nisi quis renatus fu
erit ex aqua et spiritu sancto nō intra
bit in regnum dei:ipse etiam dixit nisi
abundauerit iustitia uestra sup scri-
barum et phariseorū:non intrabitis ī
regnū celorū. Cur illud timendo mlti
curant baptizari:⁊ hoc non timendo
non multi curant iustificari? Sicut er
go ñ dicit fratri suo fatue: qui cū hoc
dicit non ipsi fraternitati sed peccato
eius infensus est:alioquin zeus erit ge
hēne ignis:ita ecōtrario qui porrigit
elemosynam christiano: non christia
no porrigit qui non in eo diligit chri
stū:non autē diligit christū qui iustifi
cari ⁊ usat a christo. Et quēadmodū
si quis preoccupatus fuerit in aliquo
dilecto ut fratri dicat suo fatue: id est
non eius peccatū uolens auferre con
uincitur iniustitia:parū est illi ad hoc
redimendum elemosynas facere nisi
etiam quod ibi sequitur remediuz re
conciliationis adiungat. Ibi enim seq̄
tur. Si ergo offers munus tuū ad al
tare:⁊ ibi recordatus fueris quia fra
ter tuus habz aliquid aduersū te:reli
que ibi munus tuum ad altare ⁊ ua
de prius reconciliari fratri tuo: ⁊ tūc
ueniens offeres munus tuum: ita pa
rū est elemosynas quātaslibet facere
pro quocunq̄ scelere:⁊ in cōsuetudie
scelerū pmanere. Oratio uero quoti
diana quā docuit ipse dominus: ūde
dominica nominatur: delet quidem
quotidiana peccata cū quotidie dici-
tur dimitte nobis debita nostra: quā
do id quod sequit nō solū dicit sz eti
am fit:sicut et nos dimittimus debi
toribus nostris. Sed q̄a fiunt pecca-
ta ideo dicitur:nō ut iō fiāt q̄a dicit.
Per hanc enī uoluit saluator oñdere
quantūlibet iuste in huius uite caligi
ne atq̄ infirmitate uiuam⁹:nō nobis
decē peccata pro quibus dimittendis
debeamus orare:⁊ eis qui in nos pec
cant ut ⁊ nobis ignoscatur ignoscere
Nā itaq̄ propterea dominus ait. Si
dimiseritis hominib⁹ peccata dimit
tet uobis pater uester peccata uestra
ut de hac orōe cōfisi securi quotidia
na scelera faceremus:uel potētia qua
nō timeremus hominū leges:uł astu
tia qua ipsos hoīes falleremus: sz ut
p illā disceremus nō putare nos esse
sine peccatis:etiam si criminibus esse
mus imunes:sicut etiā legis uetis sa-
cerdotes hoc ipsū de sacrificijs admo
nuit:q̄ iussit eos primū pro suis deiñ
pro populi offerre peccatis. Naz etiā
ipsa uerba tāti magistri ⁊ domini no
stri uigilanter intuenda sunt. Nō enī
ait si dimiseritis peccata hominibus
⁊ pater uester dimittet uobis qualia
cunq̄ peccata:sed ait peccata uestra.
Quotidianā orationē docebat: ⁊ iu-
stificatis utiq̄ discipulis loquebatur
Quid est ergo peccata uestra nisi pec
cata sine q̄bus nec uos estis qui iusti
ficati ⁊ sanctificati estis. Ubi ergo il
li q̄ p hanc orationē occasionē perpe
trādorū scelerū quotidie querūt:signi
gnificasse dicūt dñuz etiā magna pec
ta quōiā nō dixit dimittet uobis pec
cata parua:sz peccata uestra: ibi nos
cōsiderantes qualibus loquebatur et
audiētes dictum peccata uestra:nihil
aliud debem⁹ existimare q̄ pua: quo
niam talium iam non erant magna.

tunduntur. Nam ⁊ vbi diligentia ē q̃ nunc apud nos esse cepit: vt libelli eorum qui beneficia percipiunt recitent̃ in populo: semel hoc audiunt qui aff̃t plureſque non affunt: vt nec illi qui affuerunt poſt aliquot dies quod audierunt mente retineant ⁊ vix quiſq̃ reperiatur illorum: qui ei quem non affuiſſe cognouerit indicet quod audiuit. Unum eſt apud nos factum non maius q̃ illa que dixi: ſed tam clarus atq; illuſtre miraculum: vt nullum arbitrer eſſe hipponenſium qui hoc vel non viderit: vel didicerit nullum qui obliuiſci ulla ratione potuerit. Decem quidem fratres quorum ſeptem ſunt mares: tres femine: ꝺ ceſarea cappadocie ſuorum ciuium nō ignobiles maledicto matris recenti patris eorus obitu deſtitute: que iniuriam ſibi ab eis factam acerbiſſime tulit: tali pena ſūt diuinitus coerciti: vt horribiliter quãterentur omnes tremore membrorũ. In qua fediſſima ſpecie: oculos ſuorũ ciuium non ferentes: quaquauerſum cuiq; ire viſum eſt: toto pene vagabãt̃ orbe romano. Ex his enim ad nos venerũt duo frater ⁊ ſoror: paulus ⁊ palladia: multis alijs locis miſeria diffamante iam cogniti. Uenerunt autē añ paſca ferme dies. xv. ⁊ eccleſias quotidie ingredientes: in ea memoriã glorioſiſſimi ſtephani martyris frequẽtabant orantes vt ſibi iam placaret̃ de⁹: ⁊ ſalutem priſtinam redderet. Et illic ⁊ quocunq; ibant: conuertebant in ſe ciuitatis aſpectum. Nonnulli qui eos alibi viderant cauſãq; tremoris eorus nouerant: alijs ⁊ cuicunq; poterant indicabãt. Uenit ⁊ paſca: atq; ipſo die dominico mane cum iam populus frequens preſens eſſet: ⁊ loci ſãcti cancelos vbi martyrium erat idem iuuenis orans teneret: ⁊ repente proſtratus ē ⁊ dormienti ſimillimus iacuit: non tñ tremens ſicut etiam per ſomnum ſolebat: ſtupentibus qui aderant: atq; aliis pauentibus alijs dolentibus cũ eũ quidam vellent erigere: nonnulli prohibuerunt: ſed potius exitum expectandum eſſe dixerunt. Et ecce ſurrexit ⁊ non tremebat quoniam ſanatus erat ⁊ ſtabat incolumis intuens intuentes. Quis ergo intuentium ſe tenuit a laudibus dei? Clamantius gratulantiũq; vocibus eccleſia vſquequaq; cõpleta eſt. Inde ad me curritur vbi ſedebam iam proceſſurus. Irruit alter quiſq; p⁹ alterum: omnis poſterior quaſi nouũ quod alijs prius dixerat nunciãtes. Mecq; gaudente ⁊ apud me deo gratias agente: ingreditur etiam ipſe cum pluribus. Inclinatur ad genua mea: erigitur ad oſculum meus. Procedim⁹ ad populum: plena erat eccleſia: pſõabat vocibus gaudiorũ: deo gr̃as: deo laudes nemine tacente: hinc atq; inde clamantium. Salutaui populũ ⁊ rurſus eadem feruentior voce clamabãt. Facto tandem ſilentio ſcripturarum diuinarum ſunt lecta ſollennia. Ubi aũt ventum eſt ad mei ſermonis locũ dixi pauca pro tempore ⁊ pro illi⁹ iocunditate letitie. Magis. n. eos i ope diuino quandam dei eloquentiã non audire: ſed ꝓſideraī permiſi. Nobiſcũ hõ prandit: ⁊ diligenter nobis omnes ſue fine ac materne calamitatis indicauit hiſtorias. Sequenti itaq; die p⁹ ſermonem redditum: narrationis ei⁹ libellum in craſtinum populo recitandus promiſi. Quod cum ex dñico paſce die tertio fieret: in gradibus exedre in qua de ſuperiore loquebar loco: feci ſtare ambos fr̃es: cum eorum legẽt̃ libellus. Intuebatur populus vniuerſus ſexus vtriuſq; vnum ſtantem ſine difformi motu: alteram membris õnibus contrementem. Et qui ipſum nõ viderant q̃d in eo diuie miſicordie factum cẽt in ei⁹ ſoroze cernebant. Uidebant. n. quid in illo gratulandũ: q̃d p

illa eēt orandū. Inter hec recitato eo rum libello: de ꝓspectu ppli eos abire precepi: ⁊ de tota ipsa cā aliquanto di ligentius ceperā disputare: cū ecce me disputāte voces alie de memoria mar tyris noue gratulationis audiunt. Cō uersi sunt eo qui me audiebant: cepūt q̃ ꝓcurrē. Illa. n. ubi de gradibus des cendit in quibus steterat: ad sanctum martyrem oraī perexerat. Que mox vt cancellos attigit collapsa similiter velut frater eius post sōnuz sana fuere rit. Dum ergo requirerem' q̃d factuz fuerit vnde ille strepitus let' extiterit ingressi sunt cum illa in basilicam vbi eram': adducentes eaz sanā de marty ris loco. Dum vo tantus ab vtroq̃ se xu admirationis clamor exortus est: vt vox continuata cū lachrymis. non videretur posse finiri. Perducta ē ad eum locū vbi pauloañ steterat tremēs exultabant eā silem fēi factā cui dolue rant remansisse dissimilē: ⁊ ñdū fusas preces suas pro ea: iam tñ preuiā vo luntatem tam cito exauditam eē cerne bant. Exultabant in dei laudem voce sine verbis tanto sonitu quantum nīe aures vix ferre possent. Quid erat in corde exultantium nisi fides christi ꝑ qua stephani sanguis fusus est?

Quod vniuersa miracula que per martyres in christi nomine fiunt ei fi dei testimonium ferant: qua ī christuz martyres crediderunt. c. ix.

c Ui nisi huic fidei attestatur ista miracula? ī qua christ' predica tur resurrexisse in carne: ⁊ in celū ascē disse cū carne? Nā ⁊ ipsi martyres hu ius fidei martyres. i. huius fidei testes fuerunt: huic fidei testimōiū phibētes mundū inimicissimū ⁊ crudelissimū ꝓtulerunt: eūq̃ non repugnādo sz mo riendo vicerūt. Pro ista fide mōtui sī qui hec a dño ipetrare pñt: propter cu ius nomen occisi sunt. Pro hac fiō p̄ cessit eorum mira patientia: vt in his miraculis tanta ista potētia sequētur. Nam si carnis in eternum resurrectio ī ñ preuēit in christo: vī ñ neutra ē sic prenunciat' a christo: ī sicut prenunci ata ē ꝓphetis a q̃bus p̄nūciat' ē chri stus quare martyres tanta pñt. q̃ ꝑ ea fide qua hec resurrectio predicat' occi si sūt? Siue enim deus ipse per se ip̄m miro modo quo res tp̄ales operatur eternus: siue ꝑ suos ministros ista faci at ⁊ eadem ipsa que per ministros fa cit: siue quedam faciat etiam per mar tyrū sp̄us: sicut per homines adhuc ī corpore constitutos: siue omnia ista per angelos quibus inuisibiliter imu tabiliter ⁊ incorporabiliter imperat o peretur: vt que ꝑ martyres fieri dicun tur: eis orantibus tm̄ ⁊ ipetrantibus non etiam operantibus fiant siue alia istis: siue alia illis modis: qui nllo mō comprehendi a mortalibus possūt: ei profecto attestantur hec fidei: in qua carnis in eternum resurrectio predi catur.

Quanto dignius martyres hono rantur: qui ideo multa mira obtinēt: vt deus verus colatur: q̃ demones q̃ ob hoc quedam faciunt vt ipsi dū esse crederentur. c. x.

h Ic forte dictūri sunt etiaz deos suos aliqua mira fecisse. Bene: si iam incipiunt deos suos mortuis hominibus comparare: adūciunt eti am se habere deos ex hominib' mor tuis sicut herculem: sicut romulum: sicut alios multos quos in deorum numerum receptos opinantur. Sed nobis martyres non sunt dū: quia v num eundenque deum et nostrum scimus et martyrum: nec tamen mi raculis que per memoriam marty rum nostrorum fiunt: ullo modo sūt

comparāda miracula que facta per tē pla perhibentur illoꝝ. Ueruꝫ ſi qua ſi milia vident. ſicut a moyſe magi pha raonis: ſic eoꝝ dñ victi ſunt a martyribus noſtris: Fecerunt autem illa demones eo faſtu iperāte ſuperbie quo eorum dñ eſſe voluerunt. Faciunt aūt iſta martyres vel potius deus vl orātibus aut cooperantibus eis: vt fides illa proficiat qua eos non deos nīos eſſe: ſed vnum deum nobiſcuꝫ hīe credamus. Deniq; illis talibus dñs ſuis ⁊ templa edificauerunt: ⁊ ſtatuerunt aras: ⁊ ſacerdotes inſtituerunt ⁊ ſacrificia fecerunt: nos autem martyribus noſtris non templa ſicut dñs: ſed memorias ſicut hominibus mōtuis quorum apud deuꝫ viuunt ſpiritus fabricamus. Nec ibi erigimus altaria in q̄bus ſacrificemus martyribus: ſed vni deo ⁊ martyrum ⁊ noſtro ſacrificium immolamus: ad quod ſacrificium ſic homines dei qui mundum in eius cōfeſſione vicerunt: ſuo loco ⁊ ordine nominatur: non tamen a ſacerdote qui ſacrificat inuocatur. Deo quippe non ipſis ſacrificat: q̄uis in memoria ſacrificet eorum: quia dei ſacerdos eſt non illorum. Ipſum vero ſacrificium cōp̄ eſt chriſti: quod non offertur ipſis: q̄a hec ſunt ⁊ ipſi. Quibus igitur potius credendum eſt miracula facientibus? Eis ne qui ſeipſos volūt haberi deos ab his quibus ea faciunt: an eis q̄ vt in deum credatur quod ⁊ chriſtus ē: faciunt quicquid mirabile faciūt? Eis ne qui ſacra ſua ēt crimina ſua eē voluerūt: an eis qui nec laudes ſuas volunt eē ſacra ſua: ſed totū q̄ veraciter laudantur ad eius glīaꝫ pficere i quo laudantur? In dño quippe laudantur anime eorūm. Credamus ergo eis et mira dicentibus ⁊ vera facientibus. Dicendo.n. vera paſſi ſunt vt poſſent facē mira. In eis vīs ē p̄cipuū q̄ chriſt̄ reſurrexit a mortuis: ⁊ imortalitatē reſurrectiōis in ſua carne primus oñdit: qua nobis affutura vl i principio noui ſeculi: l in huius fine pmiſit.

Contra platōicos: q̄ ō naturalib̄ elementorum ponderibus argumētātur terrenum corpus in celo eſſe non poſſe. c. xi.

c Ontra qō magnū dei donū rōcinatores iſti quorum cogitationes dñs nouit qm̄ vane ſunt: ō ponderib̄ elementorum argumētat̄: qm̄. ſ. magiſtro platone didicerunt mundi duo corpora maxima atq; poſtrema duobus medūs aere. ſ. ⁊ aqua eſſe copulata atq; coniuncta. Ac per hoc inq̄unt: qm̄ terra ab hinc ſurſumuerſus ē prima: ſecunda aqua ſuper terrā: tert̄ aer ſuper aquā: quartū ſi aera celum: ñ pōt eē trenū corp̄ in celo. Mom̄tis .n. pprūs vt ordinē ſuū teneāt: ſingl̄a elementa librant̄. Ecce qualibet argumtis ōipotētie dei hūana ꝓtradicit infirmitas quā poſſidet vanitas. Quid ergo faciūt i aere trēa tot corpora: cū a tra ſit aer tertius? Niſi forte q̄ p plūaꝫ ⁊ pēnaꝫ leuitateꝫ dōauit aūiū trenis corporib̄ vt portēt̄ in aere: imōtalib̄ ſcis corporib̄ hōium ñ poterit dōare virtutē: qua ēt i ſūmo celo valeant bitare? Aialia q̄ꝫ trena q̄ volare ñ pñt: i quib̄ ⁊ hoies ſūt: ſicut ſb̄ aqua piſces q̄ ſunt aquaꝫ aialia: ita ſb̄ tra viuere debuerunt. Cur ergo non ſaltem de fo .i. de aquis: ſed de elemento tertio terrenum aial carpit hanc vitam? Quare cum pertineat ad trā: in fo qō ſi trā ē elemēto viuē ſi cogat̄ ꝓtinūo ſuffocat̄: ⁊ vt viuat viuit in trio? An erat hic ordo elem̄toꝝ l poti ñ i natura reꝝ: ſꝫ i iſtoꝝ argum̄tatiōib̄ ōficit? Omitto dicere qō iā in trīodecimo libro dixi: q̄ multa grauia terrena ſint cōpora ſicut plūbū: ⁊ formā tñ ab artifice accipiant: qua natare valeant ſuper aquā

ꝛ vt accipiat qualitatē corpus hūanū
qua ferri in celum ꝛ esse possit in celo
ōipotenti artifici contradī. Jam vo ꝑ
illud quod iam dixi superius: ēt istum
considerantes atq; tractantes elemen
torum ordinem: quo ꝑfidūt ñ inuēiūt
ōi mō quid dicant. Sic est enim hinc
sursū versus terra prima: aqua secūdā
aer: quartū celū: vt sī oia sit aie natu-
ra. Nam ꝛ aristoteles quitū corp' eā
dixit: ꝛ plato nullū. Si quintum essz:
certe superius esset ceteris. Cum vero
nullum est: multo magis superat ōia
In terrēo ergo quid facit corpor? In
hac mole quid agit subtilior omnib'?
In hoc pondere quid agit leuiō ōib'?
In hac tarditate quid agit celerior ōi
bus? Ita ne per huius tam excellentis
nature meritum non poterit effici: vt
corpus eius leuetur in celuz: ꝛ cuz va
leat nunc natura corporum terrenoꝝ
deprimere animas deorsū: aliquo mō
ꝛ aie leuare sursum terrena corpora
non valebunt? Jam si ad eorum mira
cula veniamus: que facta a dis suis
opponunt martyribus nostris: nōne
ēt ipsa pro nobis facere: ꝛ nobis repi-
entur oio proficere Nam inter magna
miracula deorum suorū profecto ma
gnum illud ē qd varro commemorat:
Uestalem virginem cuz pcilitarēt fal
sa suspicione de stupro: cribrū ipleſſe
aqua de tyberi: ꝛ ad suos iudices nul
la eius pte stillāte portasse. Quis aq
pond' s' cribrum tenuit. Quis tot ca
uernis patentib' nihil iñ in terrā cadē
permisit. Rñsuri sunt: aliqs de' vl' ali
quis demon. Si deus: nunquid maiō
est deo qui fecit hunc mundum? Si ō
mon: nunquid potentior ē angelo qui
deo seruit a quo factus est mund'? Si
ergo deus minor vel angelus l' demō
potuit pondus humidi elemēti sic sus
pendere: vt aquaruz videatur mutata
fuisse natura: ita ne deus omnipotēs
qui ipsa creauit elemto terrēo cōpori
graue pondus auferre non potit: vt i
eodem elemento habitet viuificatum
corpus in quo voluerit viuificās spūs?
Deinde cum aerem medium ponant i
ter ignem desuper ꝛ aquam subter
quid ē q̄ eum inter aquam ꝛ terrā se-
pe inuenim'. Quid. n. volūt esse nubes
aquosas inter quas ꝛ maria aer medi
us inuenit. Quonam queso elemtoꝝ
pondere atq; ordine efficitur: vt torrē
tes violentissimi atq; vndosissimi añ-
q̄ sb aere in tris curant: sī aera i nubi
b' pēdeant. Cur denicq; aer est medi' i
ter summa celi ꝛ ima terrarum. qua-
quavsū orbis extēdit: si loc' eius it ce
celū ꝛ aquas: sicut aquarum inter ipz
ꝛ terras ē cōstitutus? Postremo si ita
est elementorum ordo dispositus: vt ꝑz
platonem duobus medqs. i. aere ꝛ aq̄
duo extrema id est ignis ꝛ terra iungā
tur: celiq; obtineat ille summuz locū:
hec autem imi velut fundaminis mū-
di: ꝛ ideo in celo esse non potest terra:
cur est ipse ignis in terra? Secundum
hanc quippe rōnem: ita ista duo elem̄
ta in locis proprijs imo ac summo tē-
ra ꝛ ignis esse debuerūt: vt quēadmo
dum nolūt in summo esse posse quod
imi est ita nec in imo posset esse quod
summi est. Sicut ergo nullam putant
esse vel futuram esse particulam tre in
celo: ita nullam particulam videre de-
buimus ignis in terra. Nunc vo ñ so-
lum in terris verum etiam sub terris
ita ē: vt eū eructēt vtices montiū: pter
qd in vsibus hōium ꝛ esse ignez i tra:
ꝛ eum nasci videmus ex terra qñ qui-
dem ꝛ de lignis ꝛ de lapidibus nascit:
q̄ sunt corpora sine dubitatione terre-
na. Sed ille inquiunt ignis est tranqll-
lus: purus: innoxius: sempiternus: iste
autem turbidus: fumeus: corruptibil'
atq; corruptor. Nec tamen corrumpit
montes in quibus iugiter estuat cav-
nasq; terrarū. Uerū esto: sit illi iste dis
silis: vt terrenis habitatiōib' ꝑgruat.

Cur ergo nolunt vt credam⁹ naturaꝫ corporum terrenorꝫ aliqñ incorrupti-bilē factā celo conuēientē futurā: sicut nunc ignis corruptibilis his ꝓuēit terris. Nihil igī afferūt ex pōderib⁹ atq; ordine elemētorū: vñ ōipotenti deo q̄ minus faciat corpora nīa talia vt etiā in celo possint habitare ꝑscribāt.

Contra calūnias ifideliū: qb⁹ christianos de credita resurrectione carnis irrident. c. xcij.

S Ed scrupulosissime q̄rē ⁊ fidem qua credim⁹ resurrecturā carnē ita querendo assolēt irridē: vtrū fetus abōtiui resurgant. Et qm̄ dñs ait: aīm dico vobis capill⁹ capitis vni ñ pibit: vtrum statura ⁊ robur equalia futura sint ōibus: an diuerse corporum quantitates. Si. n. equalitas erit corporuꝫ vñ hēbunt qd̄ hic non hūerunt ī mole corporis ibi abortiui: si resurgent et ipsi: aut si non resurgent: qr nec nati sūt sed effusi? Eandem q̄estionem de paruulis versant: vñ illis mensura corporis quam nunc defuisse videmus accedat: cum in hac etate moriūtur. Neq; enim dicturi sumus eos non resurrecturos: qui ñ solum generationis capaces sunt: verum ēt regenerationis. De iñ interrogāt quē modum ipsa equalitas hitura sit. Si. n. tam magni ⁊ tā longi erunt ōes q̄ fuerunt quicunq; hic fuerunt maximi atq; longissimi nō solū de paruulis sz ⁊ de plurimis magnis querunt: vñ illis accessurū sit qd̄ hic defuit: si hoc quisq; recipiet qd̄ hic hūit. Si autem quod ait aplus occursuros nos ōes in mensuram etatis plenitudinis christi: ⁊ illud alteruꝫ quos predestinauit conformes fieri imagīis filij sui: sic intelligendum ē: vt statura ⁊ modus corporis christi ōium qui ī regno eius erunt humanorꝫ corporū sit futūrus: multis erit inq̄unt de magnitudine ⁊ longitudīe corporis derahendū. Et vbi iā erit: capillus capitis vni non pibit: si de ipsa corporis quantitate taꝫ multum pibit? Quāuis ⁊ de ipsis capillis possit inquiri: vtrū redeat quicquid tondentibus decidit. Qd̄ si redituruꝫ ē: qs non exhorreat illam deformitatē. Nā hoc ⁊ de unguib⁹ uidetur necessario secuturū: vt redeat tā multum qd̄ corporis curatura desecuit. Et vbi erit decus: quod certe mai⁹ q̄ in ista eē corruptione potuit: in illa iam immortalitate eē debebit? Si aūt non redibit: ergo peribit: quō igī inq̄unt: capillus capitis non peribit. De macie q̄ vel pinguedine similiter disputant. Nam si equales ōes erunt nō vtiq; alij macri: alij pingues erūt. Accedet ergo alīs aliquid: alīs minuet. Ac p hoc ñ qd̄ erat recipiendum: sz alicubi addendum est qd̄ nō fuit: ⁊ alicubi perdendum qd̄ fuit. De ipsis etiam corruptionibus ⁊ dilapsiōibus cōporum mortuorꝫ: cum aliud vertat ī pluerem: in auras aliud exhaletur: siue quos bestie siue quos ignis absūat: naufragio vel quibuscunq; aquis ita quidē peant: vt eorꝫ carnes ī humorē putredo dissoluat: non mediocrit̄ permouentur: atq; oia ista recolligi ī carnē ⁊ reditegrari posse ñ credūt. Cōsectantur etiam quasdam feditates ⁊ vitia siue accidant siue nascantur: vbi et monstruosos part⁹ cū horrore atq; irrisione commemorant: ⁊ req̄runt quenā cuiusq; deformitatis īsurrectio sit futūra. Si enim nihil tale redire ī corpus hōis dixerimus: rñsionem nīam de locis vulnerū cū quibus dñm christum resurrexisse predicamus: se cōfutaturos esse presumunt. Sed int̄ hec oia questio illa difficillima proponit̄: in cuius carnem reditura sit caro qua corpus alterius vescentis humana viscera fame cōpellente nutrit̄. In carnē

quippe ꝑuersa ē eius qui talib⁹ vixit a limentis: ⁊ ea q̄ macies oñderat det menta supplenit. Utrū hoc illi redeat hōi cuius caro prius fuit: an illi poti⁹ cuius postea facta est: ad hoc pcunctā tur vt fidē resurrectiōis illudāt ac sic anime humane aut alternantes sicut ait plato veras ifelicitates falsasq; p̄ mittant beatitudines: aut p⁹ multas itidem p diuersa corpora reuolutōes: aliqñ tñ eā sicut porphyrius finit mi ſias: ⁊ ad eas nunq̄ redire fateant nō tñ corpus hñdo immortale sed corp⁹ omne fugiendo.

An abortiui ñ ptieāt ad ĩsurrectio nē si ptinent ad nūer mōtuor. c. xiij.

a D hec ergo q̄ ab eorū pte cōtra ria me digerente mihi videntur opposita: misericordia dei nisibus meis opem ferēte rñdeam. Abōtiuos fetus qui cum iam vixissent in vto ibi sunt mortui: resurrecturos vt affirmare ita negare non audeo. Quāuis nō videā quomodo ad eos non pertineat resur rectio mortuor: si non eximunt ò nu mero mortuorum. Aut enim nō ōnes mortui resurgent: ⁊ erunt alique hūa ne anime sine corporibus in eternū: q̄ corpora humana quamuis inter uisce ra materna gestarunt: aut si ōnes hu mane anime recipient resurgentia cor pora sua que habuerūt vbicunq; uiuē tia: ac morientia reliquerunt: nō iuēio quēadmodum dicam ad resurrectiōez non pertinē mortuor quoscunq; mō tuos ēt in vteris matrum. Sed vtrū libet de his quisq; sentiat: qò de iam natis infantibus dixerimus: hoc ēt ò illis intelligendum est si resurgent.

An infātes i ea sint resurrecturi hi tudine corporis: quā hituri erant eta tis accessu. c. xiiij.

q Uid ergo de infantibus dicturi sum⁹: nisi qr non in ea resurrec turi sūt corporis exiguitate qua mor tui: sz qò eis tardius accessurz erat tpe hoc sunt illo dei opere miro atq; celer rimo recepturi. In sētētia quippe dñi vbi ait Capillus capitis vri ñ pibit: di ctum est non defuturum esse quod fu it: ñ aūt negatū ē affuturū esse qò de fuit. Defuit aūt infanti mortuo pfecta quantitas sui corporis: pfecto quippe infanti deest vtiq; perfectio magnitu dinis corporalis: que cūm accesserit: iam statura longior esse ñ possit. Hūc perfectionis modum sic hñt ōnes: vt cū illo concipiant atq; nascant: sz hñt ĩ rōne ñ mole: sicut ipsa membra ōia iam sunt latenter in semine: cum etiaz natis nonnulla adhuc desint: sicut dē tes ac si quid eiusmodi. In qua ratiōe vniuscuiusq; materia indita corporali iam quodammodo vt ita dicam: inna tum esse videtur quod nondū est: imo quod latet: sed accessu temporis erit l̄ potius apparebit. In hoc ergo infans iam breuis aut longus est: qui breuis longusve futurus est. Secundum hāc rationem pfecto ĩ resurrectione cōpo ris detrimēta corporis ñ timem⁹: qr ⁊ si equalitas futura esset ōiū: ita ot ōes vsq; ad giganteas magnitudines pue nirent: ne illi qui maximi fuerūt min⁹ hrent aliquid in statura qò eis ꝑ sen tentiam christi periret: q̄ dixit nec ca pillū capitis esse perituram: creatori vtiq; qui creauit cūcta de nihilo: quō deesse posset vñ adderet: qò addendū esse mirus artifex nosset.

An ad corporis dñici mōum ōiuz mōtuor resurrecta sint corpora. c. xv.

f I vtiq; christ⁹ in ea mēsura cor poris in qua mortu⁹ est resurre xit nefas ē dicē: cuz resurrectionis ōiū tempus venerit accessuram corpori

eius eam magnitudinem quã ñ hũit: quando in ea discipulis ĩ qua illis notus erat apparuit: vt longissimis fieri possit equalis. Si autem dixerim' ad dñici corporis modum etiam quorunq; corpora maiora redigenda: peribit de mltorũ corporibus plurimum: cuĩ ipse nec capillũ piturũ esse promisit. Restat ergo vt suã recipiat ḋsq; mẽsurã: quam vel habuit in iuuentute etiã si senex ẽ mortuus: l' fuerat hiturus si añ ẽ defunctus. Atq; illud quod cõmemorauit apostolus de mensura etatis plenitudinis christi: aut propter aliud intelligamus dictũ esse. i. vt illi capiti in populis christianis accedente õium perfectione membrorũ: etatis eius mẽsura compleatur: aut si hoc de resurrectione corporum dictũ ẽ: sic accipiamus dictum: ut nec ultra nec infra iuuenilẽ formã resurgant corpora mortuorũ: sq; ĩ ea etate ⁊ robore usq; ad quã hic christuĩ peruenisse cognouimus. Circa triginta quippe annos definierunt esse etiaĩ seculi huius doctissimi homines iuuentutem: que cum fuerit proprio spatio terminata: inde iaĩ hominẽ in detrimenta vergere grauioris ac senilis etatis: ⁊ ideo non esse dictũ in mensuram corporis vel in mensurã stature: sed in mensuram etatis plenitudinis christi.

Qualis intelligentia sit scorũ cõformatio ad imaginem filij dei. c. xvi.

i Illud ẽt qõ ait predestinatos fieri conformes imaginis filij dei: potest ⁊ secundum interiorem hoiem itell'i: vñ nobis alio loco dixit. Nolite conformari huic seculo: sq; reformamini in nouitate mẽtis vestre. Ubi ergo reformamur ne conformemur huic seculo: ibi cõformamur dei filio. Potest ⁊ sic accipi: ut quemadmodum ille nobis mõtalitate: ita nos illi efficiamur immortalitate conformes: qõ quidem ⁊ ad ipsam resurrectionem corporum ptiet. Si aũt ẽt ĩ his vbis qua forma resurrectura sint corpora sumus admoniti: sicut illa mensura ita ⁊ ista ꝯformatio non quantitatis itelligenda est sq; etatis. Resurgent itaq; ões tam magni corpore: q̃ vel erãt vel futuri erant iuuenili etate: q̃uis nihil oberit ẽt si erit infantulis vel senil' corporis forma: vbi nec mentis nec ipsius corporis vlla remanebit ifirmitas. Uñ ẽt si quis in eo corporis modo ĩ quo defunctus ẽ resurrecturũ vnunquenq; contendit: non est cũ illo laboriosa cõtradictione pugnandũ.

An in suo sexu resuscitãda atq; mãsura sint corpora feminarum mortuarum. c. xvij.

n On nll'i ppt' hoc q̃ dictũ ẽ: donec occurram' ões ĩ viũ pfectũ in mẽsurã etatis plenitudinis christi: ⁊ conformes imaginis filij dei: nec in sexu femineo resurrecturas fẽinas credunt: sq; in virili ões aiunt: qm̃ de' solum virum fecit ex limo: feminam ex viro. Sq; mihi melius sapẽ vident' qui vtrũq; sexũ resurrecturũ ẽ nõ dubitant. Nõ. n. libido ibi erit q̃ confusiõis est cã. Nam priusq̃ peccassent nudi erant: ⁊ non confundebantur vir ⁊ fẽina. Corporib' ergo illis vitia õtrahẽt' natura seruabitur. Non ẽ aũt vitiũ sexus femineus: sq; natura: que tunc ḋdẽ ⁊ a ꝯcubitu ⁊ a partu imuis erit: erũt tamen membra feminea: non accommodata vsui veteri sq; decori nouo: q̃ non alliciatur aspicientis ꝯcupisẽtia que nulla erit: sed dei laudet' sapientia atq; clementia: qui ⁊ quod non erat fecit: ⁊ liberauit a corruptione quod fecit. Ut enim exordio generis humani de latere viri dormientis costa detracta femina fieret: christum ⁊ eccl'aĩ tali

facto iam tunc prophetari opõtebat. Sopor quippe ille viri mors erat christi cuius exanimis in cruce pendentis latus lancea perforatum ē: atq; inde sãguis ⁊ aqua profluxit: que sacramenta esse nouimus quibus edificatur ecclesia. Nam hoc etiam verbo scriptura vsa est. vbi non legit formauit aut finxit: sed edificauit eam in mulierem. Unde ⁊ apostolus edificationem dicit corporis christi: quod est ecclesia. Creatura est ergo dei femina sicut vir: sed vt de viro fieret vnitas cõmẽdata est: vt autem illo modo fieret christus vt dictum est: ⁊ ecclesia figurata est. Qui ergo vtrunq; sexum instituit: vtrunq; restituet. Deniq; ipse iesus interrogat a saduceis qui negabant resurrectõem: cuius septem fratrum erit vxor quam singuli habuerunt: dum quisq; eorum vellet defuncti semen sicut lex precepe rat excitare: erratis inquit nescientes scripturas neq; virtutem dei. Et cum aptus locus esset vt diceret de qua. n. me interrogatis vir erit ipsa non mulier: non hoc dixit: sed dixit: in resurrectione enim neq; nubent: neq; vxores ducent: sed sunt sicut angeli dei i celo. Equales vtiq; angelis immortalitate ac felicitate: non carne sicut nec resurrectione qua non indiguerunt angeli: quia nec mori potuerunt. Nuptias ergo dñs futuras negauit esse in resurrectione ñ feminas: ⁊ ibi negauit: vbi talis q̃o vertebat: vt eam negato sexu mliebri celeriõe facilitate dissoluẽt si eũ ibi prenoscẽt nõ futurũ: imo ẽt futurũ esse firmauit dicendo: nõ nubẽt qd̃ ad femias pertiet: nec uxores ducent qd̃ ad viros. Erunt ergo que l nubere hic solent ul ducẽ vxores. sz ibi hoc ñ facient.

De viro p̃fecto. i. christo: ⁊ corpor̃ .i. ecclia q̃ ē ip̃ius plẽitudo c. xviij.

p Roiñ qd̃ ait apl'us occursuros nos ões in virũ perfectum: toti usque ipsius circunstantiam lectionis cõsiderare debemus: que ita se habz. Qui descendit inquit ipse est ⁊ q̃ ascẽdit super omnes celos: vt adimpleret oia. Et ipse dedit quosdam q̃dem apostolos: quosdam aũt prophetas: quosdam vero euangelistas: quosdam aũt pastores ⁊ doctores: ad cõsumationem sc̃orũ in opus ministerij: i edificationẽ corporis christi: donec occurramꝰ ões in vnitatem fidei ⁊ agnitionẽ filij dei: in virum perfectum in mensuram etatis plenitudinis christi: vt ultra nõ simus paruuli lactati ⁊ circũlacti õi uẽto doctrine in illusione hõium: i astutiam ad machinationem erroris. Ueritatẽ aũt facientes i caritate augeamur i illo p oia qui est caput christus. ex q̃ totũ corpus connexũ ⁊ compactũ: p õnem tactum subministrationis fum operationem in mensuram uniuscuiusque partis incrementum corporis fac̃ in edificationem sui in caritate. Ecce q̃ est vir perfectus: caput ⁊ corpus qd̃ ꝓstat omnibus membris que suo tempore complebuntur. Quotidie tñ eidem corpori accedunt duz edificatur ecclesia: cui dicitur vos autem estis cõpus christi ⁊ membra. Et alibi pro cõpore inquit eius quod ē eccl'ia. Item alibi: vnus panis vnum corpꝰ mlti sumus. De cuius corporis edificatione ⁊ hic dictũ ē. Ad ꝓsũmationem sc̃orũ in opus ministerij i edificationẽ cõporis christi. Ac deinde subiectum ē: vnde nunc agimus: donec occurramus ões in vnitatem fidei ⁊ agnitionẽ filij dei: in virum perfectum in mensuram etatis plenitudinis christi ⁊ cetera: donec eadem mensura in quo corpore intelligenda esset ostenderet dicens. Augeamur in illo per omnia qui est caput christus: ex quo totum corpus cõnexum ⁊ compactum per õnem tactum

ſubminiſtratiōis ſecundum operatio-
nem in mēſurā vniuſcuiuſq; ptis. Sic
ergo eſt mēſura vniuſcuiuſq; ptis: ita
totius corporis quod ōib' ſuis ptib'
conſtat: vtiq; menſura plenitudinis
de qua dictū ē: i mſurā etatis plenitu-
dinis chriſti. Quā plenitudinē ēt illo
cōmēorauit loco vbi ait de chriſto. Et
ipſū dedit caput ſup ōes eccl'am q̄ eſt
corpus ei': plēitudo ei' q̄ oia in ōibus
adiplet verum ſi hoc ad reſurrectiōis
formam in qua erit vnuſquiſq; referē
dum eſſet: q̄d nos ipediret nominato vi
ro intelligē ⁊ femina: vt viq; p homie
poſitum accipem': ſicut i eo q̄ dictus
ē. Beatus vir qui timet dm̄: vtiq; ibi
ſunt ⁊ femine que timent dm̄.

Q: oia corporis vitia q̄ in hac vita
humano contraria ſunt decori in re-
ſurrectione non ſunt futura: vbi manē
te naturali ſubſtantia in vnā pulchri-
tudinem ⁊ qualitas cōcurret ⁊ q̄titas
.c.xix.

q Uid iā rn̄deam de capillis atq;
vnguib'? Semel quippe itellec
to ita nihil pituq; eſſe de corpore: vt ō
forme nihil ſit in corpore: ſil' intll'z ea
que forme factura fuerūt enormitatē
maſſe ipſi acceſſura eſſe non locis in q̄
bus membrorum forma turpet'. Ue-
lut ſi de limo vas fieret: quod rurſus
in eundem limum redactum totum ō
toto iterum fieret: n̄ eēt neceſſe vt illa
pars limi que in anſa fuerat ad anſaz
rediret: aut que funduz fecerat ipſa rū
ſus faceret funduz: dum tn̄ totum re-
teretur in totum: id eſt totus ille lim'
in totum vas nulla ſui perdita pte re-
mearet. Quapropter ſi capilli totiēs
tonſi unguesve deſecti: ad ſua loca ō
formiter redeunt: non redibūt nec tn̄
cuiq; reſurgēti pibunt: q̄ in eādē car-
nem vt quecūq; ibi locuz corporis te-
neant ſeruata ptiū ꝓgruentia materie
mutabilitate vertēt'. Quāuis q̄ō ait
dn̄s capillus capitis vri non peribit: n̄
de longitudine ſed de numero capillo
rum dictum multo aptius poſſit intel
ligi. Unde ⁊ alibi dicit. Capilli capitis
veſtri numerati ſunt. Neq; hoc ideo
dixerim: q̄ aliquid exiſtiment corpori
cuiq; periturum q̄ō naturaliter ierat:
ſed quod deforme natum fuerat: non
vtiq; ob aliud: niſi vt hinc quoq; on-
deretur q̄ ſit penalis cōditio iſta mor
taliuz: ſic eſſe rediturum: vt ſeruata in
tegritate ſubſtantie ſola ſubſtantie de
formitas pereat. Si.n. ſtatuam pōt ar
tifex homo quam propter aliquā cāz
deformez fecerat: conflare ⁊ pulcherri
mam reddere: ita vt nihil inde ſubſtā
tie ſed ſola deformitas pereat: ac ſi q̄d
in illa figura priore indecēter extabat:
nec parilitati partium congruebat:
de toto vnde fecerat amputare atq; ſe
parare: ſed ita conſpargere vniuerſo:
atq; miſcere: vt nec feditatē faciat nec
minuat quantitatem: quid de omni-
potente artifice ſentiendum eſt? Ergo
ne non poterit quaſq; deformitates
humanorum corporum non modo v-
ſitatas: verum etiam raras atq; mon
ſtruoſas que huic miſere vite congru
unt: abhorrent aūt ab illa futura felici
tate ſanctorum: ſic auferre aut pdē: vt
quecunq; earuz faciunt ⁊ ſi naturalia
tamen indecora excrementa ſb̄ſtantie
corporalis: nulla eius diminutiōe tol-
lantur? Ac per hoc nō ē macris pigui
buſve metuendū: ne ibi ēt tales ſint
quales ſi poſſēt nec hic eſſe voluiſſēt.
Omnis enim corporis pulchritudo ē
partium congruentia cum quadā co-
loris ſuauitate. Ubi autem non ē par
tium congruentia: aut ideo q̄d offēdit
q: puū ē: aut iō q: paq: aut iō q: nimi
um. Proiñ nulla erit deformitas quā
facit incōgruētia ptiuz: vbi ⁊ q̄ parua
ſt' corrigentur: ⁊ quod minus eſt q̄ de
cet: vnde nouit in die ſupplebitur: ⁊

quod plus est q̃ decet: matie seruata
itegritate detrahet: Coloris pōro sua
uitas quanta erit: vbi iusti fulgebunt
sicut sol in regno patris sui? Que cla
ritas i christi corpore: cum resurrexit
ab oculi discipulorū potius abscōdita
fuisse q̃ defuisse credenda est. Nō cim
eam ferret human⁹ atq; ifirm⁹ aspec
tus qñ ille a suis ita debēt attendi: vt
posset agnosci. Quo ptinuit ēt vt icō
trectantibus oñderet suoꝝ uulneruꝫ
cicatrices: vt ēt cibū potūq; sumēt nō
alimentorum indigentia: sꝫ ea qua et
hoc poterat potestate. Cum aūt aliq̃d
non videtur: q̃uis assit: a quibus alia
que pariter assunt uidentur: sicut illam
claritatem dicim⁹ affuisse non visam
a quibus alia non videbant aorasia
grece oī: quod nostri interpretes latie
dicere non valentes in libro geneseos
cecitatem interpretati sunt: Hanc enīꝫ
passi sunt sodomite quando querebāt
ostium iusti viri. nec poterant inuēire.
Que si cecitas fuisset qua fit ut nihil
possit videri: nō ostiū quo ingredēt:
⁊ duces itineris a quibus inde abdu-
cerentur inquirerent.

Q̃ in resurrectione mortuoꝝ nata
corporū quibuslibet modis dissipato
rū i itegrū vñcūq; īuocāda erit. c. xx.

n Escio quo aūt mō sic afficimur
amore martyꝝ beatoꝝ: vt veli-
m⁹ in illo regno in eoꝝ corporib⁹ vidē
vulnerum cicatrices: que ꝓ christi no-
mine pertulerunt. Et fortasse videbi-
mus. Non. n. deformitas in eis sed di
gnitas erit: ⁊ quedā q̃uis in corpore
ñ corpori sed virtutis pulchritudo ful
gebit. Nec ideo tamen si aliqua mar-
tyribus amputata ⁊ ablata sunt mē-
bra: sine ipsis membris erūt in resur-
rectionem mortuorum quibus dēum
ē: capill⁹ capitis vestri nō peribit. Sꝫ
si hoc decebit i illo nouo seculo: vt in
dicia gloriosoꝝ vulnerum in illa im-
mortali carne cernātur: vbi membra
ut precíderentur percussa vel secta sī:
ibi cicatrices sed tamē eisdem mēbris
redditis ñ perditis apparebunt. Quā
uis itaq; omnia que acciderūt corpo-
ri vitia tunc non erunt: ñ sunt tamen
deputanda vel appellanda vitia sꝫ vir
tutis indicia. Absit autem ut ad resus
citanda corpora viteq; reddenda: non
possit ōipotentia creatoris oia reuo-
care: que vl bestia vel ignis absumpsit
vel quicquid in puluerem cineremve
collapsum: uel in humorem solutuꝫ:
vel in auras est exhalatum. Absit vt
sinus vllus secretūq; nature ita recipi
at aliquid subtractum sensibus nīis
vt omnium creatoris aut lateat cogni
tionem: aut effugiat potestatem. Deuꝫ
certe volens sicut poterat diffinire ci-
cero tantus auctor ipsorum mens q̃-
dam est inquit soluta ⁊ libera: secreta
ab omni concretione mortali: oia sen-
tiens ⁊ mouens ipāq; p̄dicta motu sē
piterno. Hoc aūt reperit in doctrinis
magnorum philosophoꝝ. Ut igī ꝓm
ipsos loquar: quomodo aliquid vl la
tet omnia sentientem: vel irreuocabili
ter fugit omnia mouentem? Unde iaꝫ
etiam questio illa soluenda est que dif
ficilior uidetur ceteris: vbi queritur:
cum caro mortui hominis etiam alte-
rius fit viuētis caro: cui poti⁹ eoꝝ i re
surrectione reddatur. Si enim quispi
am confectus fame atq; compulsus
vescatur cadaueribus hominum qd̄
malum aliquotiens accidisse ⁊ vetus
testatur historia ⁊ nīorum tp̄um infe-
licia experimenta docuerunt. Nō d̄sq̃
veridica ratione contendet. totum di
gestum fuisse per imos meatus: nihil
q̃ inde in eius carne mutatum atq; ꝓ
uersum: cum ipsa macies que fuit ⁊ ñ
non est: satis indicet que illis escis
detrimenta suppleta sint. Jam itaq; a
liqua pauloante premisi que ad istuꝫ

quoq; nondum soluendus valē debe
bunt. Quicqd.n.carnius exhausit fa-
mes vtiq; ī auras ē exhalatus. Uñ di
ximus ōipotentem deum posse reuo-
care qō fugit. Reddetur ergo caro illa
hōi: in quo esse caro hūmana primit'
cepit: ab illo quippe altero tanq; mu-
tuo sumpta deputāda est: que sicut es
alienum redhibenda ē vñ sumpta est.
Sua vero illi quē fames exinanierat:
ab eo qui potest etiam exhalata reuoca
re reddetur. Quamuis ⁊si omnibus
perisset modis: nec ulla eius materies
in vllis nature latebris remāsisset vñ
vellet eam repararet omnipotens. Sz
propter sententiam veritatis qua dic-
tum est: capillus capitis vestri non pi
bit: absurdum est vt putemus: cum ca
pillus hominis perire non possit: tan
tas carnes fame depastas atq; cōsūp
tas perire potuisse. Quibus omnib'
pro nīo modulo cōsideratis atq; trac
tatis hec sūma ꝓficit: ut ī resurrectiōe
carnis in eternum eas mensuras hēat
corporum magnitudo: quas habebat
perficiende siue perfecte cuiusq; indita
corpori ratio iuuentutis in membro-
rum quoq; omnium modulis ꝓgruo
decore seruato. Quod decus vt serue
tur: si aliquid demptum fuerit indecē
ti aliquid granditati in parte aliqua ꝓ
stitute: quod per totum spergatur vt
neq; id pereat ⁊ congruentia partium
vbiq; teneatur non est absurdus ut ali
quid inde etiam stature corporis addi
posse credam' cum omnibus ptibus
vt decorem custodiant id distribuitur
quod si enormiter in vna essz: vtiq; ñ
deceret. Aut si contenditur in ea quen
q; statura corporis resurrecturum eē
in qua defunctus est: non pugnaciter
resistendum est tantum absit omnis ō
formitas: ōis infirmitas: ōis tarditas:
omnisq; cōruptio: ⁊ si quid aliud illō
ñ decet regnū in q̄ resurrectiōis ⁊ pro
missionis filij equales erunt angelis
dei: si nōn corpore: non etate: certe feli
citate.

De nouitate corporis spiritalis in
quam sanctorū caro mutabitur. c. xxi.

r Estituetur ergo ⁊ q̄cquid ō cor
poribus viuis: vel p' mortē de
cadaueribus perijt: ⁊ sil' cum eo qō in
sepulcris remansit: in spiritualis cōpo
ris nouitatem ex animalis corporis ue
tustate mutatum resurget incorrupti-
one atq; immortalitate vestitum. Sz
⁊si vel casu aliquo graui: vl' inimico-
rū imanitate totus penit' conterat' in
puluerem: atq; in auras vl' in aquas
dispersū: quantus fieri potest nusq; eē
sinatur: omnio nullo modo subtrahi
poterit omnipotentie creatoris: sed ca
pillus in eo capitis non peribit: erit er
go spui subdita caro spualis: sed tam
caro non spiritus: sicut carni subdit'
fuit sp̄s ipse carnalis: sed tamen sp̄us
non caro. Cuius rei experimentum ha
bemus in nostre pene deformitate. Nō
enim secundum carnem: sed vtiq; secū-
dum spiritum erant carnales quibus
apostolus ait. Nō potui vobis loqui
quasi spiritualib': sz quasi carnalib'.
Et homo spualis sic in hac vita dī: vt
tamen corpore adhuc carnali sit: ⁊ vi-
deat aliam legem in membris suis re-
pugnantem legi mentis sue. Erit autē
etiam corpus spuale: cum eadem caro
sic resurrexit: vt fiat quod scriptum ē.
Seminatur corpus animale: resurget
spirituale: que sit autem ⁊ q̄ magna cō
poris spualis gratia que nondum vēit
ī experimentum: vereor ne temerariū
sit omne quod de illa proferr' eloquū.
Ueruntamen qr spei nostre gaudium
propter dei laudem non est tacendum:
⁊ de intimi ardentis sancti amoris me
dullis dictum ē: domine dilexi decorē
domus tue. de donis eius que in hac
uita erūnosissima bōis malisq; largit'

ipso adiuuante cõiiciamus: ut possumus: quãtũ sit illud qõ nondũ experti utiq; digne eloq̃ ñ ualemus. Omitto enim quando fecit hominem rectũ: omitto uitã illã duorũ coniugũ in paradisi fecunditate felicẽ: quando tam breuis fuit ut ad nascentiũ sensũ nec ipsa peruenerit in hac quã nouimus ĩ qua adhuc sumus: cuius tentationes imo quã totã tentationẽ q̃diu in ea sumus: quãtũlibet proficiamus ppetĩ ñ desinim⁹: q̃ sit idicia circa gñs hũanũ bõitatis dei q̃s poterit explicare?

De miseriis ac mal' q̃bus humanũ genus merito prime preuaricationis obnoxiũ est: ⁊ a q̃bus nemo nisi per christi gratiam liberatur. cap. xxij.

n Am quod ad primam originẽ pertinet omniuꝫ mortaliũ pgeniem fuisse damnatã: hec ipsa uita si uita dicenda est: tot ⁊ tantis mal' plena testatur. Quid enim aliud ĩdicat horrenda quedã profunditas ignorãtie ex qua omnis error existit: qui oẽs filios adam tenebroso quodã sinu suscipit: ut homo ab illo liberari sine labore: dolore: timore nõ possit. Quid amor ipse tot rerũ uanarũ atq; noxiarũ: ⁊ ex hoc mordaces cure: pturbatões: merores: formidines: ĩsana gaudia: discordie: lites: bella insidie: iracũdie: inimicitie: fallacia: adulatio: fraus furtũ: rapia: perfidia: superbia: ãbitio inuidentia: homicidia: patricidia: crudelitas: seuitie: nequitia: luxuria: petulãtia: ĩpudentia: ĩpudicitia: fornicationes: adulteria: incesta: ⁊ cõtra naturã utriusq; sexus tot stupra atq; imũditie: quas turpe ẽ etiã dicere: sacrilegia heresis: blasphemie: periuria: oppressiones innocentiũ: calũnie: circũuẽtiones: preuaricatões: falsa testimonia: iniqua iudicia: uiolẽtia: latrocinia: et quicq̃d taliũ malorũ in mentẽ nõ uenit: ⁊ tamen de uita ista hominum ñ recedit. Uerũ hec hominũ sunt malorũ: ab illa tñ erroris ⁊ puersi amoris radice ueniẽtia: cũ qua oĩs filius adã nascitur. Nã quis ignorat cũ quanta ignorantia ueritatis: que iã in infantibus manifesta est: ⁊ cũ quanta abundantia uane cupiditatis que ĩ pueris incipit apparere: homo ueniat ĩ hanc uitã: ita ut si dimittat' uiuere ut uelit ⁊ facere quicq̃d uelit in hec facinora ⁊ flagitia que cõmemoraui ⁊ que cõmemorare non potui uel cuncta uel multa peruenìatur. Sꝫ diuina gubernatione non oino deserente dãnatos: ⁊ deo non continente in ira sua miserationes suas: in ipsis sensibus generis humani prohibitio ⁊ eruditio cõtra istas cũ q̃bus nascimur tenebras uigilant: ⁊ cõtra hos ĩpetus opponũtur: plene tamen etiã laborꝫ ⁊ dolorꝫ. Quid enim sibi uolunt multimode formidines: que cohibendis puuloꝫ uanitatibus adhibẽt'. Quid pedagogi: quid magistri: quid ferule:: q̃d lora: q̃d uirge: quid disciplina illa qua scriptura sancta dicit dilecti filij latera esse tundẽda: ne crescat ĩdomitus: domariq; iã durus aut uix possit: aut fortasse nec possit? Quid igit' agitur his penis oĩbus: nisi ut debellet' ĩperitia: ⁊ praua cupiditas refrenetur: cuꝫ quibus malis ĩ hoc seculo uiuimus. Quid est enĩ quod cum labore meminimus: sine labore obliuiscimur: cum labore discimus: sine labore nescim⁹: cum labore strenui: sine labore iertes sumus. Nõne hinc appet ĩ quo uelut pondere suo procliuis ⁊ prona sit uitiosa natura: ⁊ quãta ope ut hinc liberet' indigeat: desidia segnitia: pigritia: negligentia. Uitia sunt utiq; quibus labor fugitur: cũ labor etiã ipse q̃ est utilis pena sit Sꝫ preter pueriles penas sine quibus disci non põt quod maiores uolunt: q̃ uix aliquid utilitez

uolunt:quot ⁊ quantis penis genus agitetur humanũ:que non ad malici aꝫ nequitiãq; iniquorũ: sed ad conditionẽ pertinent miseriãq; cõmunem: quis ullo sermone digerit: quis ulla cogitatione cõprehendit:quantus est metus:quãta calamitas ab orbitatibus atq; luctu:a dãnis ⁊ dãnatõibus a deceptionibus ⁊ mendacijs hoium a suspicionibus falsis:ab omnibus uiolentis facinoribus ⁊ sceleribus alienis:quãdo quidẽ ab eis ⁊ depredatio ⁊ captiuitas:⁊ uincula ⁊ carceres: et exilia ⁊ eruciatus:⁊ ãputatio mẽbrorũ ⁊ priuatio sensuũ:⁊ oppressio corporis ad obscenã libidinem opprimẽtis explendã:⁊ alia multa horrenda sepe contigunt. Qui ab inumeris casibus qui forisecus corpori formidãtur:estibus ⁊ frigoribus: tẽpestatib⁹: ĩbribus:alluuionibus: coruscatione: tonitru:grãdine:fulmine:motib⁹ hiatibusq; terraꝝ:oppressionibus ruinarũ:ab offensionibus ⁊ pauore uĩ etiã malitia inuentorũ: a tot uenenis fruticũ:aquarũ:auraꝝũ: bestiarũ ac ferarũ:uel tantũmõ molestis:uel etiã mõtiferis morsibus:a rabie que contigit ex rabido cane:ut etiã blanda ⁊ amica suo domino bestia: nõnunq̃ uehemẽtius ⁊ amarius q̃ leones dracõesq; metuat:faciatq; hominẽ quẽ forte cõtaminauerit cõtagione pestifera ita rabiosum:ut a parẽtibus:coniuge: filijs:peius omni bestia formidet. Que mala patiuntur nauigantes? Que terrena itinera gradientes? Quis ambulat ubicunq; non inopinatis subiacẽs casibus? De foro quidã rediẽs domũ sanis pedibus suis cecidit:pedẽ fregit ⁊ ex illo uulnere finiuit hanc uitam. Quid uidetur sedẽte securius? De sella i qua sedebat cecidit heli sacerdos ⁊ mortuus est. Agricole imo uero oẽs hoies: quot et quantos a celo ⁊ terra uel a pnitiosis animalibus casus metuunt agrorũ fructibus. Solent tñ ꝺ frumentis tandẽ collectis: ⁊ reconditis esse securi. Sed quibusdã qꝺ nouimus: prouentum optimũ frumẽtoꝝ fluuius improuisus fugientibus hõib⁹ de horreis eiecit atq; abstulit. Cõtra milleformes demonũ incursus q̃s innocentia sua fidit:quandoquidẽ nequis fideret etiã puulos baptizatos quibus certe nihil est inocentius aliquando sic uexãt ut eis maxime deo ista sinente mõstretur huius uite flenda calamitas:⁊ alterius desideranda felicitas. Jã uero de ipso corpore tot existũt morborum mala:ut nec libris medicorum cũcta comprehẽsa sint:in quorũ pluribus ac pene omnibus etiam ipsa adiumẽta ⁊ medicamẽta tormẽta sunt:ut hoies a penaruꝫ exitio penali eruãtur auxilio. Nõne ad hoc perduxit sitiẽtes homines ardor immanis:ut urinam quoq; humanam uel etiã suam biberẽt? Nõne ad hoc fames ut a carnibus hominum abstinere se nõ possent:nec inuẽtos homines mortuos. sed propter hoc a se occisos:nec quoslibet alienos:uerũ etiaꝫ filios mães icredibili crudelitate quã rabida esuries faciebat assumerent. Ipse postremo somnus qui proprie quietis nomẽ accepit: quis uerbis explicet sepe somniorum uisis q̃ sit inq̃etus ⁊ q̃ magnus licet falsarum rerũ terroribus:quas ita exhibet ⁊ quodã modo exprimit:ut a ueris eas discernere nequeamus:animam miserã sensusq; perturbet. Qua falsitate uisoꝝ etiã uigilantes in quibusdã morbis ⁊ uenenis miserabilius agitantur: q̃ uis multimoda uarietate fallacie homines etiam sanos maligni demones nonnũq̃ decipiãt talibus uisis:etiã si eos p hec ad sua traducere nõ potuerũt sensus eorũ: tamẽ solo apperitu qualicũq; psuadẽte falsitatis illudãt? Ab huius tã misere quasi quibusdã

iferis uite:nõ liberat nisi gratia salua
toris christi dei ac dñi nostri:hoc enim
nomen est ipse iesus: iterpretatur ꝗp
pe saluator:maxie ne post hãc miseri
or ac sẽpiterna suscipiat: nõ uita sed
mors. Nã in ista quãuis sint perfecta
⁊ per sãctos curationũ magna solatia
tñ ió nõ semp etiã ipsa beneficia tribu
unt petentib⁹:ne ꝓpter hoc religio q̃
ratur que ꝓpter aliã magis ubi mala
nõ erunt oio ulla querenda est. Et ad
hoc meliores quosq; in his malis ad
iuuat gratia:ut quãto fideliore tãto
fortiore corde tolerent:ad quã rẽ etiã
philosophiã ꝓdesse dicunt docti hui⁹
seculi:quã dq; quibusdã paucis ut ait
tullius uerã dederunt. Nec hõibus in
quit ab his ante datum est maius do
nũ:aut potuit ullũ dari: usq; adeo et
ipsi cõtra quos agimus quoquomõ
cõpulsi sunt:in habenda nõ quacũq;
sed uera philosophia diuinã gratiam
cõfiteri. Porro si paucis diuinitus da
tũ est uere philosophie cõtra miseri
as huius uite unicã auxiliũ: satis et
hinc apparet humanũ genus ad luen
das miseriarũ penas esse damnatuz.
Sicut autẽ hoc ut fatent nullũ dinũ
maius esse donũ:sic a nullo deo dari
credendũ est: nisi ab illo quo ⁊ ipsi q̃
multos deos colunt nullũ dicũt esse
maiorẽ.

De his que pret illa mala que hõis
malisq; cõia sunt ad iustorũ laborez
specialiter pertinẽt.cap.xxiij.

p Reter hec autẽ mala huius ui
te bonis malisq; cõia.habent i
ea iusti etiã proprios quosdã labores
suos:quibus aduersus uitia militant
⁊ in talium preliorũ tentationib⁹ peri
culisq; uersant. Aliquando enim con
citatius:aliquando remissius:non tñ
desinit caro cõcupiscere aduersus spi
ritũ:⁊ spiritus aduersus carnẽ: ut nõ
ea que uolumus faciamus:omnẽ ma
lã cõcupiscentiã cõsumendo: sed eam
nobis quantũ diuinitus adiuti possu
mus nõ ei consentiendo subdam⁹: ui
gilq; cõtinuis excubantes ne opinio
uerisimilis fallat:ne decipiat ꝓmo uer
sutus :ne se tenebre alicuius erroris
effundant:ne quod bonũ est malum:
aut qõ malum bonũ esse credat. Ne
ab his que agenda sunt metus reuo
cet:ne in ea que agenda nõ sunt cupi
do precipitet:ne sup iracundiã sol oc
cidat:ne inimicicie prouocẽt ad retri
butionẽ mali pro malo:ne absorbeat
inhonesta uel imoderata tristitia:ne i
pertiendorũ beneficiorũ ingerat mẽs
ingrata torporẽ:ne maledicis rumori
bus bona cõscientia fatiget: ne teme
raria suspicio nostra decipiat:ne alie
na de nobis falsa nos frangat: ne re
gnet peccatũ in nostro mortali corpo
re ad obediẽdũ desiderijs eius:ne mẽ
bra nostra exhibeant iniqtatis arma
peccato:ne oculus sequat concupiscẽ
tiã:ne uindicãdi cupiditas uincat: ne
i eo qõ male delectat uel uisio uel co
gitatio demoret:ne improbũ aut ide
cens uerbũ libenter audiatur: ne fiat
quod nõ licet etiã si libet:ne i hoc bel
lo laborũ periculorũq; pleniſſimo:ul
de uiribus nostris speret facienda ui
ctoria:ul uiribus nostris nostra facta
tribuantur:sed eius gratie de quo ait
